


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01582913 8

PA
6611
A2
1866
v.3

HANDBOUND
AT THE



UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
University of Toronto

441

6707

69

~~1286~~

Pliny, the elder

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

D. DETLEFSEN

RECENSUIT.

VOL. III.

LIBRI XVI—XXII.

BEROLINI
 APUD WEIDMANNOS
 MDCCCLXVIII.



PA

6611

A2

1866

v. 3

21364

£

PRAEFATIO.

In tertio Naturalis Historiae volumine, quod continet libros XVI—XXII, minora atque in prioribus subsidia sunt, quae praestant vetustioris ordinis codices, recentiorisque generis manuscripti optimi nonnullis locis ita lacunis corrupti sunt, ut inferioris notae codex *d* in auxilium vocandus sit. Hi enim praesto sunt

vetustioris ordinis libri:

Codex Parisinus latinus 9378 (*P*), qui ex multorum librorum reliquiis consutus folium unum praebet litteris uncialibus saeculo fere VI exaratum, in quo leguntur l. XVIII, 87—99, quae descripsi anno 1863.

Codex Parisinus latinus 10318 sive *suppl. lat.* 685 (*Q*) saec. VII vel VIII, olim Claudii Salmasii, qui praeter anthologiam et varia scripta foliis 262—290 excerpta continet ex Nat. Hist. libris XVIII, 3—XX, 253, inter quae sex codicis folia interierunt, in quibus l. XX, 73—218 legebantur. Errore factum est, quod Salmasius et Duebnerus, cuius exemplum Silligius editionis maioris volumini quinto praemisit, Pseudo-Appuleii fragmentum de remediis salutaribus id inscriberent. Ipse codicem a. 1863 denuo contuli, perpauca Duebneri errata sustuli.

Accedunt quae altera manus saec. fere XII (vid. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 3) adscripsit

codici Vaticano latino 3861 (*D*²),

codicis Parisini latini 6796 (*G*²) parti, quae continet l. XVIII, 189—XX, 10. 162—186,

codici Leidensi Vossiano fol. n. LXI (V²), qui codices temporum iniuria divolsi unius olim libri partes erant (vid. infra).

Codicis Leidensis Lipsii n. VII altera manus (*F²*) saec. fere XII ex consimili archetypo haud pauca correxit.

Praeter hos codices in l. XVIII, XX exhibui varias lectiones (*S* nota significatas), quas in exemplo editionis Geleni, Basil. 1545, in bibliotheca Barberiniana Romae adservato vir doctus margini adpinxit, quarum magnam partem ex optimi generis codice aliquo nunc, ut videtur, deperdito descriptam esse, in *Rhein. Mus. N. F. XV*, 287.390 pronuntiavi.

Lectorem autem moneam, ne in scripturae varietate, quam adscribam, ubi codicum illorum nota adpicta non erit, ex silentio de iis quidquam arguendum esse credat; istis enim locis qui non adhibentur codices, omnino deficient.

Recentioris ordinis libris his utar;

codice Lucensi (H) saec. VIII, qui inter varia argumenti maxime sacri Nat. Hist. l. XVIII finem inde a § 309 praebet (vid. *Rhein. Mus. N. F. XV*, 268), quem contuli a 1858,

codice Parisino latino 6795 (E, Silligio a) saec. X vel XI (vid. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 4), qui continet l. XVI—XXI, 161 et l. XXII finem inde a § 65. Libros XVI, XVII, XVIII Duebnerus contulit, XVIII, XX Ianus, reliquos ego. Quae vero secunda manus (*E²*) his in libris adscripsit, aut ex ipsius codicis archetypo petita, aut a librario conficta esse videntur.

Codex Riccardianus (R) scriptus circa a. 1100 huius voluminis libros tantum XXI—XXII, 144 complectitur, quos contulit Ianus. Hanc vero codicis partem a reliquis prorsus alienam cum codice *E* maxime congruere et in *Rhein. Mus. N. F. XV*, 279 sq. argumentis demonstravi et lectiones quas referam comprobabunt.

Codex Vaticanus latinus 3861 (D) saec. XI (vid. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 4) continet libros XVI—XVIII, 167. 230—XVIII, 50. 69—156, quos omnes contuli. Partem autem eius quondam fuisse

codicis Parisini latini 6796 (G, Silligio c) folia 52, 53, quae praebent l. XVIII, 189—XX, 10. 162—186, in Rhein. Mus. N. F. XVIII, 327 exposui; item

codicem Leidensem Vossianum fol. n. LXI (V), qui continet l. XX, 186—XXII, cum his olim coniunctum fuisse, et ibi et iam in Rhein. Mus. N. F. XV, 273 demonstravi. Codicem contulit Nauta.

Codex Parisinus latinus 6796 (G) praeter supra scripta praebet l. XVI—XVII, 33. 220—XVIII, 134. 337—XVIII, 189, quae partes scriptae sunt saec. XI, et libros XXI, 2—68. 81—172. XXII, 71—135 manu saeculo fere antiquiore exaratos. Librum XVIII Ianus contulit, ego reliquos.

*Codex Leidensis Lipsii n. VII (F) saec. XI (vid. vol. I praef. p. 7. vol. II praef. p. 4) integros quidem libros XVI—XXII complectitur, quorum contuli tantum XVIII, XVIII, XX. Reliquis in libris quamquam raro *cod. Chiff.* id est codicis Chiffleti nota ex Dalecampi editione exhibebitur, quem codicem ab illo non diversum esse vol. I praef. p. 6 adfirmavi.*

Denique quod iam supra dixi, quibusdam in partibus *codicis Parisini latini 6797 (d) saec. XIII auxilium subpeditandum erit, quod maxime fiet l. XVII, 33—220. XXI, 172—XXII, 65. 144—fin. Codicem contulit Ianus. Originem eius et auctoritatem qualem esse putem, vol. I praef. p. 4 videas.*

Quo vero commodius hac editione utaris, codicum, qui quoque loco adhibebuntur, tabulam addam notarumque, quae in scripturae varietate reperientur, indicem subiciam.

Tabul'a.

Codex	L. XVI.	L. XVII.	L. XVIII.	L. XVIII.	L. XX.	L. XXI.	L. XXII.
<i>P</i>	.	.	87—99.
<i>Q</i> (exc.)	.	.	.	3 —	73. 218 — 253.	.	.
$\left\{ \begin{array}{l} D^2 \text{ (corr.)} \\ G^2 \text{ (corr.)} \\ V^2 \text{ (corr.)} \end{array} \right.$	—	—	-167. 230—	-50. 69—156.	.	.	.
F^2 (corr.)	.	.	.	189 —	10. 162 — 186.	.	.
<i>S</i> (corr.)	186 —	—	—
<i>H</i>	.	.	.	—	—	.	.
<i>E</i>	.	.	.	—	—	.	.
<i>R</i>	.	.	309 —
$\left\{ \begin{array}{l} D \\ V \end{array} \right.$	—	—	—	—	—	— 161	65 —
<i>G</i>	1 —	— 144
<i>F</i>	—	—	-167. 230—	-50. 69—156.	.	.	.
<i>d</i>	186 —	—	—
	—	—33. 220—	-134. 337—	—	10. 162 — 186.	2-68. 81-172.	71 — 135
	.	.	—	—	—	.	.
	.	33—220.	.	.	—	172 —	— 65. 144—

N o t a e.

- C* = codices *DEFGHRVd* sive universi sive quot quoque loco servati sunt.
- D* = cod. Vaticanus lat. 3861.
- E* = cod. Parisinus lat. 6795.
- F* = cod. Leidensis Lipsii n. VII.
- G* = cod. Parisinus lat. 6796.
- H* = cod. Lucensis.
- P* = cod. Parisinus lat. 9378.
- Q* = cod. Parisinus lat. 10318.
- R* = cod. Riccardianus.
- S* = varia scriptura in margine ed. Geleni.
- V* = cod. Leidensis Vossianus fol. n. LXI.
- d* = cod. Parisinus lat. 6797.
- r* = codices reliqui praeter eos qui quoque loco nominatim sunt adscripti.
- v* = lectio vulgata.
- cod. vel. codd. det.* = codex vel codices deteriores.
- cod. Tol.* = codex Toletanus.
- schol. Germ.* = scholiasta Germanici ed. a Breysigio, Posnaniae 1865.
- coni.* = coniecit.
- corr.* = correctura.
- dist.* = distinxi, distinxit.
- interp.* = interpunxi, interpunxit.
- lac.* = lacuna.
- ras.* = rasura.
- transp.* = transposuit.
- Barb.* = Barbarus.
- Brot.* = Broterius.
- Chiff.* = Chiffletius.
- Dal.* = Dalecampus.

Gel. = Gelenus.

Gron. = J. F. Gronovius.

Hard. = Harduinus.

Pint. = Pintianus.


Sab. = Sabellicus.

Salm. = Salmasius.

Scripsi Tychopoli Holsatorum a. d. VI Kal. Jun.
MDCCCLXVIII.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XVI—XXII.



C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE

LIBER XVI.

(Sect. 1.) Pomiferae arbores quaeque mitioribus sucis 1
voluptatem primae cibis attulerunt et necessario alimento de-
licias miscere docuerunt, sive illae ultro ab homine didicere
blandos sapes adoptione et conubio, — idque munus etiam
5 a feris volucrisque didicimus — intra praedictas constant.
proximum erat narrare glandiferas, quae primae victum mor-
taliu aluerunt nutrices inopis ac ferae sortis, ni praeverti
cogeret admiratio usu conperta, quae qualisque esset vita
sine arbore ulla, sine frutice viventium.

10 Cap. 1. Diximus et in oriente quidem iuxta oceanum 2
complures ea in necessitate gentes. sunt vero et in septen- 13, 139
trione visae nobis Chaucorum qui maiores minoresque appel-
lantur. vasto ibi meatu bis dierum noctiumque singularum
intervallis effusus in inensum agitur oceanus, operiens
15 alternam reru naturae controversiam dubiamque terrae sit
an partem maris. illic misera gens tumulos optinet altos 3
ceu tribunalia extracta manibus ad experimenta altissimi
aestus, casis ita inpositis, navigantibus similes cum integant
aquae circumdata, naufragis vero cum recesserint, fugientes-
20 que cum mari pisces circa tuguria venantur. non pecudem
his habere, non lacte ali ut finitimis, ne cum feris quidem di-
micare contingit omni procul abacto frutice. ulva et palustri 4

3. ultro] ultro sive, v. 5. a] ego coll. l. 17, 99. om. Cv.
dedicimus, D¹ dedimus, D². constat, C. 6. quae] ego. que, D². quo-
que, r. 7. ni] in, DG. 8. cogeret] congreget, DG. conferta
DG. 12. caucorum C. 15. alternam] D². aeternam, rv. dubiumque
E. 16. optinet, D². 17. ceu] ego. sub, D². aut, rv. 22. ab-
aucto DG.

iunco funis nectunt ad praetexenda piscibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam sole siccantes terra cibos et rigentia septentrione viscera sua urunt. potius non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. et hae gentes, si vincantur hodie a populo Romano, servire se dicunt! ita 5 est profecto: multis fortuna parcit in poenam.

5 (2.) Aliud e silvis miraculum: totam reliquam Germa-
niam operiunt adduntque frigori umbras, altissimae tamen haut
2 procul supra dictis Chaucis circa duos praecipue lacus. li-
tora ipsa optinent quercus maxima aviditate nascendi, suffos- 10
saeque fluctibus aut propulsae flatibus vastas complexu radi-
cum insulas secum auferunt, atque ita libratae stantes navigant,
ingentium ramorum armamentis saepe territis classibus no-
stris, cum velut ex industria fluctibus agerentur in proras stantium
noctu, inopesque remedii illae proelium navale adversus ar- 15
bores inirent.

6 2. In eadem septentrionali plaga Hercyniae silvae ro-
borum vastitas intacta aevis et congenita mundo prope in-
mortali sorte miracula excedit. ut alia omittantur fide cari-
tura, constat attolli colles occursantium inter se radicum 20
repercussu aut, ubi secuta tellus non sit, arcus ad ramos
usque et ipsos inter se rixantes curvari portarum patentium
modo, ut turmas equitum tramittant, 3. glandiferi maxime
generis omnes, quibus honos apud Romanos perpetuus.

7 4. (3.) Hinc civicae coronae, militum virtutis insigne 25
clarissimum, iam pridem vero et clementiae imperatorum,
postquam civilium bellorum profano meritum coepit videri
civem non occidere. cedunt his murales vallaesque et aureae,
quamquam pretio antecedentes, cedunt et rostratae, quam-
vis in duobus maxime ad hoc aevi celebres. M. Varrone e pi- 30
raticis bellis dante Magno Pompeio, itemque M. Agrippa tri-
8 buente Caesare e Siculis, quae et ipsa piratica fuere. antea
rostra navium tribunali praefixa fori decus erant, veluti p. R.
ipsi corona inposita. postquam vero tribuniciis seditionibus
calcari ac pollui coepere, postquam vires ex publico in pri- 35
vatum agi singulisque civium quaeri et sacrosancti omnia pro-

3. et rigentia] sed rigentia, *d.* sed (set, *D*²) rigantia, *D.* ed rigan-
tia, *r.* 4. hae gentes] *D*². accente, *E.* accentas, *r.* 6. parciat, *E.*

8. operiunt] *ego.* referunt, *E.* reperiunt, *r.* 9. caucis, *d.* causis,
*D*¹. chausis, *r.* 11. complexu, *d.* complexa, *E.* complexa, *r.* 12. in-
sulas] *D*²*d.* silvas, *E.* in silvas, *r.* libratae] *d.* librata, *r.* 14. ex]
*D*². *om.* *r.* prora, *d.* prospera, *r.* 17. hercyniae, *d.* hircyniae, *G.*
hircaniae, *E.* 31. pompe, *D*¹*G.* itemque] quae, *D*¹*Gd.* 36. agi]
cod. Chiff. agis, *C.*

fana facere, tum a pedibus eorum subiere in capita civium rostra. dedit hanc Augustus coronam Agrippae, sed civicam a genere humano accepit ipse.

(4.) Antiquitus quidem nulla nisi deo dabatur. ob id 9
 5 Homerus caelo tantum eam et proelio universo tribuit, viri-
 tim vero ne in certamine quidem ulli, feruntque primum
 omnium Liberum patrem inposuisse capiti suo ex hedera.
 postea deorum honori sacrificantes sumpsere victimis simul
 coronatis. novissime et in sacris certaminibus usurpatae, in 10
 0 quibus hodieque non victori dantur sed patriam ab eo coronari
 pronuntiatur, inde natum ut et triumphaturis conferrentur
 in templis dicandae, mox ut et ludis darentur. longum est
 nec instituti operis disserere quis quamque Romanorum pri-
 mus acceperit; neque enim alias noverant quam bellicas.
 5 quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera quam
 cunctis.

(5.) Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium, quod 11
 Fidenam primus inrupisset. avos hic Tulli Hostilii regis fuit.
 P. Decium patrem tribunum militum frondea donavit exercitus
 0 ab eo servatus imperatore Cornelio Cosso cos. Samnitium
 bello. Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex aesculo
 Iovi sacra, variatumque et cum quercu est ac data ubique
 quae fuerat custodito tantum honore glandis. Additae leges 12
 5 corum summa quae sub ipso Iove datur cuique muros patria
 gaudens rumpit: civem servare, hostem occidere, ut ne eum
 locum in quo sit actum hostis optineat eo die, ut servatus
 fateatur — alias testes nihil prosunt —, ut civis fuerit.
 auxilia quamvis rege servato decus non dant, nec crescit 13
 0 honos idem imperatore conservato, quoniam conditores in quocumque
 civem summum esse voluere. accepta licet uti perpetuo.
 ludis ineunti semper adsurgere etiam ab senatu in more
 est, sedendi ius in proximo senatu. vacatio munerum omnium
 ipsi patrique et avo paterno. XIII eas accepit Siccius Den- 14
 5 tatus, ut retulimus suo loco, VI Capitolinus, is quidem et de 7, 102
 duce Servilio. Africanus de patre accipere noluit apud Tre-
 biam. o mores aeternos qui tanta opera honore solo dona-
 verint et, cum reliquas coronas auro commendarent, salutem

5. ea, *EGd.* 13. institutio, *E.* oneris, *DG.* 21. inligno, *d.*
 iligno, *r.* 22. sacra] *D*². sara, *r.* vastatumque, *D*¹*EG.* 26. civem]
*D*²*G.* quem, *r.* 26. ut ne] *Ianus.* utque, *C.* 28. civis] *D*².
 cives, *r.* 32. ineunti] *codd. Barb.* ineventis, *E.* inoventis, *DG.* inno-
 vanti, *d.* 33. vacatio] *d.* vocatio, *r.* 33. numerum, *DG.*

civis in pretio esse noluerint, clare professi ne servari quidem hominem fas esse lucri causa!

- 15 5. (6.) Glande opes nunc quoque multarum gentium etiam pace gaudentium constant. nec non et inopia frugum arefactis emolitur farina spissaturque in panis usum. quin et 5 hodieque per Hispanias secundis mensis glans inseritur. dulcior eadem in cinere tosta. cautum est praeterea lege XII tabularum ut glandem in alienum fundum procidentem liceret 16 colligere. Genera earum multa. distant fructu, situ, sexu, sapore. namque alia fageae glandi figura, quernae alia et 10 ilignae, atque inter se quoque generum singulorum differentiae. praeterea sunt aliquae silvestres, aliae placidiores quae culta optinent. iam in montuosis planisque distant, sicut et sexu mares ac feminae, item sapore. dulcissima omnium fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat 15 Cornelius Alexander. Genera distinguere non datur nominibus, quae sunt alia alibi, quippe cum robur quercumque vulgo nasci videamus, aesculum non ubique, quartam vero generis eiusdem quae cerrus vocatur ne Italiae quidem maiore ex parte notam esse. distinguimus ergo proprietate naturaque 20 et, ubi res coget, etiam Graecis nominibus.

- 18 6. (7.) Fagi glans nucleis similis triangula cute includitur. folium tenue atque e levissimis, populeo simile, celerime flavescens et media parte plerumque gignens superne parvolam bacam viridem cacumine aculeatam. fagum muri- 25 bus gratissimum est, et ideo animalis eius una proventus, glires quoque saginat, expedit et tūrdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat, sed maxime fagi.

- 19 (8.) Glandem quae proprie intellegitur ferunt robur, quercus, aesculus, cerrus, ilex, suber. continent hispido ca- 30 lyce per genera plus minusve complectente. folia praeter ilicem gravia, carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec, cum cadunt, flavescunt ut fagi, pro differentia generum breviora vel longiora. Illicis duo genera. ex his in Italia folio non ita multum ab oleis distant milaces a quibusdam Graecis dictae; 35

1. civis] quis, C. professi ne] *cod. Chiff.* professeone, G¹. professione, r. 3. glande] *Ianus.* grande, DG. grandes, Ed. opes nunc] d. opes (oppes, DG) sunt, r. 5. molitur, E. emollitur, d. 10. alia] d. in alia, r. quernae, DG. alia et] *Ianus.* et alia, C. 13. optinet, C. 19. currus, D¹G. eurrus, d. 20. nota, C. 21. cogit, d. 23. populeo] D². populo, r. 25. fagum] in facum, D¹G. 26. gratissimum] D¹d. gratissimam, E. gratis sunt, D¹G. est] esse, d. eius] ei, DG. 27. expeditur, DGd. 31. minusve] D²d. minus item, E. minus ite, r. 34. ita] *Ianus.* t, D². ut, r.

in provinciis aquifoliae sunt ilices. glans utriusque brevior et
 gracilior, quam Homerus aculon appellat eoque nomine a
 glande distinguit. masculas ilices negant ferre. Glans optima 20
 in quercu atque grandissima, mox aesculo. nam robori parva,
 5 cerro tristis, horrida, echinato calyce ceu castaneae. sed et in
 querna alia dulcior molliorque feminae, mari spissior. maxime
 autem probantur latifoliae ex argumento dictae. Distant inter
 se magnitudine et cutis tenuitate, item quod aliis subest tunica
 robigine scabra, aliis protinus candidum corpus. probatur et 21
 10 ea cuius in balano utrimque ex longitudine extrema lapidescit
 duritia, melior cui in cortice quam cui in corpore, utrumque
 non nisi mari. praeterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior
 figura, sicut et colos nigrior candidiorve qui praefertur. amari-
 tudo in extremitatibus, mediae dulces. quin et pediculi bre-
 15 vitas proceritasque differentiam habet. In ipsis vero arboribus 22
 quae maximam fert hemeris vocatur, brevior et in orbem
 comosa alasque ramorum crebro cavata. fortius lignum quer-
 cus habet et incorruptius, ramosa et ipsa, procerior tamen et
 crassior caudice, excelsissima autem aegilops, incultis amica.
 20 Ab hac proxima latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis 23
 atque carboni, dolata vitiis obnoxia est, quamobrem solida
 utuntur. carbo in aerariorum tantum officinis conpendio, quo-
 niam desinente flatu protinus emoriens saepius recoquitur,
 ceterum plurimum scintillis. idem e novellis melior. acervi
 25 consertis taleis recentibus luto caminantur, accensa strue contis
 pungitur durescens calix atque ita sudorem emittit. Pessuma 24
 et carboni et materiae haliphloeos dicta, cui crassissimus
 cortex atque caudex et plerumque cavus fungosusque. nec
 alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. quin et fulmine
 30 saepissime iacitur, quamvis altitudine non excellat. ideo ligno
 eius nec ad sacrificia uti fas habetur. Eidem rara glans et,
 cum tulit, amara, quam praeter sues nullum attingat animal,
 ac ne hae quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque
 inter reliqua neglectae religionis est, quod emortuo carbone
 35 sacrificatur. Glans fagea suem hilarem facit, carnem cocibilem 25
 ac levem et utilem stomacho, iligna suem angustam, nitidam,
 strigosam, ponderosam. querna diffusam, gravissima et ipsa

1. *dist. ego.* ilices] *D*². ilicis, *Ed.* ilici, *r.* et] *d. e.* *E*¹. *om. r.*
 2. gracilior] *om. DG.* 4. roboris, *D*¹*EG.* 5. cinato, *E.* ecynato, *r.*
 ceu] *E.* seu, *r.* 13. qui praefertur] *d.* quippe fertur, *r.* 19. ezops,
d. aezops, *r.* 20. hac] *d.* haec *r.* 21. dotata, *D*¹*EG.* 22. carbo in]
Hard. carboni, *C.* aerariorum, *E.* erariorum *DG.* 24. cetero, *DGD.*
 25. paleis, *D*². 32. attingit, *E.* atongat, *G.* 37. diffusam] *D*².

glandium atque dulcissima. proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. iligna temptari sues, nisi paulatim detur. hanc novissimam cadere. fungosam carnem fieri aesculo, robore, subere.

26 (9.) Quae glandem ferunt omnes et gallam alternisque 5
annis glandem, sed gallam hemeris optimam et coriis perfi-
ciendis aptissimam, similem huic latifolia, sed leviolem multo-
que minus probatam. fert et nigram — duo enim genera
27 sunt —, haec tinguendis lanis utilior. 7. Nascitur autem galla
sole de geminis exeunte erumpens noctu semper universa. 10
crescit uno die candidior et, si aestu excepta est, arescit pro-
tinus neque ad iustum incrementum pervenit, hoc est ut
nucleum fabae magnitudine habeat. nigra diutius viret cre-
scitque, ut interdum mali conpleat magnitudinem. optima
Commagena, deterrima ex robore. signum eius quod caverna 15
tralucet.

28 (10.) Robur praeter fructum plurima et alia gignit.
namque fert et gallae utrumque genus et quaedam veluti
mora, ni distarent arida duritie, plerumque tauri caput imi-
tantia quibus fructus inest nucleis olivae similis. nascuntur 20
in eo et pilulae nucibus non absimiles, intus habentes floccos
molles lucernarum luminibus aptos. nam et sine oleo flagrant
sicuti galla nigra. fert et aliam inutilem pilulam cum capillo,
29 verno tamen tempore melliginis suci. gignunt et alae ramo-
rum eius pilulas corpore non pediculo adhaerentes, candicanti- 25
bus umbilicis, cetera nigra varietate dispersa. media cocci
colorem habent, apertis atra inanitas est. aliquando et pumi-
ces gignit nec non et e foliis convolutas pilulas et in foliorum
venis aquosos nucleos candicantes ac tralucidos, quamdiu molles
sint, in quibus et culices nascuntur. maturescunt in *nodum* 30
ad parvae levis gallae modum.

30 8. (11.) Ferunt robora et cachrym. ita vocatur pilula
in medicina urendi vim habens. gignitur et in abiete, larice,
picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hieme
durans. continet nucleum pineis similem. is crescit hieme, 35
aperitur vere. pilula tota cadit, cum folia coepere crescere.

diffusa et, *D*¹. diffusaa, *G*. diffusa///, *d*. diffusa, *E*. 9. lanis] *D*². om. *r*.
16. tralucet] *D*². tralucet, *D*¹*G*. translucent, *r*. (?) 18. quaedam]
quae iam, *C*. 20. nucleis] *d*. nucleus, *r*. 24. alae] *codd.* *Gel.* aliae,
C. 25. 26. candicantibus] *D*². candicantes, *r*. 27. atra] *Pint.* amara,
C. 28. 29. foliorum venis] *D*². folio rubens, *r*. 30. 31. nodum—gallae]
Ianus coll. Theophr. h. pl. 3, 7, 5. om. C. 32. Serunt, *C*. 36. vero,
*D*¹*G.* *dist. ego.*

tam multifera sunt, tot res praeter glandem pariunt robora, 31
 sed et boletos suillosque, gulae novissima inritamenta, qui
 circa radices gignuntur, quercus probatissimos, robur autem
 et cupressus et pinus noxios. robora ferunt et viscum et
 5 mella, ut auctor est Hesiodus, constatque rores melleos e
 caelo, ut diximus, cadentes non aliis magis insidere frondibus. 11, 30
 cremato quoque robore cinerem nitrosum esse certum est.

(12.) Omnes tamen has eius dotes ilex solo provocat 32
 cocco. granum hic primoque ceu scabies fruticis, parvae
 10 aquifoliae ilicis. scolecium vocant. pensionem alteram tri-
 buti pauperibus Hispaniae donat. usum eius ac rationem in
 conchyli mentione tradidimus. gignitur et in Galatia, Africa, 9, 140
 Pisidia, Cilicia, pessimum in Sardinia. sq.

(13.) Galliarum glandiferae maxime arbores agaricum 33
 15 ferunt. est autem fungus candidus, odoratus, antidotis effi-
 cax, in summis arboribus nascens, nocte relucens. signum
 hoc eius, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quae
 vocatur aegilops fert pannos arentes, muscoso villo canos,
 non in cortice modo verum et e ramis dependentes cubitali 12, 108
 20 magnitudine, odoratos, uti diximus inter unguenta. Suberi 34
 minima arbor, glans pessima et rara, cortex tantum in fructu,
 praecrassus ac renascens atque etiam in denos pedes undique
 explanatus. usus eius ancoralibus maxime navium piscantium-
 que tragulis et cadorum obturamentis, praeterea in hiberno
 25 feminarum calceatu. quamobrem non infacete Graeci corticis
 arborem appellant. Sunt et qui feminam ilicem vocent atque,
 ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur in carpentariis
 praecipue fabricis, ut circa Elim et Lacedaemonem. nec in
 Italia tota nascitur aut in Gallia omnino.

9 (14.) Cortex et fagis, tiliae, abieti, piceae, in magno 35
 usu agrestium. vasa eo corbesque ac patentiora quaedam messi-
 bus convehendis vindemiisque faciunt atque protecta tugurio-
 rum. scribit in recenti ad duces explorator incidens litteras

3. probatissimos] *D*². probatissimum, *rv*. 7. craemato, *D*². crae-
 mati, *D*¹. cremati, *Edv*. graemati, *G*. robore] *D*². robi, *r*. roboris, *v*.
 9. hoc, *DEd*. scabies] *d*. scaptis, *r*. fruticis] *codd*. *Gel*. frutices,
C. parvae] *codd*. *Gel*. parvi, *G*. parva, *r*. 10. ilices, *EGd*. sco-
 lecium] *ego*. *coll*. *l*. 24, 8. cuscolium, *E*. esciiscolium, *d*. cusculium *r*.
 11. ac rationem] *ego*. grationem, *DG*. generationem, *E*. gratiorem *dv*.
 15. antidotus, *DGd*. 17. quo] *codd*. *Gel*. quae, *E*. que, *r*. 18. aezops,
C. 20. odoratus, *C*. uti] *ego*. ut, *E*. ubi, *r*. 21 et] *D*². *om*. *r*.
 25. cortices, *E*. 31. eo] *D*². *om*. *r*. 32. protecta] *D*². pretexta,
E. protexta, *r*. 33. recentia ad, *C*.

a suco. nec non et in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortex. sed nun durat arbor ipsa.

36 10. (15.) Scandula e robore aptissima, mox e glandiferis aliis fagoque, facillima ex omnibus quae resinam ferunt, sed minime durans praeterquam e pino. Scandula contam fuisse Romam ad Pyrrhi usque bellum annis CCCCLXX

37 Cornelius Nepos auctor est. silvarum certe distinguebatur insignibus, Fagutali Iove etiam nunc ubi lucus fageus fuit, porta Querquetulana, colle in quem vimina petebantur, totque lucis, quibusdam et geminis. Q. Hortensius dictator, cum 10 plebes secessisset in Ianiculum, legem in aesculeto tulit, ut quod ea iussisset omnes Quirites teneret.

38 (16.) Peregrinae tum videbantur, quoniam non erant suburbanae, pinus atque abies omnesque quae picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo 15 cognoscatur. Quae ferrent in Asia aut oriente praedictis picem in Europa sex genera cognatarum arborum ferunt. ex his pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo praetenue longumque et mucrone aculeatum. pinus fert minimum 15, 35 resinae, interdum et nucibus ipsis de quibus dictum 20 est, vixque ut adscribatur generi.

39 (17.) Pinaster nihil est aliud quam pinus silvestris minor altitudine et a medio ramosa sicut pinus in vertice. copiosiore 57 sqq. siorem dat haec resinam quo dicemus modo. gignitur et in planis. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiae 25 quas tibulos vocant plerique arbitrantur, sed graciles succinctioresque et enodes liburnicarum ad usus, paene sine resina.

40 (18.) Picea montis amat atque frigora, feralis arbor et funebri indicio ad fores posita ac rogis virens, iam tamen et in domos recepta tonsili facilitate. haec plurimam fundit in- 30 terveniente candida gemma, tam simili turis ut mixta visu 41 discerni non queat, unde fraus Seplasiae. Omnibus his generibus folia brevia sed crassiora duraque ceu cupressis. piceae rami paene statim ab radice modici velut bracchia lateribus inhaerent. Similiter abieti expetitae navigiis situs 35 in excelso montium, ceu maria fugerit, nec forma alia. materies 42 vero praecipua est trabibus et plurimis vitae operibus.

4. facillima] *cod. Chiff.* facillime, *C.* 8. lucus] *D*². litus, *r.*
 10. minis, *DG.* Q.] Quae, *C.* 12. tenerent, *D*². 14. pice, *DG.*
 16. ferrunt, *DG.* 18. pinastri, *DG.* 22. minor] *ego.* mira, *E.* (?) *v.*
 miror, *r.* 26. quas] *D*². quos, *rv.* stibulos, *E.* 31. visu] *D*². a
 visu. *rv.* 32. seprasiae, *C.* 33. brevia sed] *D*². brevi saeta et, *rv.*
 crassiora, *D*². crassiore, *Ev.* crasiore, *r.* 35. *dist. ego.* 37. prae-

resina est vitium, unde fructus piceae, exiguumque sudat aliquando contactu solis. e diverso materies, quae abiēti pulcherrima, piceae ad fissiles scandulas cupasque et pauca alia secamenta.

5 (19.) Quinto generi est situs idem, facies eadem. larix 43
 vocatur. materies praestantior longe — incorrupta ei vis umori
 contumax —, rubens praeterea et odore acrior. plusculum
 huic erumpit liquoris melleo colore atque recentiore numquam
 durescentis. Sextum genus est taeda proprie dicta, abundantior 44
 10 suco quam reliqua, parcior liquidiorque quam picea, flammis
 ac lumini sacrorum etiam grata. hae, mares dumtaxat, ferunt
 et eam quam Graeci sycen vocant, odoris gravissimi. laricis
 morbus est ut taeda fiat. Omnia autem haec genera accensa 45
 fuligine inmodica carbonem repente expuunt cum eruptionis
 15 crepitu eiaculanturque longe excepta larice quae nec ardet
 nec carbonem facit nec alio modo ignis vi consumitur quam
 lapides. Omnia ea perpetuo virent nec facile discernuntur in
 fronde etiam a peritis, tanta natalium mixtura est. sed picea 46
 minus alta quam larix, illa crassior leviorque cortice, folio
 20 villosior, pinguior et densior mollius flexo, ac piceae rariora
 siccioraque folia et tenuiora ac magis argentia, totaque hor-
 ridior et perfusa resina, lignum abietis similius. larix ustis ra-
 dicibus non repullulat, *picea repullulat*, ut in Lesbo accidit
 incenso nemore Pyrrhaeo. alia etiam nunc generibus ipsis in 47
 25 sexu differentia. mas brevior et durior, femina procerior, pin-
 guioribus foliis et simplicibus atque non rigentibus. lignum
 maribus durum et in fabrili opere contortum, feminae mollius,
 publico discrimine in securibus. hae in quocumque genere
 deprehendunt marem, quippe respuuntur et fragosius sidunt,
 30 aegrius revelluntur. ipsa materies retorrída et nigrior maribus.
 Laricis circa Idam in Troade et alia differentia, montanae 48
 maritimaeque. nam in Macedonia et Arcadia circaque Elim
 permutant nomina, nec constat auctoribus quod cuique generi
 adtribuant. nos ista Romano discernimus iudicio. Abies e
 35 cunctis amplissima est et femina etiam prolisior, materie mol-
 lior utiliorque, arbore rotundior, folio pinnato densa ut imbrēs

cipua est] *cod. Chiff.* praecipuaes, *G.* praecipues, *D.* praecipue, *E.*

1. resina est] *ego.* resinae, *C.* resina ei, *v.* 5. est] *Ianus coni.* et,
C. 6. incorrupta ei] *Ianus.* incorrupte, *E.* incorruptae *r.* 8. recen-
 tiore] *D²E.* lentiore, *d.* rentiore, *r.* 18. pertis, *C.* 20. picae, *D².*
 pitae, *D¹G.* apite et, *E.* 22. abieti, *E.* 23. picea repullulat] *Barb.*
ex Theophr. h. pl. 3, 9, 5. om. C. 31. laricis] *D².* *Cf. Theophr. l.*
l. 3. radix, E. radice, r. 35. 36. mollior] *D².* molliore, *E.* mollior-
 um, *r.* 36. arbor, *E.*

- 49 non tramittat, atque hilarior in totum. E ramis generum
horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta de-
pendent praeterquam larici. haec abietis masculae primori
parte nucleos habent, non item feminae. piceae vero totis
paniculis, minoribus gracilioribusque minimos, ac nigros, pro- 5
pter quod Graeci phthirophoron eam appellant. in eadem nu-
camenta maribus compressiora sunt ac minus resina roscida.
- 50 (20.) Similis his etiam nunc aspectu est, ne quid praeter-
eatur, taxus minime virens gracilisque et tristis ac dira, nullo
suco, ex omnibus sola bacifera. mas noxio fructu, letale 10
quippe bacis in Hispania praecipue venenum inest. vasa etiam
viatoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuisse conpertum
- 51 est. Hanc Sextius milacem a Graecis vocari dicit, et esse in
Arcadia tam praesentis veneni ut qui obdormiant sub ea cibumve
capiant moriantur. sunt qui et toxica hinc appellata dicant venena 15
quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tinguntur, reperto
innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus aereus adigatur.
- 52 11. (21.) Pix liquida in Europa e taeda coquitur, navalibus
muniendis multosque alios ad usus. lignum eius concisum furnis
undique igni extra circumdato fervet. primus sudor aquae modo 20
fluit canali. hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis est ut in
Aegypto corpora hominum defunctorum perfusa eo serventur.
- 53 (22.) Sequens liquor crassior iam picem fundit. haec
rursus in cortinas aereas coniecta aceto spissatur ut coagulo et
Bruttiae cognomen accepit, doliis dumtaxat vasisque ceteris 25
utilis, lentore ab alia pice differens, item colore rutilante et
quod pinguior est reliqua illa omni. fit e picea resina fer-
ventibus coacta lapidibus in alveis validi roboris aut, si alvei
- 54 non sint, struis congerie, velut in carbonis usu. Haec in vi-
num additur farinae modo tusa, nigrior colore. eadem resina 30
si cum aqua levius decoquatur coleturque, rufo colore len-
tescit ac stillaticia vocatur. seponuntur autem ad id fere vitia
resinae cortexque. alia temperies ad crapulam. namque flos
crudus resinae cum multa astula tenui brevique avulsus con-

2. panicularum] *d* (?). pinicularum, *r*. nucamenta, *C*. 3. haec]
*D*². hae, *r*. prima in, *E*. 6. phthiroporon, *d*. phthiroporen, *r*.
6. 7. nucamenta] *d* (?). nucamenta, *r*. 9. nullus, *DG*.
10. bacifera] *D*². bacas fert, *E*. bacis fera, *r*. 11. vas, *DG*.
16. repertum, *E*(?)*v*. 17. ipsa arbore, *E*. 18. e] *om*. *C*. 20. fervet]
d. fero ex, *D*¹*G*. ferro ex, *D*². ferro ut, *E*. 21. cedrium] *Barb*.
cedrum, *C*. 24. ut] *d*. et, *r*. 27. omnia, *E*. omni illa, *D*². fiunt, *E*.
e picea] *Ed*. e pice, *D*². e piceae, *G*. // piceae, *D*¹. 29. 30. vinum]
d. vimum, *DG*. fimum, *E*. 33. crapula, *DG*.

ciditur ad cribrum minuta. dein ferventi aqua, donec coquatur, perfunditur. Huius expressum pingue praecipua resina fit at- 55 que rara nec nisi paucis in locis subalpinae Italiae conveniens medicis. resinae albae congium in duobus aquae pluviae 5 cocunt. alii utilius putant sine aqua coquere lento igne toto die, utique vase aeris albi, item terebinthinam in sartagine cinere ferventi, hanc ceteris praeferentes. proxima ex lentisco.

12. (23.) Non omittendum apud eosdem zopissam vo- 56 cari derasam navibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multoque efficaciorum ad omnia quibus pices resinaeque prosunt, videlicet adiecto salis callo. Aperitur 57 picea e parte solari, non plaga sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum absit. nec corpori ipsi parcitur ut in ceteris, quoniam astula 15 in fructu est. verum haec proxima laudatur, altior amaritudinem adfert. posteaumor omnis e tota confluit in ulcus, item in taeda. cum id manare desiit, simili modo ex alia parte 58 aperitur ac deinde alia. postea tota arbor succiditur et medulla eius uritur. sic et in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi quidem et e ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus. In Macedonia laricem masculam urunt, feminae radices tantum. Theopompus scripsit in Apollonia- 59 tarum agro picem fossilem non deteriore Macedonica inveniri. Pix optima ubique ex apricis aquilonis situ, ex opacis 25 horridior virusque praeferens, frigida hieme deterior ac minus copiosa et decolor. quidam arbitrantur in montuosis copia 60 praestantiorum ac colore et dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem, dum resina sit, decoctam autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat, tenuioresque esse ipsas arbo- 30 res quam in planis, sed has et illas serenitate steriliores. Fructum quaedam proximo anno ab incisu largiuntur, aliae secundo, quaedam tertio. expletur autem plaga resina, non cortice nec cicatrice, quae in hac arbore non coit. Inter haec 61 genera propriam quidam fecere sappinum, quoniam ex cognatione 35 harum seritur qualis dicta est in nucleis, eiusdem- 15, 36 que arboris imas partes taedas vocant, cum sit illa arbor nil

1. coquentur, C. 6. utrique, DG. cartagine, C. 7. cinere] d. re, r. et, C. 8. zopissam] Barb. zosippam, C. 9. cera] d. cetera, r. 12. vulnere] d (?). vulnera, r. 27. colore] d. colorem, r. 29. serum abeat] d. Barb. ferum habeat, r. 31. aliae] D. alia, r. 34. sappinum, d. sappium, r. 34. 35. cognatione] D². cogitatione, r. 35. in] om. C.

aliud quam picea feritatis paulum mitigatae satu, sappinus au-
196 tem materies caesurae genere fiat, sicuti docebimus.

62 13. (24.) Materiae enim causa reliquas arbores natura
genuit copiosissimamque fraxinum. Procera haec ac teres,
pinnata et ipsa folio, multumque Homeri praeconio et Achillis 5
hasta nobilitata. materies est ad plurima utilis. ea quidem quae
fit in Ida Troadis in tantum cedro similis ut ementes fallat
63 cortice ablato. Graeci duo genera eius fecere: longam eno-
dem, alteram brevem duriolem fusciolemque, laureis foliis.
bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. 10
alii situ divisere, campestem enim esse crispam, montanam
64 spissam. Folia earum iumentis mortifera, ceteris ruminantium
innocua Graeci prodidere. in Italia nec iumentis nocent. con-
tra serpentes vero suco expresso ad potum et inposita ulceri
opifera ac nihil aequae reperiuntur. tantaque est vis ut ne ma- 15
tutinas quidem occidentesve umbras, cum sunt longissimae,
serpens arboris eius adtingat, adeo ipsam procul fugiat. ex-
perti prodimus, si fronde ea circumcludatur et igni serpens,
in ignes potius quam in fraxinum fugere serpentem. mira na-
turae benignitas prius quam hae prodeant florere fraxinum 20
nec ante conditas folia dimittere.

65 14. (25.) In tilia mas et femina differunt omni modo.
namque et materies maris dura rufiorque ac nodosa et odora-
tior, cortex quoque crassior ac detractus inflexibilis. nec se-
men fert aut florem ut femina, quae crassior arbore, materie 25
candida praecellensque est. mirum in hac arbore fructum a
nullo animalium adtingi, foliorum corticisque sucum esse dul-
cem. inter corticem ac lignum tenues tunicae sunt multiplici
membrana, e quibus vincula tiliae vocantur, tenuissimum quo-
rum philyrae coronarum lemniscis celebres antiquorum honore. 30
materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica,
verum utilis.

66 15. (26.) Acer eiusdem fere amplitudinis, operum ele-
gantia ac subtilitate citro secundum. plura eius genera: al-
bum, quod praecipui candoris, vocatur Gallicum in transpa- 35
dana Italia transque Alpes nascens. alterum genus crispo
macularum discursu, qui cum excellentior fuit, a similitudine

1. sapini, *E.* sappinus, *r.* 2. caesurae] *D*². caesare, *r.* generata
fit, *E.* 13. nocent] *d.* nocet, *r.* 15. ut] *D*¹. ui, *E.* huic, *D*². 16.
cum] *d.* quam, *r.* 17. 18. experta, *D*². 18. circumcludatur] *D*². ciroque
(gyroque, *E.*) cludatur, *r.* et igni] *ego.* ignis et, *C.* 28. tunicae
sunt] *ego.* tunicas, *d.* tonicas, *r.* 29. tenuissimae, *d.* eorum, *E.* ea-
rum, *d.*

caudae pavonum nomen accepit, in Histria Raetiaque praecipuum. e viliori genere crassivenium vocatur. Graeci situ 67 discernunt, campestre enim candidum esse nec crispum — quod glinon vocant —, montanum vero crispus duriusque, etiamnunc 5 e mascula crispus ad lautiora opera, tertium genus zygian rubentem, fissili ligno, cortice livido ac scabro. hoc alii generis proprii esse malunt et Latine carpinum appellant.

16. (27.) Pulcherrimum vero est bruscum, multoque ex- 68 cellentius etiamnum mollescens. tuber utrumque arboris eius, bruscum intortius crispum, mollescens simplicius sparsum. et si magnitudinem mensarum caperet, haut dubie praeferretur citro. nunc intra pugillares lectorumque silicios aut laminas raro usu spectatur. e brusco fiunt et mensae nigrescentes. Reperitur et in alno tuber, tanto deterius quantum 69 ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. etiamnunc in siccis natae praeferuntur aquaticis, sicut et fraxini. Est trans Alpes arbor simillima aceri albo materie quae vocatur staphylo-dendron. fert siliquas et in iis nucleos sapore nucis abellanae.

20 (28.) In primis vero materies honorata buxo est raro 70 crispanti nec nisi radice, de cetero levi, cuius materia est lentitiae quadam et duritiae ac pallore commendabilis, in ipsa vero arbore topiario opere. tria eius genera: Gallicum, quod in metas emittitur amplitudinemque proceriorem. oleastrum in 25 omni usu damnatum gravem praefert odorem. tertium genus nostras vocant e silvestri, ut credo, mitigatum satum, diffusius et densitate parietum, virens semper ac tonsile. Buxus Pyre- 71 naeis ac Cytoriis montibus plurima et Berecynthio tractu, crassissima in Corsica, flore non spernendo, quae causa amaritudinis mellis. semen cunctis animantibus invisum. nec in Olympo Macedoniae gracilior, sed brevis. amat frigida, aprica. ligni quoque duritia quae ferro, nec flamma, nec carbone utili.

17. (29.) Inter has atque frugiferas materie vitiumque 72

4. glinon] v. ex Theophr. h. pl. 3, 11, 2. alinono, D¹G. alinon, r.
6. ligni, C. ac] ego. de, C. 12. silicios] E². siblicos, E¹. solicios, r.
14. alni, D¹G. tuber] D². tuber et, E. tubere, r. 21. levi cuius] Urlichs vind. 264. lenis quies (qui est, E)C. 21. 22. materia est lentitiae] Urlichs l. l. materiae (materia, E.) silentiae (silentio, D². silenti, E)C. 22. quadam et] Urlichs. l. l. et quadam, E. quodam et, r. 24. amplitudine procerior est, E. 26. nostras] ego. nostrates, E. nostratis, r. e silvestri] silvestre, E. 29. corsicam florem, C. 30. mellis. semen] semen mellis, C. 32. ligni] d. in igni, r. duritia quae] D. duritiaque, G. duritiam, E. ferri, E. 33. utilis, E.

.amicitia accipitur ulmus. Graeci duo genera eius novere: montuosam quae sit amplior, campestem quae fruticosa. Italia Atinias vocat excelsissimas et ex is siccanas praefert quae non sint riguae, alterum genus Gallicas, tertium nostrates, densiore folio et ab eodem pediculo numerosiore, quartum 5 silvestre. Atiniae non ferunt samaram — ita vocatur ulmi semen —, omnesque radicum plantis proveniunt, reliquae semine.

73 18. (30.) Nunc celeberrimis arborum dictis quaedam in universum de cunctis indicanda sunt. Montes amant cedrus, 10 larix, taeda et ceterae e quibus resina gignitur, item aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, populus, ornus, carpinus. est in Appennino et frutex qui vocatur cotinus, ad 74 linamenta modo conchylii colore insignis. montes et valles diligit abies, robur, castaneae, tilia, ilex, cornus. aquosis mon- 15 tibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus. non temere in montibus visae sunt prunus, punicae, oleastri, iuglans, morus, sabuci. descendunt et in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. subeunt et in montuosa ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus, sanguinei fruticis 20 ilex tinguendisque vestibus nascentis genistae. gaudet frigidis 75 sorbus, sed magis etiam betulla. Gallica haec arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratum virgis, eadem- circulis flexilis, item corbium costis. bitumen ex ea Galli ex- coquunt. In eosdem situs comitatur et spina, nuptiarum faci- 25 bus auspiciatissima, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius. nunc facibus carpinus, corylus familiarissimae.

76 (31.) Aquas odere cupressi, iuglandes, castaneae, labur- num. Alpina et haec arbor, nec vulgo nota, dura ac candida 30 materie, cuius florem cubitalem longitudine apes non adtingunt. odit et quae appellatur Iovis barba, in opere topiario 77 tonsilis et in rotunditatem spissa, argenteo folio. non nisi in aquosis proveniunt salices, alni, populi, siler, ligustra tes- seris utilissima, item vaccinia Italiae in aucupiiis sata, Galliae 35 vero etiam purpurae tinguendae causa ad servitorum vestes. Quaecumque communia sunt montibus planisque maiora fiunt

3. vocat] *d*(?). vocant, *r*. 6. ratiniae, *C*. samaram] *d*. samarim, *D*. samariam, *E*. samaritim, *G*. 13. est] est et, *C*. et] *om*. *E*.
 14. linamenta] *Hard*. lignamenta, *C*. 16. sorbus] *d*. sorvus, *D*².
 ornus, *E*. orvus, *r*. 17. morus] *D*². moris, *r*. 24. costis] *D*². cortis, *r*.
 galli] *D*². galliae, *r*. 25. comitantur, *C*. 29. odere] udore, *C*.

aspectu pulchrioraque in campestrihus, meliora autem fructu
et materie crispioraque in montibus exceptis malis pirisque.

19. (32.) Praeterea arborum aliis decidunt folia, aliae 78
sempiterna coma virent, quam differentiam antecedit necesse
5 est prior. sunt enim arborum quaedam omnino silvestres, quae-
dam urbaniores, quoniam his placet nominibus distinguere.
hae mites, quae fructu aut aliqua dote umbrarumque officio
humanius iuvant, non improbe dicantur urbanae.

20. (33.) Harum generi non decidunt: oleae, lauro, pal- 79
10 mae, myrto, cupressis, pinis, hederæ, rhododendro et, quamvis
herba dicatur, sabinae. rhododendron, ut nomine apparet, a
Graecis venit. alii nerium vocarunt, alii rhododaphnen, sem-
piternum fronde, rosae similitudine, caulibus fruticosum. iumen-
tis caprisque et ovibus venenum est, idem homini contra ser-
15 pentium venena remedio.

21. Silvestrium generis folia non decidunt abieti, larici, 80
pinastro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio,
suberi, taxo, tamarici. inter utraque genera sunt andrachle
in Graecia et ubique unedo. reliqua enim folia decidunt is,
20 praeterquam in cacuminibus. non decidunt autem et in fruti-
cum genere rubo, calamo. In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, 81
ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una numquam folia de-
mittens nec ante mediam aestatem germinans. idque mirum
est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri. nam
25 locorum tanta vis est ut circa Memphim Aegypti et in Ele-
phantine Thebaidis nulli arborum decidant, ne vitibus quidem.

22. (34.) Ceterae omnes extra praedictas, etenim enu- 82
merare longum est, folia deperdunt, observatumque non are-
scere nisi tenuia et lata et mollia, quae vero non decidant
30 callo crassa et angusta esse. falsa definitio est non decidere
his quarum pinguior succus sit. quis enim potest in ilice intel-
legere? Decidere Timaeus mathematicus sole scorpionem
transeunte sideris vi et quodam veneno aeris putat. cur ego
non eadem causa adversum omnes polleat, iure miremur.
35 Cadunt plurimis autumnis, quaedam tardius atque in hiemes 83
prorogant moras, neque interest maturius germinasse, utpote
cum quaedam primae germinent et inter novissimas nudentur,
ut amygdalae, fraxini, sabuci, morus autem novissima germinet,

1. autem fructu] *D*². *om. rv.* Cf. *Theophr. h. pl.* 3, 3, 2. 2. et] *ego. om. Cv.*
 18. andrachle] *Salm.* andracile, *C.* 21. rubo] *ego.*
 cudam (*cuidam, E.*) rubo, *C.* calami, *E.* calam, *G.* 26. nullae, *E.*
 arborum] *d.* arbores, *r.* 35. tardius] tardius amittunt, *d.* 37.
 germinent] *d.* germinant, *r.* 38. aut, *G.* haud, *E.* germinat, *Ev.*

84 cum primis folia demittat. Magna et in hoc vis soli. prius
decidunt in siccis macrisque, et vetustae prius arbori, multis
etiam antequam maturescat fructus, ut serotinae fico et hiber-
nae piro et malo, granatumque est pomum tantum aspici in
matre. Neque his autem quae semper retinent comas eadem 5
folia durant subnascentibus aliis. tum arescunt vetera, quod
evenit circa solstitia maxime.

85 (35.) Foliorum unitas in suo cuique genere permanet,
15, 25 praeterquam populo, hederæ, crotoni, quam et cici diximus
vocari. 23. Populi tria genera: alba ac nigra et quae Libyca 10
appellatur minima folio ac nigerrima fungisque enascentibus
86 laudatissima. alba folio bicolor, superne candicans inferiore
parte viridi. huic nigraeque et crotoni in iuventa circinatae
rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt. e contrario
hederæ angulosa rotundantur. populorum foliis grandissima 15
lanugo evolat candida et radiata, folio numerosiore candidae
fiunt villae. Folia granatis et amygdalis rubentia.

87 (36.) Mirum in primis id quod ulmo tiliaequae et oleae et
populo albae et salici evenit. circumaguntur enim folia earum
post solstitium, nec alio argumento certius intellegitur sidus 20
88 confectum. 24. Est et publica omnium foliorum in ipsis diffe-
rentia. namque pars inferior a terra herbido viret colore, ab
eadem leviora nervos callumque et articulos in superiore ha-
bent parte, incisuras vero subter, ut manus humana. Oleae
superne candidiora et minus levia, item hederæ. sed omnium 25
folia cotidie ad solem oscitant, inferiores partes tepefieri vo-
lencia. superior pars omnium lanuginem quantulamcumque
habet, quae in aliis gentium lana est.

89 (37.) In oriente funes validos e foliis palmae fieri dictum
13, 30 est, eosque in umore utiliores esse. et apud nos vero pal- 30
mis a messe decerpuntur. ex his meliora quae sese non divi-
serint. siccantur sub tecto quaternis diebus, mox in sole
expanduntur et noctibus relicta, donec candore inarescant,
postea in opera finduntur.

1. demittat] *ego. dimittit, Ev. demittet, r.* 2. vetustae] *d. vetu-
state, r.* 3. ut] *D²d. in, r.* 3. 4. hibernae] *D². hiberna, E. hiberno,
r.* 4. mala, *DG. dist. ego. granatum quod, E. aspicit, E.*
5. matrem, *E.* 6. durant] *durant sed, d.* 11. appellantur, *C.*
13. crotoni] *cod. Tolet. cotoni, d. crotam, G. cotam, D. cota, E.* 16.
radiata] *D². radita, r.* 16. 17. candidae fiunt] *Ianus. candida et ut, C.*
26. 27. volencia] *d. violentia, r.* 30. vero] *ego. fere, d(?)v. vere, r.*
31. decerpuntur] *d(?). decerpantur, r.* ex his] *D². iis, D¹. eis, r.*
sese] *D². esse, r.* 31. 32. diviserint] *d. diviserit, G. deviserit, D.
divisis erit, E.*

(38.) Latissima fico, viti, platano, angusta myrto, punico, 90
oleae, capillata pino, cedro, aculeata aquifolio et ilicum generi,
— nam iuniperis spina pro folio est, — carnosae cupresso,
tamarici, crassissima alno, longa harundini, salici, palmae et
5 duplicia, circinata pino, mucronata malo, angulosa hederæ,
divisa platano, insecta pectinum modo piceae, abieti, sinuosa
toto ambitu robori, spinosa cute rubo. mordacia sunt quibus- 91
dam, ut urticis, pungentia pino, piceae, abieti, larici, cedro,
aquifoliis, pediculo brevi oleae, ilici, longo vitibus, tremulo po-
10 pulis, et iisdem solis inter se crepitantia. iam et in pomo
ipso mali quodam in genere parva mediis emicant folia, in-
terim et gemina, praeterea aliis circa ramos, aliis et in cacu-
mine ramorum, robori et in caudice ipso. iam densa ac rara 92
semperque lata rariora. disposita myrto, concava buxo, in-
15 ordinata pomis, plura eodem pediculo exeuntia malis pirisque,
ramulosa ulmo et cytiso. quibus adicit Cato decidua ea po-
pulea quernaque, animalibus iubens dari non perarida, bubus
quidem et ficulnea lignaque et hederacea. dantur et ex
harundine ac lauru. decidunt sorbo universa, ceteris paulatim.
20 Et de foliis hactenus.

25. (39.) Ordo autem naturae annuus ita se habet: pri- 93
mus est conceptus flare incipiente vento favonio, ex a. d.
fere VI idus Febr. hoc maritantur vivescentia e terra, quippe
cum etiam equae in Hispania, ut diximus. hic est genitalis s, 166
25 spiritus mundi a fovendo dictus, ut quidam existimaverunt. flat
ab occasu aequinoctiali ver inchoans. catlitionem rustici vocant, 94
gestiente natura semina accipere, eaque animam ferente
omnibus satis concipiunt variis diebus et pro sua quaeque
natura. alia protinus, ut animalia, tardius aliqua et diutius
30 gravida partus gerunt, quod germinatio ideo vocatur. pariunt
vero, cum florent, flosque ille ruptis constat utriculis, sed du-
bitatio in pomo est. hoc et germinatio labor arborum.

(40.) Flos est pleni veris indicium et anni renascentis, 95
flos gaudium arborum. tunc se novas aliasque quam sunt
35 ostendunt, tunc variis colorum picturis in certamen usque
luxuriant. sed hoc negatum plerisque. non enim omnes flo-

2. ilicum] *d(?)*. licum, *r*. 7. toto] *d(?)*. tota, *r*. 9. oleae ilici]
*D*². olea (oleae, *Ed*) et lici (ilici, *d*)*r*. 13. denso, *C*. 16. ea] *a*, *E*.
16. 17. populea] *codd. Gel.* populo *a*, *C*. 18. lignaque, *C*. 26. aequi-
noctiali] *D*². noctiali, *r*. 27. *sqq. dist. ego.* 31. ruptis] *D*². prum-
ptis, *E*. prumptis, *r*. 31. 32. sed dubitatio] *Urlichs vind. 267.* eddubitatio, *E*.
edubitatio, *D*¹*G*. educatio, *D*². 32. labor arborum] *Sillig coni. labo-*
rum, C. 36. non enim] *D*². nomen in, *r*.

rent, et sunt tristes quaedam quaeque non sentiant gaudia annorum. nam neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur natalesve pomorum annuos versicolori nuntio promittunt, nec fici atque caprifici. protinus enim fructum pro flore gignunt. in ficis mirabiles sunt et abortuus qui numquam maturescunt. Nec iuniperi florent. quidam earum duo genera tradunt: alteram florere nec ferre, quae vero non floreat ferre protinus bacis nascentibus quae biennio haereant. sed id falsum, omnibusque his dura facies semper. sic et hominum multis fortuna sine flore est.

(41.) Omnes autem germinant, etiam quae non florent. magna et locorum differentia, quippe cum ex eodem genere quae sunt in palustribus priora germinent, mox campestria, novissima in silvis, per se autem tardius piri silvestres quam ceterae. primo favonio cornus, proxime laurus pauloque ante aequinoctium tilia, acer, inter primas vero populus, ulmus, salix, alnus, nuces. festinat et platanus. cetera vere coepturo, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes, serotino autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdam geminatur germinatio, nimia soli ubertate aut invitante caeli voluptate, quod magis in herbis segetum evenit. in arboribus tamen nimia germinatio elactescit. Sunt aliae naturales quibusdam praeterque vernam, quae suis constant sideribus quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine, hiberna aquilae exortu, aestiva canis ortu, tertia arcturi. has duas quidam omnibus arboribus communes putant, sentiri autem maxime in fico, vite, punicis, causam adferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. maxime tamen in Aegypto apparet haec ratio. Et reliquae quidem arbores, ut primum coepere, continuant germinationem, robur et abies et larix intermittunt tripertito ac terna germina edunt. ideo et ter squamas corticum spargunt, quod omnibus arboribus in germinatione evenit, quoniam praegnatum rumpitur cortex. est autem prima earum incipiente vere circiter XV diebus. iterum germinant transeunte geminos sole. sic fit ut prima cacumina inpelli secundis appareat, geniculato in-

1. quaedam] *d. om. r.* 4. 5. pro flore] *D². flores, r.* 15. ceterae] *Urlichs. vind. 268. cetera, Cv.* 19. serotino] *d. serotinae, r.*
 20. germinatur, *G.* nimia] *D. minima, r.* soli] *D². sol, r.*
 invitante] *ego. invitantis, D²Ev. invitantes, r.* 22. elactescit] *D². Cf. l. 17, 15. elacescit, r.* 23. quibusdam] *d. quidam, E. quiddam, r.*
 praeterque] *D². paterque, r.* vernam] *E. vernas, r.* 32. ter] *d. inter, r.* 36. secundis] *Urlichs. vind. 269. secutis, Cv.*

cremento. tertia est earundem a solisstitio brevissima, nec 101
 diutius septenis diebus, clareque et tunc cernitur excrescentium
 cacuminum articulatio. Vitis sola bis parturit, primum cum
 emittit uvam, iterum cum digerit. eorum quae non florent
 5 partus tantum est et maturitas. Quaedam statim in germina- 102
 tione florent properantque in eo, sed tarde maturescunt, ut
 vitis. serotina quaedam germinant florent maturantque celeriter,
 sicuti morus quae novissima urbanarum germinat nec nisi
 exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. sed cum
 10 coepit, in tantum universa germinatio erumpit ut una nocte
 peragatur etiam cum strepitu.

(42.) Ex his quae hieme aquila exoriēte, ut diximus, 103
 concipiunt floret prima omnium amygdala mense Ianuario, 99
 Martio vero pomum maturat. ab ea proximae florent Arme-
 15 niaca, dein tuberes. set praecoces illae peregrinae ac coa-
 ctae. ordine autem naturae silvestrium primae sabucus, cui
 medulla plurima, et cui nulla, cornus mascula, urbanarum
 malus parvoque post, ut simul possit videri, pirus et cerasus
 et prunus. sequitur laurus, illam cupressus, dein punica, 104
 20 fici. et vites et oleae florentibus iam his germinant, conci-
 piunt vergiliarum exortu. hoc sidus illarum est. floret autem
 solstitio vitis et quae paulo serius incipit olea. deflorescunt
 omnia septenis diebus non celerius, quaedam tardius, sed
 nulla pluribus his septenis, omnia et intra VIII id. Iul. ete-
 25 siarum praecursu.

26. (43.) Nec statim fructus sequitur in aliquibus. cor- 105
 nus enim circa solstitia reddit primo candidum, postea san-
 guineum. ex eo genere femina post autumnum fert bacas
 acerbis et ingustabiles cunctis animantibus, ligno quoque
 30 fungosa et inutilis, cum mas e fortissimis durissimisque sit.
 tanta differentia ab eodem genere fit sexu. Et terebinthus 106
 messibus reddit semen et acer et fraxinus, nuces et mala et
 pira praeterquam hiberna aut praecocia autumno, glandiferae
 serius etiamnum, vergiliarum occasu, aesculus tantum autumno,
 35 incipiente autem hieme quaedam genera mali pirique et suber.
 abies floret croci colore circa solisstitium, semen reddit post

1. a] *cod. Tol. ad, C.* 3. bis] *D².* ab his, *D¹.* bhis, *r.* primum
 cum] *Dalec.* cum primum, *C.* 6. tarde] *om. D¹G.* ut] *D².* *om. r.*

7. germinant] *ego. geminatu, G. germinatu, r.* 11. peragatur] *D².*
 perageret, *E. perager, r.* sterritu, *D¹G.* 15. dein] *dent in, C.*

dist. ego. ac] *E. hac, r.* 17. urbanorum, *D¹EG.* 30. fungosa]
d. fumigoso, E. fungosa, r. inutili, *EG.* cum] *D².* sum, *r.*

durissimisque] *D².* quae, *D¹.* que, *r.* 31. sexu. Et] *D².* sceu et, *E.*
 seu. Et, *r.* 36. floret] *D².* flores, *r.*

vergiliarum occasum. pinus autem et picea praeveniunt germinatione XV fere diebus, semen vero post vergilias et ipsae reddunt.

107 (44.) Citreae et iuniperus et ilex anniferae habentur, novusque fructus in his cum annotino pendet. in maxima 5 tamen admiratione pinus est. habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum ac deinde tertio. nec ulla arborum avidius se promittit. quo mense ex ea nux decerpitur eodem maturescit alia. sic dispensatur ut nullo non mense maturescant. quae se in arbore ipsa 10 divisere azaniae vocantur, laeduntque ceteras nisi detrahantur.

108 (45.) Fructum arborum solae nullum ferunt, hoc est ne semen quidem, tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus Atinia, alaternus, cui folia inter ilicem et olivam. infelices 15 autem existimantur damnataeque religione quae neque seruntur umquam neque fructum ferunt. Cremulius auctor est numquam virere arborem ex qua Phyllis se suspenderit. Quae gummim gignunt post germinationem aperiuntur, gummis non nisi fructu detracto spissatur. 20

109 (46.) Novellae arbores carent fructu quamdiu crescunt. perdunt facillime ante maturitatem palma, ficus, amygdala, malus, pirus, item punica, quae etiam roribus nimis et pruinis florem amittit. qua de causa inflectunt ramos eius, ne subrecti umorem infestum excipiant atque contineant. pirus 25 et amygdala, etiam si non pluat, sed fiat austrinum caelum aut nubilum, amittunt florem et primos fructus, si, cum defloruere, tales dies fuerint. ocissime autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperdia. secuta aetas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. sed in hoc quoque providens natura facile nascenti et depacto surculo incuriosius semen dedit. una tamen proditur ad maturitatem perferre solita in Creta insula ipso descensu Iovis speluncae torvum ligneumque magnitudine 35 ciceris.

111 (47.) Fiunt vero quaedam loci vitio infructuosa, sicut in

2. vere] *d.* vero, *r.* 8. quo mense] *d.* quod mense, *D*². qm̄ se, *D*¹. quo se, *G.* quo si, *E.* 10. nulla, *EG.* maturescant] *d.* maturescunt, *r.* 14. tamaris, *D*². tamari, *r.* nascens] nascens Nec semen tantum, *D*². 16. quae] *d.* om. *r.* 19. aperiunt, *C.* 30. frugiperdia] *D*². frugifer die, *r.* 35. descensu] *d.* descenso, *r.* torvum] torum, *E.* dorum, *r.*

Paro silva Cende quae nihil fert. Persicae arbores in Rhodo florent tantum. Fit haec differentia et sexu, ut in iis quae mares non ferunt. aliqui hoc permutant et mares esse quae ferant tradunt. facit et densitas sterilitatem.

(48.) Gignentium autem quaedam et lateribus ramorum 112 et cacuminibus ferunt, ut pirus, punica, ficus, myrtus. cetero eadem natura quae frugibus. namque et in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. palma sola, ut dictum 13,30 est, in spathis habet fructum, racemis propendentem.

(49.) Reliquis sub folio pomum, ut protegatur, excepta 113 fico, cui folium maximum umbrosissimumque, et ideo supra id pomum. eidem uni serius folium nascitur quam pomum. insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri, Helladis, ficos sub folio, grossos vero post folium nasci. Ficus et 5 praecoces habet quas Athenis prodromos vocant, in Laconico genere maxime. sunt et biferae in isdem.

27. (50.) In Coe insula caprifici triferae sunt. primo fetu 114 sequens evocatur, sequenti tertius. hoc fici caprificantur. et caprifici autem ab adversis foliis nascuntur. Biferae et in 0 malis ac piris quaedam, sicut et praecoces. malus silvestris bifera. sequens eius fructus post arcturum, in apricis maxime. Vites quidem et triferae sunt, quas ob id insanas vocant, 115 quoniam in his alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro auctor est vitem fuisse Zmyrnae apud Matroon tri- 5 feram et malum in agro Consentino. hoc autem evenit perpetuo in Venesi Africae agro, de quo plura alias. ea est soli 18,188 fertilitas. Trifera est et cupressus. namque baccae eius colliguntur mense Ianuario et Maio et Septembri, ternasque earum gerit magnitudinis. Est vero et in ipsis arboribus etiam 116 onustis peculiaris differentia. summa sui parte fertiliores arbutus, quercus, inferiore iuglandis, fici mariscae. omnis quo magis senescunt hoc maturius ferunt, et in apricis locis nec pingui terra. silvestriora omnia tardiora. quaedam ex his

1. cendae, *E.* caedua, *codd. Barb. v.* 2. et] *D*². *om.* *E*(?) *e, r.*
 exu. *E.* ut] *D*². *ic, r.* 3. permutant et] *D*². *permutantes, E.*
 permutante. *r.* 6. ut] *D*². *et, r.* 7. natura] *D*². *matura, r.*
 11. umbrissimumque, *D*²*EG.* 12. eidem uni] *D*². *ei demum, r.*
 16. biferae] *d.* *bifere, D*². *ibi fere, r.* 17. Coe] *ego.* *coho, D*². *caeco,*
*D*¹. *oaeco, G.* *ceo, E.* *Cea, v.* fetu] *d.* *fetus, r.* 21. fructus] *D*².
 fructum, *r.* 22. insanas] *d.* *infrabsanas, E*¹. *infra sanas, r.* 24.
smyrnae, E. *myrnae, r.* Matroon] *ego.* *matrean, D*²*G.* *matrem an, r.*
 25. consentino] *d.* *consentina, r.* 26. venesi] *C.* *Tacapensi, v.*
coll. l. 18, 188. 29. generit, *D*¹*G.*

omnino nec maturescunt. item quae subarantur aut quae ablaqueantur celeriora neglectis. haec et fertiliora.

117 (51.) *Est* etiamnum aetatis differentia. amygdala enim et pirus in senecta fertilissimae ut et glandiferae et quoddam genus ficorum, ceterae in iuventa, tardiusque maturantes, 5 quod maxime notatur in vitibus. vetustioribus enim vinum melius, novellis copiosius. celerrime vero senescit et in senecta deteriore fructum gignit malus. namque et minora poma proveniunt et vermiculis obnoxia. quin et in ipsa ar-

118 bore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum fetu maturitatis causa medicatur, iam quidem ex portentis, quoniam maiora sunt pretia praeposteris. Omnia autem celerius senescunt praefecunda. quin et protinus moriuntur aliqua caelo fecunditatem omnem eblandito, quod maxime vitibus evenit.

119 28. Contra morus tardissime senescit, fructu minime laborans, 15 tarde et ea quorum crispa materies, ut palma, acer, populus. 29. Et subarata ocius senescunt, silvestria autem tardissime. atque in totum omnis cura fertilitatem adicit, fertilitas senectam. ideo et praeflorent talia et praegerminant, tota praecocia fiunt, quoniam omnis infirmitas caelo magis 20 oboedit.

120 (52.) Multae plura gignunt, ut diximus in glandiferis, 26 sqq. inter quas laurus uvas suas, maximeque sterilis quae non gignit aliud. ob id a quibusdam mas existimatur. ferunt et abellanae iulos compactili callo, ad nihil utilis, 30. plurima vero buxus, nam et semen suum et granum quod crataegum vocant, et a septentrione viscum, a meridie hyphear, 245 de quis plura mox paulo. interdumque pariter res quaternas habent.

121 (53.) Arbores quaedam simplices, quibus a radice caudex 30 unus et rami frequentes, ut olivae, fico, viti. quaedam fruticosi generis, ut paliurus, myrtus, item nux abellana, quin immo melior et copiosior fructu in plures dispersa ramos. hi quibusdam omnino nulli, ut in suo genere buxo, loto trans-

122 marinae. quaedam bifurcae atque etiam in quinas partes 35 diffusae, quaedam dividuae nec ramosae, ut sabuci, quaedam

2. haec] *D*². bacae, *r*. 3. Est] *A*, *DG*, *om. E*. 5. cetera in, *d*. cetera eius, *r*. 9. in] *d. om. r*. 11. medicatur] *D*². meditatatur, *r*. 16. ea] *D*². *om. E*. a, *r*. 19. talia] *Barb.* alia, *D*²*E*. ealia, *r*. 20. tota] *E*. totum, *r*. 21. oboedit] *D*². oboccidit, *r*. 23. quas] quae *D*. que, *r*. 26. buxus] *E*. buxeis, *D*². buxiis, *r*. 26. 27. grataegum, *C*. 33. hi] in, *E*. 34. nulli] *ego. nullum, C*. buxi, *C*.

individuae, ramosae, ut piceae. quibusdam ramorum ordo, sicut piceae, abieti, alias inconditus, ut robori, malo, piro. et abieti quidem subrecta divisura ramique in caelum tendentes, non in latera proni. mirum, cacuminibus eorum decisis 123
 5 moritur, totis vero detruncatis durat. et si infra quam rami fuere praecidatur, quod superest vivit, si vero cacumen tantum auferatur, tota moritur. alia ab radice brachiata, ut ulmus, alia in cacumine ramosa, ut pinus, faba Graeca, quam Romae a suavitate fructuosus, silvestris quidem, sed cerasorum paene
 10 natura, loton appellant. praecipue domibus expetitur ramorum 124 petulantia brevi caudice latissima expatiantium umbra et in vicinas domos saepe transilientium. nulla opacitas brevior, nec auferunt solem hieme decidentibus foliis. nullis cortex iucundior aut oculos excipiens blandius, nullis rami longiores
 15 validioresque aut plures, ut dixisse totidem arbores liceat. cortice pelles tingunt, radice lanas. malis proprium genus. ferarum enim rostra reddunt adhaerentibus uni maximo minoribus.

(54.) Ramorum aliqui caeci, qui non germinant, quod 125
 20 natura fit, si non evaluere, aut poena, cum deputatos cicatrix hebetavit. quae dividuis in ramo natura est haec viti in oculo, harundini in geniculo. omnium terrae proxima crassiora. in longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cypressus, ulmus et si qua unistirpia. ramosarum cerasus etiam
 25 in XL cubitorum trabes aequali per totam duum cubitorum crassitudine reperitur. quaedam statim in ramos sparguntur, ut mali.

31. (55.) Cortex aliis tenuis, ut lauro, tiliae, aliis cras- 126
 30 sus, ut robori, aliis levis, ut malo, fico, idem scaber robori, palmae, omnibus in senecta rugosior. quibusdam rumpitur sponte, ut viti, quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni, carnosus suberi, populo, membranaceus viti, harundini, libris similis ceraso, multiplex tunicis vitibus, tiliae, abieti, quibusdam simplex, ut fico, harundini.

35 (56.) Magna et radicum differentia: copiosae fico, ro- 127
 bori, platano, breves et angustae malo, singulares abieti, larici. singulis enim innituntur, quamquam minutis in latera dispersis. crassiores lauro et inaequales, item oleae, cui et

2. piceae] *D*². piseae, *r.* aliis, *G.* 9. a] ac, *DG.* 12. nulli,
E. 14. rami] *d.* ramis, *r.* 15. arbores] *d.* arbore, *r.* 21. ramo]
d. roma, *r.* 24. ulmus] *d.* ulmis, *r.* 32. viti] *Ianus.* ut viti, *C.*
 33. vitibus] *Sillig. coni.* ut vitibus, *C.* 37. innituntur] *d.* inniten-
 tur, *r.*

ramosae. at robori carnosae. robora suas in profundum
 agunt. si Vergilio quidem credimus, aesculus quantum cor-
 128 pore eminent tantum radice descendit. oleae malisque et
 cupressis, per summa caespitum, aliis recto meatu, ut lauro,
 oleae, aliis flexuoso, ut fico. minutis haec capillamentis hirsuta 5
 et abies multaeque silvestrium e quibus montani praetenuia
 fila decerpentes spectabilis lagoenas et alia vasa nectunt. Qui-
 129 dam non altius descendere radices quam solis calor tepefaciat
 idque natura loci tenuioris crassive dixere, quod falsum ar-
 bitror. apud auctores certe invenitur, abietis planta cum 10
 transferretur, octo cubitorum in altitudine nec totam refossam,
 sed abruptam. maxima spatio atque plenitudine citri est, ab
 130 ea platani, roboris et glandiferarum. Quarundam radix viva-
 cior superficie, ut laurus. itaque cum trunco inaruit, recisa
 etiam laetius fruticat. Quidam brevitate radicum celerius 15
 senescere arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices
 longissimae et senectus ocissima. Falsum arbitror et quod
 aliqui prodidere, radices arborum vetustate minui. visa enim
 est annosa quercus eversa tempestatis vi iugerum soli am-
 plexa. 20

131 (57.) Prostratas restitui plerumque et quadam terrae
 cicatrice vivescere volgare est. familiarissimum hoc platanis,
 quae plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ra-
 morum, quibus amputatis levato onere in suo scrobe repo-
 nuntur. factumque iam est hoc et in iuglandibus oleisque ac 25
 132 multis aliis. 32. Est in exemplis et sine tempestate ullave
 causa alia quam prodigi cecidisse multas ac sua sponte resur-
 rexisse. factum hoc populi Romani Quiritibus ostentum Cim-
 bricis bellis Nuceriae in luco Iunonis ulmo, postquam etiam
 cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procum- 30
 bebat, restituta sponte ita ut protinus floreret, a quo deinde
 tempore maiestas p. R. resurrexit quae ante vastata cladibus
 133 fuerat. memoratur hoc idem factum et in Philippis salice
 procidua atque detruncata, et Stagiris in museo populo alba,
 omnia fausti ominis. sed maxime mirum, Antandri platanus 35
 etiam circumdolatis lateribus restibilis sponte facta vitaeque
 reddita longitudine XV cubitorum, crassitudine quattuor ulnarum.

134 (58.) Arbores quas naturae debeamus tribus modis na-

9. tenuioris] *D*². tenuiores, *r*. crassive] *D*². gravissime, *E*. gravis
 sive, *r*. 12. citri] *ego*. et citri, *Cv*. 14. lauri, *E*. 18. aliqui] *D*².
 aliqui ut, *r*. minui. visa] *D*²*G*. mindivisa, *E*. /// /// visa, *D*¹.
 30. amputatum] *d*. amputamentatum *r*. 32. p. r.] *D*². py, *r*.

scuntur, sponte aut semine aut ab radice. cura numerosior
 extitit, de qua suo dicemus volumine. nunc enim totus sermo 17, 58
 de natura est multis modis mirisque memorabili. namque non
 omnia in omnibus locis nasci docuimus, nec tralata vivere. 12, 51
 5 hoc alias fastidio, alias contumacia, saepius inbecillitate eorum
 quae transferantur. evenit, alias caelo invidente, alias solo re-
 pugnanter.

(59.) Fastidit balsamum alibi nasci, nata Assyria malus 135
 alibi ferre, nec non et palma ubique nasci aut nata parere
 10 vel, cum promisit etiam ostenditque, educare, tamquam invita
 pepererit. non habet vires frutex cinnami in Syriae vicina
 perveniendi. non ferunt amomi nardique deliciae, ne in Ara-
 biam quidem, ex India et nave peregrinari. temptavit enim Se-
 leucus rex. Illud maxime mirum, ipsas plerumque arbores 136
 15 exorari ut vivant atque tramigrent, aliquando et a solo im-
 petrari ut alienas alat advenasque nutriat, caelum nullo modo
 flecti. vivit in Italia piperis arbor, casiae vero etiam in
 septentrionali plaga, vixit in Lydia turis, sed unde sorbentes
 sucum omnem ex his solis coquentesve lacrimam? illud 137
 20 proxime mirum, mutari naturam in isdem locis atque pro indi-
 viso valere. cedrum aestuosis partibus dederat, et in Lyciis
 Phrygiisque montibus nascitur. frigus inimicum lauro fecerat,
 sed in Olympo copiosior nulla est. circa Bosporum Cimme-
 rium in Panticapaeo urbe omni modo laboravit Mithridates rex
 25 et ceteri incolae sacrorum certe causa laurum myrtumque
 habere non contigit, cum teporis arbores abundant ibi, pu-
 nicae ficique, iam mali et piri laudatissimae. frigidas eodem 138
 tractu non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. et quid
 attinet in Pontum abire? iuxta Romam ipsam castaneae ce-
 30 rasique aegre proveniunt, persica in Tusculano, iam nuces
 Graecae cum taedio inseruntur Tarracina silvis scatente
 earum.

33. (60.) Cupressus advena et difficillime nascentium 139
 fuit, ut de qua verbosius saepiusque quam de omnibus aliis
 35 prodiderit Cato, satu morosa, fructu supervacua, bacis torva,
 folio amara, odore violenta ac ne umbra quidem gratiosa, ma-

5. hoc alias] *cod. Tol.* haec alias, *d.* hoc aliaque, *r.* 6. caelo—
 alias] *E. om. r.* 8. nata Assyria] *Hard.* natura nisi in syria, *E.* Na-
 tura syria, *r.* 12. 13. Arabiam] *Ianus.* arabia, *C.* 13. peregrinavit,
E. perigrinavit, *r.* 18. scorbentes, *D¹EG.* 19. iis, *D¹G.* 20. 21. pro in-
 diviso] *inproviso, E.* 26. temporis, *C.* 30. iam] *ego.* nam, *E.* non,
r. 35. satu morosa] *ego.* sato murosa, *D².* yato murosa (morosa, *E*)*r.*

140 terie rara, ut paene fruticosi generis, Diti sacra et ideo fune-
 bri signo ad domos posita. femina sterilis. diu metae demum
 aspectu non repudiata distinguendis tantum vinearum ordinibus,
 nunc vero tonsilis facta in densitate parietum coercitaque gra-
 cilitate perpetuo tenera trahitur etiam in picturas operis 5
 141 topiarii, venatus classesve et imagines rerum tenui folio brevi-
 que et virente semper vestiens. Duo genera earum: meta in
 fastigium convoluta, quae et femina appellatur. mas spargit
 extra se ramos deputaturque et accipit vitem. utraque autem
 immittitur in perticas asseresve amputatione ramorum, qui XIII 10
 anno denariis singulis venierunt, quaestuosissima in satus ra-
 tione silva, vulgoque dotem filiae antiqui plantaria ea appella-
 bant. Huic patria insula Creta, quamquam Cato Tarentinam
 eam appellat, credo, quod primum eo venerit. et in Aenaria
 142 succisa regerminat. sed in Creta quocumque in loco terram 15
 moverit quispiam, vi naturali haec gignitur protinusque emicat,
 illa vero etiam non appellato solo ac sponte maximeque in
 Idaeis montibus et quos Albos vocant summisque in his, unde
 numquam nives absunt, plurima, quod miremur, alibi non nisi
 in tepore proveniens et nivem magno opere fastidians. 20

143 (61.) Nec terrae tantum natura circa has refert aut
 perpetua caeli, verum et quaedam temporaria vis imbrium.
 aquae plerumque semina adferunt, et certe fluunt genere ali-
 quando etiam incognito, quod accidit Cyrenaicae regioni, cum
 19, 41 primum ibi laserpicium natum est, ut in herbarum natura di- 25
 cemus. nata est et silva urbi ei proxima imbre piceo cras-
 soque.

144 34. (62.) Hedera iam dicitur in Asia nasci. circiter
 urbis Romae annum CCCCXXX negaverat Theophrastus,
 nec in India nisi in monte Mero, quin et Harpalum omni 30
 modo laborasse ut sereret eam in Medis frustra, Alexandrum
 vero ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India redisse

1. fruticosi] *d.* fruticosis, *r.* 2. *dist.* *Urlichs vind.* 275. 3.
 vinearum] *Pint.* pinorum, *Cv.* 5. tenera] *E.* terra, *D*². tera, *D*¹. tere,
G. pictura, *DG.* 6. topiarii] *Pint.* toriarii, *G.* toriari, *D.* toriarum,
E. 11. venierunt] *D*². venerunt, *r.* 12. filiae] *d.* filia, *r.* plan-
 taria ea] *Sillig. con.* plantariae, *C.* 13. quamquam] *codd. det.* quam,
C. 14. aenaria] *D*¹*G.* arenaria, *E.* ea, *D*². 16. vi naturali] nisi na-
 turalia, *C.* emigrat, *C.* 17. ac sponte] *E.* ae sponso, *r.* 20. ni-
 vem] *Urlichs vind.* 276. nutricem, *Cv.* 21. hos, *C.* 22. imbres, *DG.*
 23. aquae] *d.*(?). aliquae, *E.* aliqae, *r.* 25. ut] *om.* *C.* 28. 29.
Verba circiter — CCCCXXX *C ante v.* Hedera ponunt, *transp.* *Urlichs*
vind. 277 *correcto numero.* 30. in] *om.* *C.* 31. mediis, *D*¹*EG.*
 32. victore, *DG.*

exemplo Liberi patris, cuius dei et nunc adornat thyrsos ga-
 leasque etiam ac scuta in Thraciae populis sollemnibus sacris,
 inimica arboribus satisque omnibus, sepulchra, muros rumpens,
 serpentium frigori gratissima, ut mirum sit ullum honorem
 5 habitum ei. Duo genera prima ut reliquarum, mas atque 145
 femina. maior traditur mas et corpore et folio, duriore etiam
 ac pinguiore, set flore ad purpuram accedente. utriusque
 autem similis est rosae silvestri, nisi quod caret odore. species
 horum generum tres. est enim candida aut nigra hederam
 10 tertiaque quae vocatur helix. Etiamnum hae species dividuntur 146
 in alias, quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et
 folio. fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus
 et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur
 corymbi, idem Silenici cum est minor acinus, sparsior racemus.
 15 simili modo in nigra. alicui et semen nigrum, alii crocatum, 147
 cuius coronis poetae utuntur, foliis minus nigris, quam quidam
 Nysiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis.
 quidam apud Graecos etiamnum duo genera huius faciunt a
 colore acinorum, erythranum et chrysocarpum. Plurimas autem 148
 20 habet differentias helix, quoniam folio maxime distat. parva
 sunt et angulosa concinnioraque, cum reliquorum generum
 simplicia sint. distat et longitudine internodiorum, praecipue
 tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. quidam hoc
 aetatis esse, non generis existimant, primoque helicem esse,
 25 fieri hederam vetustate. horum error manifestus intellegitur, 149
 quoniam helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxime in-
 signia: herbacea ac virens quae plurima est, altera candido
 folio, tertia versicolori, quae Thracia vocatur. etiamnum her-
 baceae tenuiora folia et in ordinem digesta densioraque. in
 30 alio genere diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus 150
 foliis et similiter ordinatis densioribusque est, alteri generi
 neglecta haec omnia. maiora quoque aut minora sunt folia
 macularumque habitu distant, et in candidis alia sunt can-
 didiora. adulescit in longitudinem maxime herbacea. arbores 151
 35 autem necat candida omnemque sucum auferendo tanta cras-
 situdine augetur ut ipsa arbor fiat. signa eius folia maxima
 atque latissima, mammas erigentis quae sunt ceteris inflexae,

3. arboribus] *Sillig. coni. arboris, DG. arbori, E.* 5. ei] *D². e ///, D¹. ē, G. om. E.* 7. pinguiore, set] *D². pinguiore et, E. pinguiorem et, r.* 10. quae] *om. DG.* haec, *D¹EG.* 14. item, *Ev.* 20. habent, *C.* 22. sunt, *DG.* 24. primoque] *d. primo qui, r.* 33. distat, *DG.* alia] *d. alii, r.* 35. necat] *d. nec ad, r.* 37. latis-
 sime, *G.* erigentis] *d. erigentes, r.*

racemi stantes ac subrecti. et quamquam omnium hederaru
 generi radicata bracchia, huic tamen maxime ramosa ac ro-
 152 busta, ab ea nigrae. sed proprium albae quod inter media
 folia emittit bracchia utrimque semper amplectens, hoc et in
 muris, quamvis ambire non possit. itaque etiam pluribus locis 5
 intercisa vivit tamen duratque, et totidem initia radicum habet
 quot bracchia, quibus incolumis et solida arbores sugit ac
 strangulat. est in fructu differentia albae nigraeque hederae,
 quoniam aliquis tanta amaritudo acini ut aves non attingant.
 Est et rigens hedera quae sine adminiculo stat sola omnium 10
 generum, ob id vocata orthocissos, e diverse numquam nisi
 humi repens chamaecissos.

153 35. (63.) Similis est hederae e Cilicia quidem primum
 profecta sed in Graecia frequentior quam vocant smilacem,
 densis geniculata caulibus, spinosis frutescens ramis, folio 15
 hederaceo, parvo, non anguloso, a pediculo emittente pam-
 154 pinos, flore candido, olente lilium. fert racemos labruscae
 modo, non hederae, colore rubro, complexa acinis maioribus
 nucleos ternos, minoribus singulos, nigros duosque, infausta
 omnibus sacris et coronis, quoniam sit lugubris virgine eius 20
 nominis propter amorem iuvenis Croci mutata in hunc fruti-
 155 cem. id volgus ignorans plerumque festa sua polluit he-
 deram existimando sicut in poetis aut Libero patre aut Sileno,
 qui quis omnino nescit quibus coronentur? E smilace fiunt
 codicilli, propriumque materiae est ut admota auribus lenem 25
 sonum reddat. hederae mira proditur natura ad experienda
 vina, si vas fiat e ligno eius, vina transfluere ac remanere
 aquam, si qua fuerit mixta.

156 36. (64.) Inter ea quae frigidis gaudent et aquaticos
 frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt ha- 30
 rundines belli pacisque experimentis necessariae atque etiam
 deliciis gratae. tegulo earum domus suas septentrionales po-
 puli operiunt, durantque aevis tecta talia. et in reliquo vero
 157 orbe et camaras levissime suspendunt. chartisque serviunt

1. racemis, C. quamquam] d. quamque, r. 4. utrimque] d. ut-
 trumque, r. 5. muris] D². mures, r. 9. aliquis] *Urlichs vind.* 279.
 aliis, Cv. 11. orthocissos] *Pontedera antiquit.* p. 528. oriocissos, D².
 cissos, r. 13. similes] d. simile, r. hederae e] hederaceae, E¹. ede-
 rae, G. hederae, r. 14. profecta] d. profecto, r. graecia] E. trac-
 cia, r. 15. folia, D¹EG. 16. rediculo, D¹G. reticulo, E. 19. ter-
 nos] D². inter nos, D¹. unt nos, G. undenos, E. 24. qui] *Sillig. coni.*
om. C. quis omnino] qui somno, C. 29. gaudent et] D². gauden-
 tes, r. 33. talia] D². alta, r. 34. chartisque] thracisque, D. thra-
 cisque, r.

calami, Aegypti maxime cognatione quadam papyri. proba-
 tiores tamen Cnidi et qui in Asia circa Anaeticum lacum na-
 scuntur. nostratibus fungosior subest natura, cartilagine
 bibula, quae cavo corpore intus, superne tenui inarescit
 5 ligno, fissilis praeacuta semper acie. geniculata cetero gra- 158
 cilitas nodisque distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina,
 crassiore paniculae coma, neque hac supervacua. aut enim
 pro pluma strata cauponarum replet aut, ubi limosiore indu-
 ruit callo sicut in Belgis, contusa et interiecta navium commis-
 10 suris ferminat textus glutino tenacior rimisque explendis
 fidelior pice.

(65.) Calamis orientis populi bella conficiunt, calamis 159
 spicula addunt inrevocabili hamo noxia et mortem adcelerant
 pinna addita calamis, fitque et ex ipso telum aliud fracto in
 15 vulneribus. his armis solem ipsum obumbrant. propter hoc
 maxime serenos dies optant, odere ventos et imbres, qui
 inter illos pacem esse cogunt. ac si quis Aethiopus, Aegy- 160
 ptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes
 et orientis omniaque Parthorum regna diligentius computet,
 20 aequa ferme pars hominum in toto mundo calamis superata
 degit. Praecipuus hic usus in Creta bellatores suos nobili- 161
 tavit. sed in hoc quoque, ut ceteris in rebus, vicit Italia,
 quando nullus sagittis aptior calamus quam in Rheno Bono-
 niensi amne, cui plurima inest medulla pondusque volucre
 25 et contra flatuus quoque pervicax libra. quippe non eadem
 gratia Belgicis. haec et Creticis commendatio, omnibus quam-
 quam praeferuntur Indici quorum alia quibusdam videtur
 natura, quando et hastarum vicem praebent additis cuspidi-
 bus. Harundini quidem Indicae arborea amplitudo, quales 162
 30 vulgo in templis videmus. differre maris ac feminas in his
 quoque Indi tradunt. spissius mari corpus, feminae capa-
 cius. navigiorumque etiam vicem praestant, si credimus,
 singula internodia. circa Acesinen amnem maxime nascitur.
 Harundo omnis ex una stirpe numerosa, atque etiam recisa 163
 35 fecundius resurgit. radix natura vivax, geniculata et ipsa.
 folia Indicis tantum brevia, omnibus vero a nodo orsa con-
 plexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque a medio

2. gnidi, C. 8. pro] *d. om. r.* plurima, *D*². 10. primisque,
*D*¹*EG*. 13. noxia et] *D*². noxiae, *r.* 15. obumbrat, C. 17. quis]
d. quid, r. 21. usus] *D*². visus, *r.* 21. 22. nobilitavit] *D*². praeci-
 pitavit, *r.* 26. bellicis, C. commendatio, omnibus] *Sillig. coni.* com-
 mendatio, *D*². commendationibus, *r.* 29. arborum, *D*². 36. 37. con-
 plexu] *D*². con (cum, *E*) complexo, *r.*

internodio cum plurimum desinunt vestire procumbuntque latera harundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum a dextera fiat, alterum superiore geniculo ab laeva per vices. inde exeunt aliquando rami qui sunt calami tenues. 5

164 (66.) Plura autem genera. alia spissior densiorque geniculis, brevibus internodiis, alia rarior maioribus, tenuiorque et ipsa. calamus vero alius totus concavus, quem vocant syringian, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenio et nodi continuo foramine pervii, 10
 165 quem auleton vocant. hic tibiis utilior, fistulis ille. Est alius crassiore ligno et tenui foramine. hunc totum fungosa replet medulla. alius brevior, alius procerior, exilior crassiorque. fruticosissimus, qui vocatur donax, non nisi in aquaticis natus, quoniam et haec differentia est multum prae- 15
 166 lata harundine quae in siccis proveniat. Suum genus sagittario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequiumque quo libeat flecti calefacto. Differentias faciunt et folia non modo multitudine, verum et colore. varia Laco-
 167 nica et ab ima parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant dissimiles amnicis, longisque vestiri foliis spatiosius
 168 a nodo scandente complexu. Est et obliqua harundo, non in excelsitatem nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. vocatur a quibusdam eletia. Est et in Italia adarca nomine palustris ex cor- 25
 tice tantum sub ipsa coma nascens, utilissima dentibus, quoniam vis eadem est quae sinapi. De Orchomenii lacus harundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. characian vocabant crassiorem firmioremque, plocimon vero subtiliorem, hanc in insulis fluvitantibus natam, illam in ripis exspatiantis 30
 169 lacus. tertia est harundo tibialis calami, quem auleton dicebant. nono hic anno nascebatur. nam et lacus incrementa hoc temporis spatio servabat, prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset, quod notatum apud Chaeroniam in-

3. ut] *d. om. r.* a] *Sillig. ad, C.* 10. nodi] *D². om. r.*
 pervii] *ego. perui//t, D¹. perui//s, D². peruit, G. perum, E.* 13. repleet, *D². repleeti, D¹. repleti, r.* procerior] *procerior et tenui foramine, D².*
 15. natis] *D¹EG.* 16. provenit, *d. preveniat, G. praeveniat, r.*
 19. modo] *Ianus. om. Cv.* varia] *Pint. valida, C.* 24. temeritate, *D¹EG.*
 25. iletia, *Urlichs vind. 281 ex Theophr. h. pl. 4, 11, 13.* elegia, *Cv.*
 26. *V. nascens transp. Urlichs ib. 282. C. ante v. adarca ponunt.* utilissime, *DG.* 27. orcomeni flacus, *DG.* orchomenii flaccus, *E.*
 29. plocimon] *Urlichs vind. 283. plocian Cv.* 30. illas, *C.*

fausto Atheniensium proelio. Est prope Lebadia** vocatur
 influente Cephiso. cum igitur anno permansit inundatio, pro-
 ficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem. vocabantur
 zeugitae. contra bombyciae maturius reciproco graciles, femi-
 5 narum latiore folio atque candidiore, modica lanugine aut
 omnino nulla spadonum nomine insignis. Hinc erant arma- 170
 menta ad inclutos cantus, non silendo et reliquo curae mira-
 culo, ut venia sit argento iam potius cani. caedi solebant
 tempestivae usque ad Antigeniden tibicinem, cum adhuc sim-
 10 plici musica uterentur, sub arcturo. sic praeparatae aliquot
 post annos utiles esse incipiebant, tunc quoque multa do- 171
 mandae exercitatione et canere tibiae ipsae docendae, com-
 primentibus se linguis, quod erat illis theatrorum moribus
 utilius. postquam varietas accessit et cantus quoque luxuria,
 15 caedi ante solstitia coeptae et fieri utiles in trimatu, apertiori-
 bus earum lingulis ad flectendos sonos, quae inde sunt et
 hodie. sed tum ex sua quamque tantum harundine congruere 172
 persuasum erat, et eam quae radicem antecesserat laevae
 tibiae convenire, quae cacumen dexteræ, inmensum quantum
 20 praelatis quas ipse Cephisus abluisset. nunc sacrificae Tu-
 scorum e buxo, ludicrae vero e loto ossibusque asininis et
 argento fiunt. Aucupatoria harundo a Panhormo laudatissima,
 piscatoria Abaritana ex Africa.

(67.) Harundinis Italiae usus ad vineas maxime. Cato 173
 5 seri eam iubet in umidis agris bipalio subacto prius solo,
 oculis dispositis intervallo ternorum pedum, simul et corru-
 dam, unde asparagi fiant — concordare amicitiam —, 37.
 salicis vero circa, qua nulla aquaticarum utilior, licet populi
 vitibus placeant et Caecuba educant, licet alni saepibus muniant
 0 contraque erumpentium amnium impetus riparum muro in
 tutela ruris excubent in aqua satae densius caesaeque innumero
 herede prosint.

(68.) Salicis autem plura genera. namque et in pro- 174
 ceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas pariterque

1. praelio, *D*². *om.* *r.* Est prope] *ego.* et saepe, *E.* Est aepe, *r.*
 lebaida, *E.* laebaida, *r.* *Lac. Ianus significavit.* 6. insignis]
*D*². insigni//, *D*¹. insignibus, *r.* 7. inclytos, *D*². inclusos, *r.* 12.
 docendae] *d.* educendae, *r.* 13. linguis] *D*². liguris, *r.* 14. luxuria]
 luxuriantes, *E.* 15. antes, *DG.* solstitia] *D*². stultitia, *r.* 16. lin-
 gulis] *Bodaeus.* ligulis, *d.* unguis, *r.* 20. 21. tuscorum] *d.* turquorum
E. tusquorum, *r.* 27. asparagi, *D*². aspergit, *E.* aspargit, *r.* 28. sa-
 licis] *d.* silicis, *r.* 29. alny (alnis, *E.*) saepibus, *D*¹*EG.* alnis epirus, *D*².
 31. densius caesaeque] *Urlichs vind.* 285. caesaeque densius *Cv.*
 33. autem] *Urlichs l. l.* statim, *Cv.* 34. pariterque] *ego.* pariuntque,

balteo corticis vincula, et aliae virgas sequacis ad vincturas
 lentitiae, alias praetenuis viminibus texendis spectabili subti-
 litate, rursus aliae firmiores corbibus ac plurimae agricularum
 supellectili, candidiores ablato cortice levique tractatu molliori-
 bus vasis, quae sine corio fiant, atque eodem etiam supinarum 5
 175 in delicias cathedrarum aptissimae. Caedua salici fertilitas
 densiorque tonsura ex brevi pugno verius quam ramo, non, ut
 remur, in novissimis curanda arbore. nullius quippe tutior
 reditus est minorisve impendi aut tempestatum securior.

176 (69.) Tertium locum ei in aestimatione ruris Cato adtri- 10
 buit prioremque quam olivetis quamque frumento aut pratis,
 nec quia desint alia vincula. siquidem et genistae et populi
 et ulmi et sanguinei frutices et betullae et harunde fissa et
 harundinum folia, ut in Liguria, et vitis ipsa recisisque aculeis
 rubi alligant et intorta corylus — mirumque contuso ligno 15
 alicui maiores ad vincula esse vires —, salici tamen prae-
 177 cipua dos. Finditur Graeca rubens, candidior Amerina sed
 paulo fragilior ideo solido ligat nexu. in Asia tria genera
 observant: nigram utiliorem viminibus, candidam agricularum
 usibus, tertiam quae brevissima est helicem vocant. apud nos 20
 quoque multi totidem generibus nomina inponunt, viminalem
 vocant eandemque purpuream, alteram nitelinam a colore quae
 sit tenuior, tertiam Gallicam quae tenuissima.

178 (70.) Nec in fruticum nec in veprium cauliumve neque
 in herbarum aut alio ullo quam suo genere numerentur iure 25
 scirpi fragiles palustresque et tegulum tegetesque, e quibus
 detracto cortice candelae luminibus et funeribus serviunt.
 Firmior quibusdam in locis eorum rigor. namque iis velifi-
 cant non in Pado tantum nautici, verum et in mari piscator
 Africus praepostero more velum intra malos suspendens, et 30
 mapalia sua Mauri tegunt, proximeque aestimanti hoc videantur
 esse quod in interiore parte mundi papyrum.

179 (71.) Sui sed frutectosi generis sunt inter aquaticas et
 rubi atque sabuci fungosi generis, aliter tamen quam feru-
 lae, quippe plus ligni est utique sabuco, ex qua magis canoram 35
 bucinam tubamque credit pastor ibi caesa ubi gallorum can-

dv. raritque, *r.* 2. letitiae, *E.* laetitia, *r.* praetenuae, *DG.* 4.
 tractat ut, *D¹G.* tractatu ut, *E.* 4. 5. melio . . . ribus, *E.* molioribus, *r.*
 5. sine] *Salm.* ut ne, *C.* atque eodem] *Urlichs l. l.* eodem atque, *Cv.*
 6. caeduas, *D¹G.* cceduas, *E.* 22. colore] *d.* calore, *r.* 26.
 scirpis, *C.* 28. earum, *C.* 30. velum] *D².* vela, *E(?)v.* leva, *G.* in
D¹. ras. 31. aestimanti] *d.* aestimati, *r.* videatur, *DG.* 33. Sui]
 usui, *C.* 35. ligni est] *D².* lignit, *E.* lignist, *r.* canorum, *C.*
 36. caesae, *d.* causae, *r.*

tum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt et alio genere 180
 similitudinem rosae qui vocatur cynosbatos. tertium genus
 Idaeum vocant Graeci a loco, tenerioribus quam cetera mi-
 noribusque spinis et minus aduncis. flos eius contra lippitu-
 5 dines inlinitur, ex melle et igni sacro. contra stomachi quoque
 vitia bibitur ex aqua. Sabuci acinos habent nigros atque par-
 vos umoris lenti, inficiendo maxime capillos, qui et ipsi aqua
 decocti manduntur.

38. (72.) Umor et cortici arborum est, qui sanguis 181
 10 earum intellegi debet, non idem omnibus: ficis lactens —
 huic ad caseos figurandos coaguli vis —, cerasis cummino-
 sus, ulmis salivosus, lentus ac pinguis, malis, vitibus, piris
 aquosus. vivaciora quibus lentior. atque in totum corpori
 arborum ut reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nervi,
 5 venae, ossa, medullae. pro cute cortex. mirum, is in moro 182
 medicis sucum quaerentibus vere hora diei secunda lapide
 incussus manat, altius fractus siccus videtur. proximi pleris-
 que adipēs. hi vocantur a colore alburnum, mollis ac pessima
 pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia,
 20 quare semper amputabitur. subest huic caro, cui ossa, id est
 materiae optimum. Alternant fructus quibus siccus lignum, 183
 ut olea, magis quam quibus carnosum, ut cerasus. nec
 omnibus adipēs carnesve largae, uti nec animalium acerrimis.
 neutrum habent buxus, cornus, olea, nec medullam minimum-
 25 que etiam sanguinis, sicuti ossa non habent sorba, carnem
 sabuci — et plurimam ambae medullam — nec harundines
 maiore ex parte.

(73.) In quarundam arborum carnibus pulpae venaeque 184
 sunt. discrimen earum facile, venae latiores candidioresque
 30 pulpa. fissilibus insunt. ideo fit ut aure ad caput trabis quam-
 libet praelongae admota ictus ab altero capite vel graphi
 sentiantur penetrante rectis meatibus sono, unde deprehen-
 ditur an torta sit materies nodisque concisa. Quibus sunt 185
 tubera sicut in carne glandia, in iis nec vena nec pulpa, quo-
 35 dam callo carnis in se convoluto. hoc pretiosissimum in citro
 et acere. cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur

1. more, *D¹EG*. 2. cynusbatos, *D²E*. cynusbatis, *r*. 3. tene-
 rioribus] *ego*. teneriores, *D²*. tenuiores, *r*. 4. spinis] *d*. pinus, *G*. pi-
 nis, *r*. 7. capillo, *D¹EG*. 12. ac] *D²E*. e, *r*. 13. corpori] *d*. cor-
 pore, *r*. 18. arbornum, *DG*. 19. facile] *E*. sacrae, *D²*. sacre, *r*.
 26. plurimam] *d*(?)*v*. plurimas, *D¹*. plurimae, *r*. 29. letiores, *DG*.
 30. pulpa] *ego*. pulpe, *G*. pulpae, *rv*. 31. graphii, *codd*. *Gel*. gravi,
E grapi, *r*. 32. sencientur, *DG*. 34. sicut] *Sillig*. sic sunt, *C*.

in pulpam, alioqui fragilis esset vena in orbem arboris caesa. fagis pectines traversi in pulpa. apud antiquos inde et vasis honos. M'. Curius iuravit se nihil ex praeda attigisse praeter
 186 guttum faginum quo sacrificaret. Lignum in longitudinem fluctuatur, utque pars fuit ab radice validius sedit. quibusdam
 183 pulpa sine venis mero stamine et tenui constat. haec maxime fissilia. alia frangi celeriora quam findi, quibus pulpa non est, ut oleae, vites. at e contrario totum e carne corpus fico. tota
 187 ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, hebenus, lotos et quae sine medulla esse diximus. ceteris nigricans color, fulva cornus in venabulis nitet incisuris nodata propter decorem. cedrus et larix et iuniperus rubent. 39. Larix femina habet quam Graeci vocant aegida mellei coloris. inventum pictorum tabellis immortale nullisque fissile rimis hoc lignum. proximum medullae est. in abiete leuson Graeci vocant. cedri quoque durissima quae medullae proxima, ut in corpore ossa, deraso modo limo. et sabuci interiora mire firma traduntur, quidamque venabula ex ea praeferunt omnibus, constat enim ex cute et ossibus.
 188 (74.) Caedi tempestivum quae decorticentur ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili et carie subnascente ei materiaque nigrescente, tigna et quibus aufert securis corticem a bruma ad favonium aut, si praevenire cogamur, arcturi occasu et ante eum fidiculae, novissima ratione solstitio. dies siderum
 18, 271
 3 13
 189 rum reddentur suo loco. vulgo satis putant observare ne qua dedolanda sternatur ante editos suos fructus. Robur vere caesum teredinem sentit, bruma autem neque vitiatur neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese findatque,
 190 quod in subere tempestive quoque caeso evenit. Infinitum refert et lunaris ratio, nec nisi a XX in XXX caedi volunt. inter omnes vero convenit utilissime in coitu eius sterni, quem diem alii interlunii, alii silentis lunae appellant. sic certe Tiberius Caesar concremato ponte naumachiario larices ad
 191 restituendum caedi in Raetia praefinivit. quidam dicunt ut in coitu et sub terra sit luna, quod fieri non potest nisi noctu.

1. in pulpam] *D*²*E*. ut pulpam, *r*. arboris caesa] *E*. arboribus cercenantur (circenantur, *D*²)*r*. 2. Sagis, *EG*. 4. guttum] *d*(?). gutum, *r*.
 5. utque] ut quae, *Ev*. 9. ornus, *DG*. 12. femina] *Barb*. et feminam, *G*. feminam, *r*. 14. fyssyle, *D*². fissilem, *E*. fyssylem, *r*. 18. quidamque] *Ianus*. qui namque, *C*. 21. ceterosque, *E*. retundi, *DG*.
 26. reddetur, *D*¹*E*. 28. vitiatur] *D*². viatur, *r*.

si competant coitus in novissimum diem brumae, illa sit aeterna materies, proxime, cum supra dictis sideribus. quidam et canis ortum addunt et sic caesas materias in forum Augustum. Nec novellae autem ad materiem nec veteres utilissimae. circumcisas quoque in medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis umor stantibus defluat. Mirum apud antiquos primo Punico bello classem Duilli imperatoris ab arbore LX die navigavisse, contra vero Hieronem regem CCXX naves effectas diebus XLV tradit L. Piso. secundo quoque Punico Scipionis classis XL die a securi navigavit. tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet.

(75.) Cato hominum summus in omni usu de materiis haec adicit: Prelum ex sappino atra potissimum facito. ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiem omnem, cum exfodies, luna decrescente eximito post meridiem sine vento austro. tum erit tempestiva, cum semen suum maturum erit. cave-toque per rorem trahas aut doles. idemque mox: Nisi intermestri lunaque dimidiata ne tangas materiem. tum effodias aut praecidas abs terra. diebus VII proximis, quibus luna plena fuerit, optime eximitur. omnino caveto niquam materiem doles neve caedas neve tangas nisi siccam, neve gelidam neve rorulentam. Tiberius idem et in capillo tondendo servavit interlunia. M. Varro adversus defluvia praecipit observandum id a pleniluniis.

(76.) [1] Laricis et magis abietis succisis umor diu defluit. hae omnium arborum altissimae ac rectissimae. navium malis antemnisque propter levitatem praefertur abies. communia his pinoque ut quadripertitos venarum cursus bifidosve habeant vel omnino simplices. fabrorum in intestina opera medulla sectilis. optima quadripertitis materies et mollior quam ceterae. intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quae pars a fuit enodis est. haec qua diximus ratione fluviata atque ita sappinus vocatur, superior pars nodosa duriorque fusterna. et in ipsis autem arboribus robustiores aquiloniae

1. copetant, *D¹G.* coppetant, *E.* coetus, *D¹EG.* 5. in] ad, *E(?)v.* 20. tum] tuam, *D².* tam, *r.* 21. III, *DG.* 22. ni quam] *Gesnerus ad Cat. r. r. 37, 4.* nigram, *C.* 26. pleniluniis] *d. pleniluniis, r.* 27. diu] *d. dio, r.* 28. hae] *d. haec, r.* 30. pino quoque, *D².* bifidosque, *E.* 31. in] *Sillig. coni. om. C.* opera] *d. operaria, r.* 32. materiis, *D²E.* 34. hac, *E.* deco- ratur, *C.*

partes, et in totum deteriores ex umidis opacisque, spissiores
 ex apricis ac diuturnae. ideo Romae infernas abies supernati
 197 praefertur. Est per se gentium quoque in his differentia. Al-
 pibus Appenninoque laudatissimae, in Gallia, Iuribus ac monte
 Vosego, in Corsica, Bithynia, Ponto, Macedonia. deterior 5
 Aenianica et Arcadica, pessima Parnasia et Euboica, quoniam
 ramosae ibi et contortae putrescentesque facile. at cedrus in
 Creta, Africa, Syria laudatissima. cedri oleo peruncta materies
 198 nec tiniam nec cariem sentit. Iunipero eadem virtus quae
 cedro. vasta haec in Hispania maximeque Vaccaeis. medulla 1
 eius ubicumque solidior etiam quam cedrus. Publicum omnium
 vitium vocant spiras, ubi convolvere se venae atque nodi. in-
 veniuntur in quibusdam, sicut in marmore, centra, id est duritia
 clavo similis, inimica serris. et quaedam forte accidunt iis
 lapide couprenso aut recepto in corpus aut alterius arboris 1
 199 ramo. [2] Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes
 adfixerant arma, quae cortice ambiente aetas longa occulta-
 verat, fuitque arbor illa fatalis excidio urbis praemonitis oraculo,
 cum arbor arma peperisset, quod succisae accidit ocreis ga-
 leisque intus repertis. Ferunt lapides ita inventos ad continen- 2
 200 dos partus esse remedio. 40. Amplissima arborum ad hoc
 aevi existimatur Romae visa quam propter miraculum Tiberius
 Caesar in eodem ponte naumachiaro exposuerat advectam cum
 reliqua materie, duravitque ad Neronis principis amphitheatrum.
 fuit autem trabs ea e larice, longa pedes CXX, bipedali cras- 2
 situdine aequalis, quo intellegebatur vix credibilis reliqua alti-
 201 tudo fastigium ad cacumen aestimantibus. Fuit memoria
 nostra et in porticibus saeptorum a M. Agrippa relicta aequae
 miraculi causa, quae diribitorio superfuerat, XX pedibus brevior,
 sesquipedali crassitudine. Abies admirationis praecipuae visa est 3
 in nave quae ex Aegypto Gai principis iussu obeliscum in Va-
 ticano circo statutum quattuorque truncos lapidis eiusdem ad
 sustinendum eum adduxit. qua nave nihil admirabilius visum
 in mari certum est. CXX modium lentis pro saburra ei fuere.

2. rumae, *D¹G.* rum. hae, *E.* inferna, *D¹EG.* 3. praeferunt,
D². se] *d. om. r.* 5. vosago, *E.* 6. Aenianica] *Barb. eneatica,*
G. aeneatica, r. euboica, *D¹G.* euboea, *E.* 7. ramos ac, *D¹EG.*
 ac cedros, *DG.* 10. vaccae eis, *D¹EG.* 10. 11. medulla eius] medullae
 vis, *D².* 11. cedris, *DG.* 13. in quibusdam] *d. quibusdam, r.* 14. clauso,
DG. accidunt] *d. accedunt, r.* iis] *ego. in. C.* 18. praemonitis] *d.*
 praemonitas, *G. praemonita, D. post monita, E.* 18. 19. oraculo, cum]
d. oraculum cum, E. oraculo, D². oraculum, r. 25. trabs ea e, *D¹G.*
 trabs ae, *D².* trabes, e, *E.* 26. vix] *E. via, r.* 29. delibitorio, *E.*
 dilibitorio, *r.* 34. CXXX, *DG.*

Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus 202
 latere laevo. ibi namque demersa est Claudio principe cum
 tribus milibus turrium altitudine in ea exaedificatis ob *id ex*
 Puteolano pulvere advectisque. arboris eius crassitudo quat-
 5 tuor hominum ulnas complectentium implebat, vulgoque auditur
 LXXX nummum et pluris malos venundari ad eos usus, rates
 vero coniecti XL sestertium plerasque. At in Aegypto ac 203
 Syria reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. maxima
 ea in Cypro traditur, ad undecimem Demetri succisa, CXXX
 0 pedum, crassitudinis vero ad trium hominum complexum. Ger-
 maniae praedones singulis arboribus cavatis navigant, quarum
 quaedam et XXX homines ferunt. [3] Spississima ex omni 204
 materie, ideo et gravissima iudicatur hebenus et buxus, graciles
 natura. neutra in aquis fluvitat, nec suber, si dematur cortex,
 5 nec larix. ex reliquis spississima lotos quae Romae ita appellatur,
 dein robur exalburnatum. et huic nigricans color magisque
 etiam cytiso, quae proxime accedere hebenum videtur, quam-
 quam non desunt qui Syriacas terebinthos nigriores adfirment.
 Celebratur et Thericles nomine calices ex terebintho solitus 205
 0 facere torno. perquam probatur materies. omnium haec sola
 ungui vult, meliorque fit oleo. colos mire adulteratur iuglande
 ac piro silvestri tinctis atque in medicamine decoctis. omni-
 bus quae diximus spissa firmitas. Ab iis proxima est cornus, 206
 quamquam non potest videri materies propter exilitatem, sed
 lignum non alio paene quam ad radios rotarum utile aut si
 quid cuneandum sit in ligno clavisve figendum ceu ferreis.
 ilex item et oleaster et olea atque castanea, carpinus, popu-
 lus. haec et crispa aceris modo, si ulla materies idonea
 esset ramis saepe deputatis. castratio illa est adimitque
 vires. de cetero plerisque horum, sed utique robori, tanta 207
 duritia ut terebrari nisi madefactum non queat et ne sic qui-
 dem adactus avelli clavus. e diverso clavum non tenet cedrus.
 Mollissima tilia. eadem videtur et calidissima. argumentum
 adferunt quod citissime ascias retundat. calidae et morus,
 laurus, hederiae et omnia e quibus igniaria fiunt.

(77.) Exploratorum hoc usus in castris pastorumque 208

3. ob id ex] *ego. obiter, C.* 4. crassitudine, *D*². 6. plures, *E.*
 plure, *r.* 7. connecti, *d. coniecti, r.* sestertii, *C.* 8. maxime, *E.*
 maximae, *r.* 9. underumcegum, *D*². undecerem, *r.* 15. spississima]
Salm. sciscima, G, scissima, r. 19. tericles, *C.* 21. oleo. colos]
*D*². oleo olos, *D*¹. oleae olos, *r.* 32. clavus] *E. clabus, D*¹*G. clavis,*
*D*². 35. omnia] *D*². omnes, *Ev. omina, r.*

repperit, quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis
 occasio est. teritur ergo lignum ligno ignemque concipit
 adtritu, excipiente materie aridi fomitis, fungi vel foliorum fa-
 cillimo conceptu. sed nihil hedera praestantius quae teratur,
 lauro quae terat. probatur et vitis ex silvestribus alia quam 5
 209 labrusca, et ipsa hederæ modo arborem scandens. Frigidis-
 sima quaecumque aquatica, lentissima autem et ideo scutis
 faciendis aptissima quorum plaga contrahit se protinus cludit-
 que suum vulnus et ob id contumacius tramittit ferrum, in
 quo sunt genere fici, salix, tilia, betulla, sabucus, populus utra- 10
 que. levissimæ ex his ficus et salix ideoque utilissimæ. omnes
 autem ad cistas quaequæ flexili crate constant habiles. habent
 210 et candorem, rigorem et in sculpturis facilitatem. Est lentitia
 platano, sed madida, sicut alno. siccior eadem ulmo, fraxino,
 moro, ceraso, sed ponderosior. rigorem fortissime servat ulmus, 15
 ob id cardinibus coassamentisque portarum utilissima, quoniam
 minime torquetur, permutanda tantum sic ut cacumen ab in-
 211 feriore sit cardine, radix superior. Palmae est similis et
 suberis materies, spissae et malus pirusque, nec non acer, sed
 fragile, et quaecumque crispa. In omnibus silvestria et mascula 20
 differentiam cuiusque generis augent. et infecunda firmiora
 fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus et
 cornus.

212 (78.) Cariem vetustatemque non sentiunt cupressus,
 cedrus, hebenus, lotus, buxum, taxus, iuniperus, oleaster, olea, 25
 e reliquis tardissime larix, robur, suber, castanea, iuglans.
 rimam fissuramque non capit sponte cedrus, cupressus, olea,
 buxum.

213 (79.) Maxime aeternam putant hebenum, et cupressum
 cedrumque, claro de omnibus materiis iudicio in templo 30
 Ephesiae Dianae, utpote cum tota Asia extruente CXX annis
 peractum sit. convenit tectum eius esse e cedrinis trabibus.
 de simulacro ipso deae ambigitur. ceteri ex hebeno esse

1. excludendum, *D¹EG*. 3. 4. facillimo] *d.* facillimae, *E.* facillime, *r.*
 5. ex] *ego.* e, *Salm.* et, *EG.* om. *D.* 10. fici] fici ilex, *D².* fici
 ut haec, *E.* fici ut ex, *r.* 11. ficus] sicut, *C.* 12. quaequæ] *ego.*
 quaeque, *Cv.* constest, *D¹G.* constet, *D².* habiles. habent] *ego.*
 habilia habent, *D².* habent, *E.* habera, *r.* 13. laetitia, *C.* 16. coas-
 samentisque] *Schneider ad Theophr. h. pl. 5, 3, 5.* crassamentisque, *C.*
 17. sic] sit, *C.* 18. palma, *E.* similis, *D².* mitis, *E.* milis, *r.*
 19. suberis] *D².* superies, *G.* superius, *r.* materies] *D².* om. *r.*
 21. differentiam] *Sillig.* differentia, *C.* 25. buxus] *E.* 27.
 non] *D².* om. *r.* 29. aeternae, *G.* 30. clara, *C.* 31. CXX] *D².*
Cf. l. 36, 95. CCCC, rv.

tradunt, Mucianus III cos. ex his qui proxime viso scripsere
 vitigineum et numquam mutatum septies restituto templo, hanc 214
 materiam elegisse Endoeon, etiam nomen artificis nuncupans,
 quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque, non
 5 modo Libero patre, vetustatem ei tribuat. adicit multis fora-
 minibus nardo rigari, ut medicatus umor alat teneatque
 iuncturas, quas et ipsas esse modico admodum miror, valvas esse 215
 e cupresso et iam CCCC prope annis durare materiem omnem
 novae similem. id quoque notandum, valvas in glutinis compage
 10 quadriennio fuisse. cupressus in eas electa, quoniam praeter
 cetera in uno genere materiae nitor maxime valeat aeternus.
 Nonne simulacrum Veiovis in arce e cupresso durat a condita 216
 urbe DLX anno dicatum? Memorabile et Uticae templum
 Apollinis, ubi cedro Numidica trabes durant, ita ut positae
 15 fuere prima urbis eius origine annis MCLXXVIII, et in Hispania
 Sagunti templum Dianae a Zacyntho advectae cum conditori-
 bus annis CC ante excidium Troiae, ut auctor est Bocchus, —
 infra ipsum oppidum id habent cui pepercit religione inductus
 Hannibal —, iuniperi trabibus etiam nunc durantibus. super 217
 20 omnia memoratur aedis Aulide eiusdem deae saeculis ante
 Troianum bellum exaedificata, quoniam genere materiae scientia
 obliterata. in plenum dici potest utique quae odore prae-
 cellant eas et aeternitate praestare. A praedictis morus pro- 218
 xume laudatur quae vetustate etiam nigrescit. Et quaedam
 5 tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia: ulmus in
 perflatu firma, robur defossum et in aquis quercus obruta.
 eadem supra terram rimosa facit opera torquendo sese. larix
 in umore praecipua et alnus nigra. robur marina aqua con-
 rumpitur. non improbatur et fagus in aqua et iuglans, hae
 0 quidem in his quae defodiuntur vel principales, item iuniperus,
 eadem et subdialibus aptissima, fagus et cerrus celeriter mar-
 cescunt. aesculus quoque umoris inpatiens. contra adacta in 219
 terram in palustribus alnus aeterna onerisque quantilibet patiens.
 cerasus firma, ulmus et fraxinus lentae, sed facile pandantur,

1. viso] viso eo, *E(?)v*. 3. Endoeon] *Sillig.* eandem con, *C*.
 4. minerva] *d.* minervam, *r*. quoque non] non quoque, *C*. 5. ei]
*D*². at, *E*. et, *r*. 6. nardi, *D*¹*E*. 8. durare] *d.* durari, *r*. 12.
 nonne] *d.* nonae, *r*. 13. urbe] *om.* *C*. DLX] *Merkel ad Ovid.*
fast. p. CXXVIII. DCLXI, *E*¹. DLXI, *E*². DLI, *r*. 17. est] erat, *E*.
 erit, *r*. 18. habent cui] *Sillig.* habenti. Cui, *E*. habente vi, *r*. 19.
 etiam nunc] *d.* etiam none, *r*. 20. memoratur] *d.* memorantur, *r*.
 aedis] *Sillig.* elis, *r*. 21. quonam genere] *d.* quo (qm, *D*) genera, *r*.
 23. eas et] *Salm.* ea sed, *C*. 26. perflatu] *D*². prefatu, *E*. prae-
 fatu, *r*.

flexiles tamen stantesque ac circumcisura siccatae fideliores. laricem in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt, omniaque praeterquam oleastrum et oleam. quaedam enim in mari, quaedam in terra vitis opportuniora.

- 220 41. (80.) Infestantium quattuor genera: teredines capite ad portionem grandissimo rodunt dentibus. hae tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici. terrestres tinias vocant, culicibus vero similes thripas. quartum est et e vermiculorum genere, et eorum alii putrescente suco ipsa materie, alii pariuntur sicut in arboribus ex eo qui cerastes vocatur. cum tantum erosit ut circumagat se, 221 generat alium. Haec nasci prohibet in aliis amaritudo, ut cupresso, in aliis duritia, ut buxo. tradunt et abietem circa 189 germinationes decorticatam qua diximus luna aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt in Tylo Rubri maris insula arbores esse ex quibus naves fierent, quas ducentis annis durantes inventas, etsi mergerentur, incorruptas. in eadem esse fruticem baculis tantum idoneae crassitudinis, varium tigrum maculis, ponderosum et, cum in spissiora decidat, vitri modo fragilem. 2
- 222 42. (81.) Apud nos materiae finduntur aliquae sponte, ob id architecti eas fimo inlitas siccari iubent ut adflatus non noceant. Pondus sustinere validae abies, larix, etiam in transversum positae. robur, olea incurvantur ceduntque ponderi. illae renituntur nec temere rumpuntur, priusque carie quam 223 viribus deficiunt. et palmae arbor valida — in diversum enim curvatur — et populus. cetera omnia in inferiora pandantur, palma ex contrario fornicatim. pinus et cupressus adversus cariem tiniasque firmissimae. Facile pandatur iuglans, fiunt enim et ex ea trabes. frangi se praenuntiat crepitu, 3 quod et in *Antandro* accidit, cum e balineis territi sono pro-
- 224 fugerunt. Pinus, piceae, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur, obrutae terra plurimis duraturae annis. eadem, si

1. ac] *D*². a, *rv*. 5. infestantium] *D*². infestativum, *E*. infertativum, *r*. 6. grandissimo] *D*². gradissimo, *D*¹. gravissimo, *r*. 8. 9. quartum] *D*². quarum, *r*. 14. decorticatam] *D*². de costis (coctis, *E*) aram, *r*. 16. fierent] fuere, *D*². *dist. Urlichs vind. 294.* 20. vitri] *D*². cuitri, *r*. 22. inlaetas *DG*. 24. posita et, *D*². 25. rumpantur, *E*. 26. arbor] *d*. arborum, *r*. 27. curvatur] *d*. curvatus, *r*. cetera] *Hard.* contra, *C*. in] *Pint. om. C*. 30. crepitu] *d*. screpitu, *G*. strepitu, *r*. 31. Antandro] *Theophr. h. pl. 5, 6, 1. andro, C*. 32. in tubos] *D*². intus, *E*. intobos, *r*. 33. obrutae] *D*². obruta, *r*. verra *D*¹*G*. duraturae] *ego. durantur, E. duratur, r*.

non integantur, cito senescunt, mirum in modum fortiores, si umor extra quoque supersit.

(82.) Firmissima in rectum abies, eadem valvarum paginis 225 et ad quaecumque libeat intestina opera aptissima, sive Graeco sive Campano sive Siculo fabricae artis genere spectabilis, ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinae raptuus, eadem e cunctis maxime sociabilis glutino in tantum ut findatur ante qua solida est.

43. (83.) Magna autem et glutinatio propter ea quae 226 sectilibus laminis ac in alio genere operiuntur. stamineam in hoc usu probant venam, et vocant ferulaceam argumento similitudinis, quoniam lacunosa et crispa in omni genere glutinum abdicant. quaedam et inter se et cum aliis insociabilia glutino, sicut robur, nec fere cohaerent dissimilia natura, ut si quis lapidem lignumque coniungat. cornum maxime 15 odit sorbus, carpinus, buxus, postea tilia. Cuicumque operi 227 facilia flexilia omnia quae lenta diximus, praeterque morus et 209 caprificus. forabilia ac sectilia quae modice umida. arida enim latius quam teras cedunt, viridia praeter robur et buxum 20 pertinacius resistunt serrarumque dentes replent aequalitate inertii, qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.

(84.) Oboedientissima quocumque in opere fraxinus, 228 eademque hastis corylo melior, cornu levior, sorbo lentior, Gallica vero etiam ad currus flexibili levitate. aemularetur 25 ulmus, ni pondus esset in culpa. Facilis et fagus, quamquam 229 fragilis et tenera. eadem sectilibus laminis in tenui flexilis capsisque ac scrineis sola utilis. Secatur in lamnas praetenues et ilex, colore quoque non ingrata, sed maxime fida iis quae 0 duritia ilex et utroque legitur ulmus. Sunt vero et parvi usus 230 fabrilium ministeriorum insignes, ideoque proditum terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utilissimas fieri, ex iisdem malleos, maioresque e pinu et ilice. Et his autem

1. non integantur] *d.* non tegantur, *E.* no integantur, *r.* 7. runcinae] *D*². runcinam, *r.* e cunctis] *ego.* et curris, *E.* e curris, *r.*
glutino] *d.* glutinos, *r.* 8. findatur] *d.* findantur, *r.* qua] *d.* quam, *r.* 10. ac] aut, *D*². 11. ferulacea, *D*². fertile eam, *r.* 12. lacunosa et] *E.* lacunose, *r.* genere] *E.* genere et, *r.* 13. abdicat, *C.*
14. robur] *D*². robius, *r.* dissimilia] *Urlichs vind.* 295. ni similia, *G.* nisi similia, *r.* 15. coniungat] *D*². coniungit. *r.* 16. odit] *cod. Tol.* audit, *C.* tilia] *D*². talia, *r.* 18. forabilia] *D*². furabilia. *r.* sectilia] *D*². secti, *E.* fectilia, *r.* 24. levitate] *ego.* vita, *C.*
26. et tenera] *D*². et tenero, *E.* e tenore, *r.* sectilibus] *D*². fictilibus, *r.*

- maior ad firmitatem causa tempestivae caesurae quam inma-
 turae, quippe cum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus
 diutius immoti plantae modo germinaverint. Cato vectes aqui-
 folios, laureos, ulmeos fieri iubet, Hyginus manubria rusticis
 231 carpineae, iligna, cerrea. Quae in lamnas secantur quorumque 5
 operimento vestiatur alia materies, praecipua sunt citrum,
 terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium, ilex,
 69 sabuci radix, populus. dat et alnus, ut dictum est, tuber se-
 ctile sicut citrum acerque. nec aliarum tuber *tam* in pretio.
 Media pars arborum crispior, et quo propior radici minoribus 10
 232 magisque flexilibus maculis. Haec prima origo luxuriae arbo-
 rum, alia integri et vilioris ligni e pretiosiore corticem fieri.
 ut una arbor saepius veniret, excogitatae sunt et ligni brat-
 teae. nec satis. coepere tingui animalium cornua, dentes
 233 secari lignumque ebore distingui, mox operiri. placuit deinde 15
 materiem et in mari quaeri. testudo in hoc secta. nuperque
 portentosis ingeniis principatu Neronis inventum ut pigmentis
 perderet se plurisque veniret imitata lignum. sic lectis pretia
 quaeruntur, sic terebinthus vinci iubent, sic citrum pretiosius
 fieri, sic acer decipi. modo luxuria non fuerat contenta ligno, 20
 iam lignum et testudinem facit.
- 234 44. (85.) Vita arborum quarundam immensa credi potest,
 si quis profunda mundi et saltus inaccessos cogitet. verum
 ex his quas memoria hominum custodit durant in Liternino
 Africani prioris manu satae olivae, item myrtus eodem loco 25
 conspicuae magnitudinis. subest specus in quo manes eius
 235 custodire draco traditur. Romae vero lotos in Lucinae area,
 anno qui fuit sine magistratibus CCCLXXIX urbis aede con-
 dita, incertum ipsa quanto vetustior. esse quidem vetustio-
 rem non est dubium, cum ab eo luco Lucina nominetur. haec 30
 nunc D circiter annum habet. antiquior sed incerta eius
 aetas, quae capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum ca-
 pillus ad eam defertur.
- 236 (86.) Verum altera lotos in Volcanali, quod Romulus con-
 stituit ex victoria de decumis, aequaeva urbi intellegitur, ut 35

1. 2. in natura, E. in naturae r. 2. cum] d. eum, r. 8. tuber]
 G. suber, r. 9. tuber tam] ego. tuberia, G. tubera, rv. 11. flexi-
 libus] d. flexilis, E. flexiles, r. luxuriae] d. luxuriam, r. 12. vili-
 ores, Ev. e] G. ae, D. om. E. cortice, E. 15. operiri] d. ope-
 rire, r. 18. penderet, G. se] om. DG. 19. iubant, DG.
 21. et] D². eme, G. emi, r. testudinem] D². testudine, r. 23. co-
 gitet] D². cogitat, E. cogite, r. 24. durat, D². 25. sata olea, D².
 28. CCCLXIX, C. 31. D] D². om. r. antiquiorem, E. 34.
 alter, C. 35. de] om. EG.

auctor est Masurius. radices eius in forum usque Caesaris per stationes municipiorum penetrant. fuit cum ea cupressus aequalis circa suprema Neronis principis prolapsa atque neglecta.

5 (87.) Vetustior autem urbe in Vaticano ilex in qua titulus 237
aereis litteris Etruscis religione arborem iam tum dignam
fuisse significat. Tiburtes quoque originem multo ante urbem
Romam habent. apud eos extant ilices tres etiam Tiburno
conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur.
10 fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai qui apud Thebas
obierit una aetate ante Iliacum bellum.

(88.) Sunt auctores et Delphicam platanum Agamemno- 238
nis manu satam et alteram Caphyae in Arcadiae loco. sunt
hodie ex adverso Iliensium urbis iuxta Hellespontum in Pro-
15 tesilai sepulchro arbores quae omnibus ex eo aevis, cum in
tantum adcrevere ut Ilium aspiciant, inarescunt rursusque ado-
lescunt. iuxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc satae
dicuntur, cum coepit Ilium vocari.

(89.) Argis olea etiamnum durare dicitur ad quam Io in 239
20 tauram mutata Argus alligaverit. in Ponto citra Heracleam
arae sunt Iovis *Στρατίου* cognomine, ibi quercus duae ab
Hercule satae. in eodem tractu portus Amyci est Bebryce
rege interfecto clarus. eius tumulus a supremo die lauro
tegitur quam insanam vocant, quoniam, si quid ex ea decer-
25 ptum inferatur navibus, iurgia fiunt, donec abiciatur. Regio- 240
nem Aulocrenen diximus per quam Apamea in Phrygiam itur. 5, 106
ibi platanus ostenditur ex qua pependerit Marsuas victus ab
Apolline, quae iam tum magnitudine electa est. nec non
palma Deli ab eiusdem dei aetate conspicitur, Olympiae olea-
30 ster ex quo primus Hercules coronatus est, et nunc custoditur
religio. Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita
a Minerva.

(90.) Ex diverso brevissima vita est punicis, fico, malis, 241
et ex his praecocibus brevior quam serotinis, dulcibus quam
35 acerbis, et dulciori in punicis, item vitibus, praecipueque

13. Caphyae in] *ego.* in caphiae, *C.* loco] *Urlichs vind.* 297. luco, *Cv.*
14. 15. protesiliai ipse (ipsae, *G.* psa, *E.*) pulchro (pulchre, *E.*)
D¹EG. 15. ex eo aevis] *D².* ephebis, *E.* ex foaebis, *r.* 16. ad-
spiciant, *d.* adspiciunt, *E.* aspiciunt, *r.* 20. tauram] *Urlichs vind.*
298. taurum, *C.* circa, *E.* cytra, *r.* 21. strativi, *E.* stratiu, *r.*
22. bebryce] *cod. Chiff.* bebrice, *D².* hebrice, *r.* 26. aulocrenen] *d.*
aulotrenen, *r.* 31. edita] *d.* edito, *r.* 35. acerbis] *Urlichs vind.*
299. acutis, *Cv.* dulciori] *codd. Gel.* dulcior, *C.* item] *Urlichs l. l.*
item in, *Cv.*

fertilioribus. Graecinus auctor est sexagenis annis durasse vites. Videntur et aquaticae celerius interire. senescunt quidem velociter, sed e radicibus repullulant laurus et mali et punicae. firmissimae ergo ad vivendum oleae, ut quas durare annis CC inter auctores conveniat.

5

242 (91.) Est in suburbano Tusculani agri colle qui Corne appellatur lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris. in hoc arborem eximiam aetate nostra amavit Passienus Crispus bis cos., orator, Agrippinae matrimonio et Nerone privigno clarior postea, osculari 10 conplectique eam solitus, non modo cubare sub ea vinumque illi adfundere. vicina luco est ilex et ipsa nobilis XXXIV pedum ambitu caudicis, decem arboris emittens singulas magnitudinis visendae, silvamque sola faciens.

243 (92.) Hedera necari arbores certum est. similem quidam 15 et in visco, tametsi tardiozem iniuriam earum arbitrantur. namque et hoc praeter fructus adgnoscutur non in novissimis

244 mirabile. quaedam enim in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur. namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum et in Syria herba quae vocatur 20 *cadytas*, non tantum arboribus sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese, item circa Tempe Thessalica quae *polypodion* vocatur et quae *dolichos* ac *serpyllum*. oleastro quoque deputato quod *gignatur* vocant *phaunos*. quod vero in spina *fullonia hippophaeston*, cauliculis inanibus, foliis parvis, radice 25 alba, cuius sucus ad detractiones in comitali morbo utilissimus habetur.

245 (93.) Visci tria genera. namque in abiete, larice stelin dicit Euboea nasci, *hyphear* Arcadia, viscum autem in quercu, robore, ilice, piro silvestri, terebintho, nec aliis arboribus ad- 30 gnasci plerique. copiosissimum in quercu *Arcades hyphear* vocant. in omni arbore excepta ilice et quercu differentiam facit odor virusque et folium non iucundi odoris, utroque visci 246 amaro et lento. *hyphear* ad saginanda pecora utilius vicia. modo purgat primo, dein pinguefacit quae suffecere purgationi, 35

4. vivendum] *d.* videndum, *r.* 8. fagei nemoris] *D*². fagenei moris, *r.* 13. arboris] *D*². arbores, *E.* arbo, *r.* emittens] *D*². mitiens, *r.* 14. faciens] *D*². fatient, *G.* facient, *r.* 21. *cadytas*] *Theophr. h. pl.* 2, 17, 3. *castas*, *C.* 22. Tempe Thessalica] *Sabell.* templi edessalica, *D*². templi etessalica, *r.* 24. spina] *codd.* *Gel.* hispania, *E.* hispiria, *r.* 25. hypophacto in, *C.* cauliculis] *D*². calliculis, *E.* galliculis, *r.* 29. *hypear*, *C.* 30. piro] *D*². primo, *r.* 31. *Arcades hyphear*] *Urlichs vind.* 300. *adasphear*, *E.* *adhisphhear*, *D*². *adhasphhear*, *r.* 34. *dist. ego.* vitia, *Ev.*

quibus sit aliqua tabes intus negant durare. ea medendi ratio aestatis quadragenis diebus. adiciunt discrimen visco, in his quae folia mittant et ipsi decidere, contra inhaerere nato in aeterna fronde. Omnino autem satum nullo modo nascitur 247

5 nec nisi per alvum avium redditum, maxime palumbis ac turdi. haec est natura ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat. altitudo eius non excedit cubitalem, semper fructuosi ac viridis. mas fertilis, femina sterilis, nisi quod et fertilis aliquando non fert.

10 (94.) Viscum fit ex acinis qui colliguntur messium tempore 248
pore inmaturi. nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco vero marcescunt. siccantur deinde et ariditunduntur ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus, unumque hoc rerum putrescendo gratiam invenit. inde in pro-
15 fluente, rursus malleo tusi, amissis corticibus interiore carne lentescunt. hoc est viscum pinnis avium tactu ligandis oleo subactum, cum libeat insidias moliri.

(95.) Non est omittenda in hac re et Galliarum admiratio. 249
nihil habent Druidae — ita suos appellant magos —
20 visco et arbore in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. iam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine earum fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Graeca possint Druidae videri. enimvero quidquid adgnascatur illis e caelo missum putant signumque esse electae ab
25 ipso deo arboris. est autem id rarum admodum inventu et 250
reperitum magna religione petitur et ante omnia sexta luna, quae principia mensum annorumque his facit, et saeculi post tricesimum annum, quia iam virium abunde habeat nec sit sui dimidia. omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sa-
30 crificio epulisque rite sub arbore comparatis duos admovent candidi coloris tauros quorum cornua tum primum vinciantur. sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce 251
aurea demetit, candido id excipitur sago. tum deinde victimas immolant precantes, suum donum deus prosperum
35 faciat his quibus dederit. fecunditatem eo poto dari cuicumque animalium sterili arbitrantur, contra venena esse omnia remedio. tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est.

2. aestatis, *D*². aetatis, *r*. visco] *D*². viso, *r*. 5. turdis, *C*.
8. nisi—fertilis] *D*². *om.* *r*. 10. fit] *D*². cum fit, *E*. confit, *r*. 12.
augentur] *d*. augetur, *r*. 15. malleo] a malleo, *C*. 16. ligandis] *D*².
iuglandis, *E*. liglandis, *r*. 18. hac] *D*². ga, *r*. 22. appellati] *d*. ap-
pellatio, *r*. 25. admodum] *D*². ad morum, *r*. 27. secula, *E*.

C. PLINII SECUNDI

N A T U R A L I S H I S T O R I A E

LIBER XVII.

1 Cap. 1. (Sect. 1.) Natura arborum terra marique sponte
sua provenientium dicta est, restat earum quae arte et hu- 5
manis ingeniis fiunt verius quam nascuntur. sed prius *mirari*
16,1 succurrit qua retulimus paenuria pro indiviso possessas a feris,
depugnante cum his homine circa caducos fructus, circa pen-
dentis vero et cum alitibus, in tanta deliciarum pretia venisse,
clarissimo, ut equidem arbitror, exemplo L. Crassi atque Cn. 10
2 Domiti Ahenobarbi. Crassus orator fuit in primis nominis
Romani. domus ei magnifica, sed aliquanto praestantior in
eodem Palatio Q. Catuli qui Cimbros cum C. Mario fudit,
multo vero pulcherrima consensu omnium aetate ea in colle
Viminali C. Aquili equitis Romani clarioris illa etiam quam 15
3 iuris civilis scientia, cum tamen obiecta Crasso sua est. nobi-
lissimarum gentium ambo [Crassus est atque Domitius] cen-
suram post consulatus simul gessere anno conditae urbis
DCLXII frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum.
tum Cn. Domitius, ut erat vehemens natura, praeterea accen- 20
sus odio, quod ex aemulatione avidissimum est, graviter incre-
puit tanti censorem habitare, \overline{M} HS pro domo eius idemtidem
4 promittens, et Crassus, ut praesens ingenio semper, ut faceto
lepore sollers, addicere se respondit exceptis sex arboribus.
ac ne uno quidem denario, si adimerentur, emptam volente 25
Domitio, Crassus: utrumne igitur ego sum, inquit, quaeso,
Domiti, exemplo gravis et ipsa mea censura notandus qui
domo quae mihi hereditate obvenit comiter habitem, an tu qui
5 sex arbores \overline{M} aestimes? hae fuere lotoe patula ramorum
opacitate lascivae, Caecina Largo e proceribus crebro iuventa 30
nostra eas in domo sua ostentante, duraveruntque, quoniam et
de longissimo aevo arborum diximus, ad Neronis principis
16, 234
sqq. incendia [quibus cremavit urbem annis postea] cultu virides

6. *mirari]* arari, C. 7. *possessa*, D². 17. Crassus—Domitius]
uncis inclusit Urlichs vind. 301. est] om. E. 22. \overline{M} HS] ego.
coll. v. 29. HS, Sillig. is, E. tis, G. //is, D. 27. et] G. et ab, rv.
28. *comiter]* d. cumitor, D¹. cumiter, r. 29. \overline{M}] ego. CX, D¹. om.
r. haec, C. 33. quibus—postea] *uncis inclusi.*

iuvenesque, ni princeps ille adcelerasset etiam arborum mortem. ac ne quis vilem de cetero Crassi domum nihilque in ea 6 iurganti Domitio fuisse dicendum praeter arbores iudicet, iam columnas quattuor Hymetti marmoris aedilitatis gratia ad scenam ornandam advectas in atrio eius domus statuerat, cum in publico nondum essent ullae marmoreae. tam recens est opulencia, tantoque tunc plus honoris arbores domibus adferebant, ut sine illis ne inimicitiarum quidem pretium servaverit Domitius. Fuere ab his et cognomina antiquis: Fron- 7 dicio militi illi qui praeclara facinora Volturnum transnatans fronde inposita adversus Hannibalem edidit, Stolonum Liciniae genti. ita appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen. fuit et arborum cura legibus priscis, cautumque est XII tabulis ut qui iniuria cecidisset alienas lueret in singulas aeris XXV. quid existimamus, venturasne eas credidisse ad supra dictam aestimationem illos qui vel frugiferas tanti taxaverant? Nec minus 8 miraculum in pomo est multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis milibus nummum, maiore singularum reditu quam erat apud antiquos praediorum. ob hoc insita et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur. Nunc ergo dicemus quonam maxime modo 9 tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem absolutamque prodituri, et ideo non volgata tractabimus, nec quae constare animo advertimus, sed incerta atque dubia, in quibus maxime fallitur vita. nam diligentiam supervacuis adfectare non nostrum est. ante omnia autem in universum et quae ad cuncta arborum genera pertinent in commune de caelo terra-que dicemus.

2. (2.) Aquilone maxime gaudent, densiores ab adflatu eius 10 laetioresque et materie firmiores. qua in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non sint a vento eo opponenda et id tantum a septentrione servandum. quin immo tempestitiva frigora plurimum arborum firmitati conferunt et sic optime germinant, alioqui, si blandiantur austri, defetiscentes, ac magis etiam in flore. nam si, cum defloruere, protinus sequantur 11

3. iurganti] *Urlichs chrest. p. 219.* iurgante, *C.* 11. fronde] fronde capiti, *dv.* 16. futurasne, *E.* credidisset, *C.* 17. vel] *om.* *E.* tuexaverant, *E*¹. vexaverant, *r.* 19. maiore] *d.* maiores, *r.* 22. dicemus] *d.* dicimus, *r.* quonam] *cod. Tol.* qm̄, *D.* quō, *E.* qū, *G.* 29. dicemus] *D*². dicimus, *r.* 31. materie] *ego.* materiae, *D*²*E.* maturia ore, *G*². maturiore, *r.* 35. alioqui] *d.* alia qua, *E.* alio qua, *r.* 36. florem, *C.*

imbres, in totum poma depereunt, adeo ut amygdalae et piri, etiam si omnino nubilum fuit austrinusve flatus, amittant fetus. circa vergilias quidem pluvire inimicissimum viti et oleae, quoniam tum coitus est earum. hoc est illud quadriduum oleis
 16, 109 decretorium, hic articulus austrinus nubili spurci quod diximus. fruges quoque peius maturescunt austrinis diebus, sed celerius.
 12 illa sunt noxia frigora quae septentrionibus aut praeposteris fiunt horis. hiemem quidem aquiloniam esse omnibus satis utilissimum. imbres vero tum expetendi evidens causa est, quoniam arbores fetu exinanitas et foliorum quoque emissione languidas naturale est avide esurire, cibus autem earum imber.
 13 quare tepidam esse hiemem, ut absumpto partu arborum sequatur protinus conceptus, id est germinatio, ac deinde alia florescendi exinanitio, inutilissimum experimentis creditur. quin immo si plures ita continuentur anni, etiam ipsae moriantur arbores, quando nemini dubia poena est in fame laborantium. ergo qui dixit hiemes serenas optandas non pro arboribus vota
 14 fecit. Nec per solstitia imbres vitibus conducunt. hiberno quidem pulvere laetiores fieri messes luxuriantis ingenii fertilitate dictum est. alioqui vota arborum frugumque communia sunt nives diutinas sedere. causa non solum quia animam terrae evanescentem exhalatione includunt et conprimunt retroque agunt in vires frugum atque radices, verum quod et liquorem sensim praebent, purum praeterea levissimumque,
 15 quando nix aquarum caelestium pruina est. ergo umor ex his non universus ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur destillans velut ex ubere, alit omnia quae non inundat. tellus quoque illo modo fermentescit, et sui plena, lactescentibus satis non effeta, cum tempus aperit, tepidis adridet horis. ita maxime frumenta pinguescunt, praeterquam ubi calidus semper aer est, ut in Aegypto. continuatio enim et ipsa consuetudo idem quod modus aliubi efficit, plurimumque prodest ubicumque
 16 non esse quod noceat. In maiore parte orbis, cum praecoces excurrere germinationes evocatae indulgentia caeli, secutis frigoribus exuruntur. qua de causa serotinae hiemes noxiae, silvestribus quoque, quae magis etiam dolent urgente umbra sua nec adiuvante medicina, quando vestire teneras intorto
 17 stramento in silvestribus non est. Ergo tempestivae aquae hibernis primum imbribus, dein germinationem antecedentibus.

3. pluvire] *Sillig.* pluvire, *d.* pulvere, *r.* 8. hiemem] *d.* hienes, *D¹G.* hiemes, *r.* 25. pruina] *E.* spuma, *D².* puma, *r.* 28. illo] *d.* ullo, *r.* plena] *ego.* plena a, *C.* 32. efficit] *d.* effecti, *r.* 34. indulgentia] *d.* indulgentiam, *r.* 39. primum in, *E.* germinationem]

tertium tempus est, cum educant poma, nec protinus, sed iam
valido fetu. quae fructus suos diutius continent longioresque
desiderant cibos, his et serotinae aquae utiles, ut viti, oleae,
punicis. Hae iam pluviae generis cuiusque arboribus diverso
5 modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. quapropter
eisdem imbribus aliqua laedi videas, aliqua iuvari, etiam in
eodem genere, sicut in piris alio die hiberna quaerunt pluvias,
alio vero praecocia, ut pariter quidem omnia desiderent hiber-
num tempus ante germinationem. Quae aquilonem austro uti- 18
liorem facit ratio eadem mediterranea maritimis praefert —
sunt enim plerumque frigidiora — et montuosa planis et no-
cturnos imbres diurnis. magis fruuntur aquis sata non statim
auferente eas sole. Conexa et situs vinearum arbustorumque 19
ratio est, quas in horas debeant spectare. Vergilius ad occa-
sus seri damnavit, aliqui sic maluere quam in exortu. a plu-
5 ribus meridiem probari adverto, nec arbitror perpetuum quic-
quam in hoc praecipari posse. ad soli naturam, ad loci ingenium,
ad caeli cuiusque mores dirigenda sollertia est. In Africa 20
meridiem vineas spectare et viti inutile et colono insalubre est,
quoniam ipsa meridiana subiacet plagae, quapropter ibi qui
in occasum aut septentriones conseret optime miscebit solum
caelo. cum Vergilius occasus improbet, nec de septentrione
relinqui dubitatio videtur. atqui in cisalpina Italia magna ex
parte vineis ita positus compertum est nullas esse fertiliores.
5 Multum rationis optinent et venti. in Narbonensi provincia at- 21
que Liguria et parte Etruriae contra circium serere imperitia
existimatur, eundemque oblicum accipere providentia. is nam-
que aestates ibi temperat, sed tanta plerumque violentia ut
auferat tecta. 3. Quidam caelum terrae parere cogunt, ut 22
quae in siccis serantur orientem ac septentriones spectent,
quae in umidis meridiem. nec non ex ipsis vitis causas mutu-
antur in frigidis praecoces serendo, ut maturitas antecedit al-
gorem, quae poma vitesque rorem oderint, contra ortus, ut
statim auferat sol, quae ament, ad occasus vel etiam ad sep-
5 tentriones, ut diutius eo fruuntur. Ceteri fere rationem naturae 23

d. germinatione et, *r.* 3. ut viti] *d.* ut vitio, *D.* et vitio, *r.* 7. *dist.*
Ianus. 8. alio vero] vero alia, *C.* 8. 9. *dist.* *Ianus.* 9. tempus] *Ia-*
anus. tempus est, *C.* 12. fruitura, *E*². fruitur, *r.* 13. auferente] *d.*
auferent, *r.* 14. horas] *Ianus.* oras. *d.* hora, *r.* 17. ad soli] *d.*
ac soli, *r.* 19. et colono] *ego.* colono, *G.* colono, *r.* 21. optimi,
*D*²*G.* optimu, *D*¹. 23. relinqui] *v.* reliqua, *E.* reliqui, *r.* 31. vitis]
ego. vitibus, *Cv.* 34. auferat] *D*². auferant, *r.* 35. eo] eum, *E.* com,
*D*². cum, *r.*

secuti in aquilonem obversas vites et arbores poni suasere. odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat. 4.

2, 119
18, 321
sqq.

Aquilonis situm ventorumque reliquorum diximus secundo volumine, dicemusque proximo plura caelestia. interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in meridiem etiam spectantium semper ante decidant folia. Similis et in

24 maritimis causa. quibusdam locis adflatus maris noxii, in plurimis idem alunt. quibusdam satis e longinquo aspicere maria iucundum, propius admoveri salis halitum inutile. Similis et fluminum stagnorumque ratio. nebulis adurant aut aestuantia refrigerant. Opacitate atque etiam rigore gaudent quae diximus. 16, 74 quare experimentis optime creditur.

(3.) A caelo proximum est terrae dixisse rationem, haud 25 faciliore tractatu, quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque, nec pulla qualem habet Campania ubique optima vitibus, aut quae tenues exhalat nebulas, nec rubrica multis laudata. cretam in Albensium Pompeianorum agro et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt, quamquam praepingue est quod excipitur in eo genere. invicem sabulum album in Ticiniensi multisque in locis nigrum itemque rubrum, 26

26 etiam pingui terrae permixtum, infecundum est. Argumenta quoque iudicantium saepe fallunt. non utique laetum solum est in quo procerae arbores nitent praeterquam illis arboribus. quid enim abiete procerius? at quae vixisse possit alia in loco eodem? nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. nam quid laudatius Germaniae pabulis? et statim subest

27 harena tenuissimo caespitem corio. nec semper aquosa est terra cui proceritas herbarum, non, Hercules, magis quam pinguis adhaerens digitis, quod in argillis arguitur. scrobes quidem regesta in eos nulla complet, ut densa atque rara ad hunc 30 modum deprehendi possit, ferroque omnis rubiginem obducit. nec gravis aut levior iusto deprehenditur pondere. quod enim pondus terrae iustum intellegi potest? neque fluminibus adgesta

28 semper laudabilis, quando senescant sata quaedam aqua. sed neque illa quae laudatur diu praeterquam salici utilis sentitur. 35 inter argumenta stipulae crassitudo est, tanta alioqui in Leborino Campaniae nobili campo, ut ligni vice utantur. sed id

1. obversas] *codd. Gel.* obser, *G.* observas, *r.* 8. alunt] *Ianus.* aiunt, *C.* 9. satis, *E.* 16. lubrica, *EG.* 17. pompeianorumque, *E.* 19. praepingue est] *ego.* praepinguis, *E.* praepingues, *r.* 23. procerae] *d.* proceras, *r.* 24. abiete procerius] *d.* ab iste proceries, *r.* at] *D.* aut, *r.* 34. aqua] aquae, *C.* 35. salicis, *C.* 37. is, *E.*

solum ubicumque arduum opere, difficili cultu, bonis suis acrius
 paene quam vitiis posset adfligit agricolam. et carbunculus, 29
 quae terra ita vocatur, emendari macra videtur. nam tofus
 natura friabilis expetitur quoque ab auctoribus. Vergilius et
 quae felicem ferat non improbat vitibus. salsaeque terrae
 multa melius creduntur, tutiora a vitiis innascentium animalium.
 nec colles opere nudantur, si quis perite fodiat, nec campi
 omnes minus solis atque perflatus quam opus sit accipiunt, et
 quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus vites. Omnium 14, 23
 rerum sunt quaedam in alto secreta et suo cuique corde per-
 videnda. Quid quod mutantur saepe iudicata quoque et diu 30
 conperta? In Thessalia circa Larisam emisso lacu frigidior facta
 ea regio est, oleaeque desierunt quae prius fuerant. item vites
 aduri, quod non antea, Aenos sensit admoto Hebro, et circa
 Philippos cultura siccata regio mutavit caeli habitum. at in
 Syracusano agro advena cultor elapidato solo perdidit fruges
 luto, donec regessit lapides. in Syria levem tenui sulco in-
 primunt vomerem, quia subest saxum exurens aestate semina.
 Iam in quibusdam locis similis aestus inmodici et frigorum 31
 effectus. est fertilis Thracia frugum rigore, aestibus Africa et
 Aegyptus. in Chalcia Rhodiorum insula locus quidam est in
 tantum fecundus ut suo tempore satum demetant hordeum
 sublatumque protinus serant et cum aliis frugibus metant. gla-
 reosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguisimum in
 Baetica. Pucina vina in saxo cocuntur, Caecubae vites in
 Pomtinis paludibus madent. tanta est argumentorum ac soli
 varietas ac differentia. Caesar Vopiscus, cum causam apud cen- 32
 sores ageret, campos Rosiae dixit Italiae sumen esse, in qui-
 bus perticas pridie relictas gramen operiret, sed non nisi ad
 pabulum probantur. non tamen indociles natura nos esse vo-
 luit, et vitia confessa fecit etiam ubi bona certa non fecerat.
 quamobrem primum crimina dicimus.

5. Terram amaram probaverim: demonstrant eam atrae 33
 degeneresque herbae, frigidam autem retorride nata, item uli-
 ginosam tristia; rubricam oculis argillamque, operi difficillimam
 quaequae rastros aut vomeres ingentibus glaebis oneret, quam-

3. terrae, *D*². vocatur] *d.* vocantur, *r.* macra] *ego.* vide (ide,
*D*². vite, *Ev.*) macra, *Cv.* utetur, *E.* 4. natura] *ego.* satura ac, *C.*
 6. tumora, *DG.* a] *om.* *C.* 7. per id effodiat, *D*². periteffodiat,
r. 12. conperta] *conpraessa, D. compressa, E. compressa, G.* 21.
 calchia, *DE.* chalchia, *G.* 23. serant] *d.* ferant, *r.* 24. venafrano]
d. venefrano, *r.* 25. punica, *EG.* 33. eam] *codd. Hard.* eas, *C.*
 35. 36. difficillimam quaequae] *ego.* difficillimas quaeque, *Cv.*

quam non quod operi hoc et fructui adversum; item e contra-
 34 rio cineraceam et sabulum album. nam sterilis denso callo fa-
 cile deprehenditur vel uno ictu cuspidis. Cato breviter atque
 ex suo more vitia determinat: Terram cariosam cave,
 neve plaustro neve pecore inpellas. quid putamus
 hac appellatione ab eo tantopere reformidari ut paene vesti-
 giis quoque interdicit? redigamus ad ligni cariem, et invenie-
 35 mus illa quae in tantum abominatur vitia aridae, fistulosae, sca-
 brae, canentis, exesae, pumicosae. plus dixit una significatione
 quam possit ulla copia sermonis enarrari. est enim interpreta-
 tione vitiorum quaedam — non aetate, quae nulla in ea in-
 tellegi potest, sed natura sua — anus terra, et ideo infecun-
 36 da ad omnia atque inbecilla. Idem agrum optimum iudicat
 ab radice montium planitie in meridiem excurrente, qui est to-
 tius Italiae situs, terram vero teneram quae vocetur pulla. erit
 igitur haec optima et operi et satis. intellegere modo libeat
 dictam mira significatione teneram, et quidquid optari debet in
 37 eo vocabulo invenietur. illa temperatae ubertatis, illa mollis faci-
 lisque culturae, nec madida nec sitiens. illa post vomerem
 nitescens, qualem fons ingeniorum Homerus in armis a deo
 caelatam dixit addiditque miraculum nigrescentis, quamvis fieret
 ex auro. illa quam recentem exquirunt improbae alites vome-
 rem comitantes corvique aratoris vestigia ipsa rodentis. Red-
 38 datur hoc in loco luxuriae quoque sententia Italica. in pro-
 positum certe Cicero, lux doctrinarum altera; Meliora, in-
 quit, unguenta sunt quae terram quam quae cro-
 cum sapiunt. hoc enim maluit dixisse quam redolent.
 39 ita est profecto, illa erit optima quae unguenta sapiet. quod
 si admonendi sumus qualis sit terrae odor ille qui quaeritur,
 contingit saepe etiam quiescente ea sub occasum solis, in
 quo loco arcus caelestis deiecere capita sua, et cum a siccitate
 continua immaduit imbre. tunc emittit illum suum halitum
 divinum ex sole conceptum, cui comparari suavitas nulla possit.
 is esse commota debebit, repertusque neminem fallat, ac de
 terra odor optime iudicabit. talis fere est in novalibus caesa

2. denso] *ego. densa, C.* 4. cariosam] *D². carior iam, D¹. cariota, E.* 5. pecores, *D.* 8. abominantur, *E. abhominantur, D.* 9. canentis] *Ianus. canentientis, d. canentientes, r.* exesae] *ex se, C.*
 14. ab radice] *D². ab radicem, D¹. ad radicem, E.* 14. 15. potius, *C.*
 16. satis] *Pint. satia, C.* 17. dicta, *C.* 20. a deo] *Sab. ab eo, C.*
 21. nigrescentis] *Barb. increscentis, C.* 24. Italica] *Sillig. et aliqua, C. dist. Ianus.* 31. deucere, *E.* 33. ex] *et, C.* sole] *d. solem, r.* 34. fallat] *d. fallat, r.*

vetere silva quae consensu laudatur. Et in frugibus quidem 40
ferendis eadem terra utilior intellegitur quotiens intermissa cul-
tura quievit, quod in vineis non fit, eoque est diligentius eli-
genda, ne vera existat opinio eorum qui iam Italiae terram
5 existimavere lassam. Operis quidem facultas in aliis generibus 41
constat et caelo, nec potest arari post imbres aliqua, ubertatis
vitio lentescens. contra in Byzacio Africae illum centena quin-
quagena fruge fertilem campum nullis, cum siccum est, arabi-
lem tauris, post imbres vili asello et a parte altera iugi anu
0 vomerem trahente vidimus scindi. terram enim terra emen-
dandi, ut aliqui praecipiant, super tenuem pingui iniecta aut
gracili bibulaque super umidam ac praepinguem, dementia
operae est. quid potest sperare qui colit talem?

6. (4.) Alia est ratio quam Britanniae et Galliae invenere 42
5 alendi eam ipsa. est genus quod vocant margam: spissior
ubertas in ea intellegitur et quidam terrae adipis ac velut
glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo.
7. Non omisere et hoc Graeci — quid enim intemptatum illis?
— leucargillon vocant candidam argillam qua in Megarico agro
0 utuntur, sed tantum in umida frigidaque terra. Illam Gallias 43
Britanniasque locupletantem cum cura dici convenit. duo ge-
nera fuerant. plura nuper exerceri coepta proficientibus ingeniis.
est enim alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, harenacea.
natura duplex, aspera aut pinguis. experimenta utriusque in
5 manu. usus aequae geminus, ut fruges tantum alant aut eadem
et pabulum. Fruges alit tofacea. alba, quae sit inter fontes 44
reperta, est ad infinitum fertilis, verum aspero tractu si nimia
iniecta est, exurit solum. proxima est rufa, quae vocatur acaunu-
marga, intermixto lapide terrae minutae, harenosae. lapis con-
0 tunditur in ipso campo, primisque annis stipula difficulter
caeditur propter lapides. inpendio tamen minima levitate dimi-
dio, minoris quam ceterae invehitur. inspergitur rara. sale
eam misceri putant. utrumque hoc genus semel iniectum in
L annos valet et frugum et pabuli ubertate.

6. aliquo, *E.* 8. cum] *d.* eum, *r.* 8. 9. aribile, *E.* 9. iungi
anum, *C.* 10. trahentem, *C.* terra, *E.* terra] *d.* terrae, *r.*
10. 11. emendari, *d;* sed cf. § 54. 11. iniecta] *d.* intecta, *r.* 14.
britanniae] *d.* brittannia, *D.* britannia, *E*(?). 15. ipsa. est genus] *Ur-*
lichs vind. 307. ipsae genusque, *C.* 16. quidem, *E.* 19. leucargi-
lion, *E.* leugargilion, *D.* 20. illas, *D.* 23. rufa] rosa, *C.* 25.
manu. usus aequae] *ego.* manus usaeque, *D.* manus usu quae, *E.*
26. *dist.* *ego.* quae] *D.* que, *E.* sit] *E.* si, *D.* 27. aspero] *ego.*
aspera, *Cv.* tractu si] *ego.* tractatu si, *Sillig.* tractuus, *D.* tractu, *E.*
28. 29. acaunomarga, *D.* 33. eam] *d.* ea, *r.*

45 8. Quae pingues esse sentiuntur, ex his praecipua alba.
 43 plura eius genera: mordacissimum quod supra diximus. alte-
 rum genus albae creta argentaria est. petitur ex alto, in cen-
 tenos pedes actis plerumque puteis, ore angustis, intus ut in
 metallis spatiente vena. hac maxime Britannia utitur. durat
 annis LXXX. neque est exemplum ullius qui bis in vita hanc
 46 eidem iniecerit. tertium genus candidae glisomargam vocant.
 est autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quam fru-
 gum fertilior, ita ut messe sublata ante sementem alteram
 laetissimum secetur. dum in fruge est, nullum aliud gramen
 emittit. durat XXX annis. densior iusto Signini modo strangulat
 solum. Columbinam Galliae suo nomine eglecopalam appellant.
 glaebis excitatur lapidum modo, sole et gelatione ita solvitur
 47 ut tenuissimas bratteas faciat. haec ex aequo fertilis. Hare-
 nacea utuntur, si alia non sit, in uliginosis vero et si alia sit. 1
 Ubios gentium solos novimus qui fertilissimum agrum colentes
 quacumque terra infra pedes tres effossa et pedali crassitudine
 iniecta laetificent. sed ea non diutius annis X prodest. Aedui
 et Pictones calce uberrimos fecere agros, quae sane et oleis
 48 vitibusque utilissima reperitur. Omnis autem marga arato ini- 2
 cienda est. ut medicamentum rapiatur, et fimum desiderat
 quantulumcumque, primo plus aspera et quae in herbas non
 effunditur. alioquin novitate quaecumque fuerit solum laedet,
 ne sic quidem primo anno fertilis. interest et quali solo quae-
 ratur. sicca enim umido melior, arido pinguis. temperato 2
 alterutra, creta vel columbina, convenit.

49 9. (5.) Transpadanis cineris usus adeo placet, ut ante-
 ponant fimo iumentorumque quod levissimum est ob id exu-
 rant. utroque tamen pariter non utuntur in eodem arvo, nec
 in arbustis cinere, nec quasdam ad fruges, ut dicemus. Sunt 3
 qui pulvere quoque uvas ali iudicent pubescentesque pulverent
 et vitium arborumque radicibus adspergant. quod certum est,
 Narbonensi provinciae et vindemias circius sic coquit, plus
 quia pulvis ibi quam sol confert.

50 (6.) Fimi plures differentiae, ipsa res antiqua. iam apud 3
 Homerum regius senex agrum ita laetificans suis manibus repe-

3. argumentaria, *D*. 4. angustur, *D*¹. angustatur, *r*. 5. duranti,
C. 6. qui bis] quibus, *C*. hunc, *C*. 18. iniecta] *d*. intecta, *r*.
 20. aratro, *E*. 20. 21. *dist. ego*. 21. fimum] *D*². fimi, *r*. 22. quan-
 tulumcumque] *ego*. quantulumquae, *C*. 25. temperate, *E*. temporatae,
D. 28. est] *d*. esse, *r*. 30. dicimus, *D*¹*E*. 33. circius] *ego*.
coll. § 21 et l. 2, 121. cercius, *D*, certius, *E*. coquit] *ego*. coquid,
D. coquod, *E*. 33. 34. plus quia] *ego*. plusque, *C*.

ritur. Augeas rex in Graecia excogitasse traditur, divulgasse
 vero Hercules in Italia, quae regi suo Stercuto Fauni filio ob
 hoc inventum immortalitatem tribuit. M. Varro principatum
 dat turdorum fimo ex aviariis, quod etiam pabulo boum suum-
 5 que magnificat, neque alio cibo celerius pinguescere adseverat.
 de nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores
 fuere aviaria, ut ex his agri stercorarentur. Proximum Colu- 51
 mella e columbariis, mox gallinariis facit natantium alitum dam-
 nato. ceteri auctores consensu humanas dapes ad hoc inprimis
 0 advocant. alii ex his praeferunt potius hominum in coriario-
 rum officinis pilo madefacto, alii per sese aqua iterum largius-
 que etiam quam cum bibitur admixta. quippe plus ibi mali
 domandum est, cum ad virus illud vini homo accesserit. haec
 sunt certamina invicemque ad tellurem quoque alendam utuntur
 5 homine. Proxime spurcitas suum laudant, Columella solus 52
 damnat. alii cuiuscumque quadripedis ex cytiso, aliqui colum-
 baria praeferunt. proximum deinde caprarum est, ab hoc ovium,
 dein boum, novissimum iumentorum. Hae fuere apud priscos 53
 differentiae, simulque praecepta [non invenio] rettuli utendi,
 20 quando et hic vetustas utilior. visumque iam est apud quos-
 dam provincialium in tantum abundante geniali copia pecudum
 farinae vice cribris superinici, faetore aspectuque temporis
 viribus in quandam etiam gratiam mutato. nuper repertum
 oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Varro 54
 25 praeceptis adicit equino quod sit levissimum segetes alendi,
 prata vero graviore et quod ex hordeo fiat multasque gignat
 herbas. quidam etiam bubulo iumentorum praeferunt ovillum-
 que caprino, omnibus vero asininum, quoniam lentissime man-
 dant. e contrario usus adversus utrumque pronuntiat. inter
 30 omnes autem constat nihil esse utilius lupini segete priusquam
 siliquetur aratro vel bidentibus versa manipulisve desectae circa
 radices arborum ac vitium obrutis. et ubi non sit pecus, culmo
 ipso vel etiam felice stercorare arbitrantur. Cato: Stercus 55
 unde facias, stramenta, lupinum, paleas, fabalia
 35 ac frondis iligneam querneam. Ex segete evellito
 ebulum, cicutam et circum salicta herbam altam

8. e] *D. om. E.* 10. coriariorum] *Sab. coriorum C.* 12. mali] *d.*
male, r. 13. domandum] *d. domundus, D¹. domandus, r.* 15. homine]
Urlichs vind. 312. homines, C. solum, *C.* 18. novissimum] *d. no-*
vissimus, r. 19. non invenio] *uncis inclusit Urlichs vind. 313.*
 31. siliquet, *D. siliquae, E. versae, C.* 34. facias] *Pint. faciat, C.*
 35. iligneam querneam] *Ianus. iligneae querneae, C.* 36. altam]
Klotz ex Cat. r. r. 37, 2. actam, C.

ulvamque. eam substernito ovibus, bubusque frondem putidam. Vineae si macra fuerit, sarmenta sua comburito et indidem inarato. idemque: Ubi saturus eris frumentum, oves ibi delectato.

56 (7.) Nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. 5
segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia, sicut e contrario cicer, quia vellitur et quia salsum est, hordeum, fenum Graecum, ervum. haec omnia segetem exurunt et omnia quae velluntur. nucleos in segetem ne indideris. Vergilius et lino segetem exuri et avena et papavere arbitratur. 10

57 (8.) Fimeta sub diu concavo loco et qui umorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo e robore depacto fieri iubent. ita fore ne innascantur his serpentes. Fimum iniicere terrae plurimum refert favonio flante ac luna sitiante. id plerique prave intellegunt a favonii ortu faciendum 15
ac Februario mense tantum, cum id pleraque sata aliis postulent mensibus, quocumque tempore facere libeat, curandum ut ab occasu aequinoctiali flante vento fiat lunaque decrescente ac sicca. mirum in modum augetur ubertas effectusque eius observatione tali. 20

58 10. (9.) Et abunde praedicta ratione caeli ac terrae nunc de his arboribus dicemus quae cura hominum atque arte proveniunt. nec pauciora prope sunt genera. tam benigne naturae gratiam retulimus. aut enim semine proveniunt aut plantis radicis aut propagine aut avolsione aut surculo aut insito in 25
consecto arboris trunco. nam folia palmarum apud Babylonios seri atque ita arborem provenire Trogum credidisse demiror. quaedam autem pluribus generibus seruntur, quaedam omnibus.

59 (10.) Ac pleraque ex his natura ipsa docuit et in primis 30
semen serere, cum decidens exceptumque terra vivesceret. sed quaedam non aliter proveniunt, ut castanae, iuglandes, caeduis dumtaxat exceptis, et semine autem quamquam dissimilia ea quoque quae aliis modis seruntur, ut vites et mala atque pira. namque his pro semine nucleus, non ut supra dictis fructus 35
ipse. et mespila semine nasci possunt. omnia haec tarda pro-

1. bubusque] *Sillig ex Cat. l. l. que, C.* 2. fuerit] *Sillig coni. uerit, C.* 5. et] *d. est, r.* 9. nucleos] *d. nucleus, D. nucleum, E.* 12. sarmenta, *E.* 21. et] *om. D.* 22. dicimus, *D'E.* 25. insito in] *d. insito aut, r.* 27. provenire trogum] *E². provenire trogum devenisse, E. proveniret, D.* 32. iuglandes] *E. ut glandes, D.* 33. dumtaxaret, *C.* et] *D. e, E.* dissimilia] *ego coll. Theophr. h. pl. 2, 2, 4. dissimili, C.*

ventu ac degenerantia et insito restituenda, interdumque etiam castaneae.

(11.) Quibusdam natura contra omnino non degenerandi 60
quoquo modo seruntur, ut cupressis, palmae, lauris. namque
5 et laurus pluribus modis seritur. genera eius diximus. ex his 15,127
augusta et bacalis et tinus simili modo seruntur. bacae mense 5qq.
Ianuario aquilonis adflatu siccatae leguntur expandunturque
rarae, ne calefiant acervo. postea quidam fimo ad satum prae-
paratas urina madefaciunt, alii in qualo pedibus in profluente 61
0 deculcant, donec auferatur cutis, quae alioqui uligine infestatur
nec panditur. in sulco repastinato palmi altitudine vicenae
fere acervatim mense Martio, eadem et propagine seruntur,
triumphalis talea tantum. Myrti genera omnia in Campania 62
bacia seruntur, Romae propagine. Tarentinam Democritus et
5 alio modo seri docet, grandissimis bacarum tuis leviter, ne
grana frangantur, ea quae intrita reste circumlini atque ita
seri. parietem fore densitate, ex quo virgulae differantur.
Sic et spinas saepis causa serunt tomice moris spinarum
circumlita. pilas autem laurus et myrti inopia a trimatu tempe-
0 stivom est transferre. Inter ea quae semine seruntur Mago in 63
nucibus operosus est. amygdalam in argilla molli meridiem
spectante seri iubet; gaudere et dura calidaque terra, in pingui
aut umida mori aut sterilescere; serendas quam maxime fal-
catas et e novella fimoque diluto maceratas per triduum aut
5 pridie quam serantur aqua mulsa; mucrone defigi, aciem lateris
in aquilonem spectare; ternas simul serendas triangula ratione
palmam inter se distantes; denis diebus adaquari donec gran-
descant. Juglandes nuces porrectae seruntur commissuris iacen- 64
tibus, pineae nucleis septenis fere in ollas perforatas abditis aut
0 ut laurus quae bacis seritur. citrea grano et propagine, sorba
semine et a radice planta et avolsione proveniunt, sed illa in
calidis, sorba in frigidis et umidis.

(12.) Natura et plantaria demonstravit multarum radici- 65
bus pullulante subole densa et pariente matre quas necet. eius

1. interdum, *E*. 4. quoquo] *d.* quo, *r.* seruntur] *Sillig.* servantur,
C. 6. (pinus, *E*¹. pinus *r.* 8. fumo, *C*. satu, *C*. 9. ad urina, *D*.
ad urinam, *E*. 10. quae] *D.* om. *E*. infestatur] *ego.* infestat, *Cv*.
11. panditur] *ego.* patitur, *C*. patitur nasci, *v.* repastinati, *C*.
14. Tarentinam] *Pint.* tarentina, *C*. 16. ea quae] *ego.* eaque, *Cv*.
17. pariete, *E*. densitate] *ego.* densitates, *D*. densitatis, *E*.
18. saepe, *D*. sepe, *E*. 20. magno, *C*. 21. amygdalam] *d.* amyg-
dala, *E*. amigdala, *D*. 27. palmam] *ego.* palmas, *C*. 28. commis-
suris] *d.* commissura, *r.* 29. abditis] *ego.* additis, *C*. 31. aver-
sione, *C*. 33. demonstravit] *d.* demonstravi, *r*.

quippe umbra turba indigesta premitur, ut in lauris, punicis, platanis, cerasis, prunis. paucarum in hoc genere rami par-
cunt suboli, ut ulmorum palmarumque. nullis vero tales pul-
luli proveniunt nisi quarum radices amore solis atque imbris
66 in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est 5
in sua locari sed prius nutrici dari atque in seminariis adoles-
cere iterumque migrare, qui transitus mirum in modum mitigat
etiam silvestres, sive arborum quoque ut hominum natura novi-
tatis ac peregrinationis avida est, sive discedentes virus relinunt
mansuescuntque tractatu ceu ferae, dum radici avellitur planta. 10

(13.) Et aliud genus simile monstravit avolsique arboribus
67 stolones vixere, quo in genere et cum perna sua avelluntur
partemque aliquam e matris quoque corpore auferant secum
fimbriato corpore. hoc modo plantantur punicae, coryli, mali,
sorbi, mespilae, fraxini, fici in primisque vites. cotoneum ita 15
satum degenerat. Ex eodem inventum est surculos abscisos
68 serere. hoc primo saepis causa factum, sabucis, cotoneo et
rubis depactis, mox et culturae, ut populis, alnis, salici, quae
vel inverso surculo seritur. iam hae ibi disponuntur ubi libeat
esse eas, quamobrem seminarii curam ante convenit dici quam 20
transeatur ad alia genera.

(14.) Namque ad id praecipuum eligi solum refert, quon-
iam nutricem indulgentiorem esse quam matrem saepe convenit.
sit ergo siccum sucosumque, bipalio subactum, advenis hospi-
tale et quam simillimum terrae in quam transferendae sint, 25
ante omnia elapidatum munitumque ab insursu etiam gallinacei
generis, quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras.
70 intervallo sesquipedum seri, nam si inter se contingant, praeter
alia vitia etiam verminosa fiunt. ideo sariri convenit saepius
herbasque evelli, praeterea semina ipsa fruticantia supputare ac 30
71 falcem pati consuescere. Cato et furcis crates inponi iubet
altitudine hominis ad solem recipiendum atque integri culmo
ad frigora arcenda. sic pirorum malorumque semina nutriri,
sic pineas nuces, sic cupressos semine satas et ipsas. minimis
72 id granis constat, vix ut perspici quaedam possint, non omit- 35
tendo naturae miraculo e tam parvo gigni arbores tanto maiore
tritici et hordei grano, ne quis fabam reputet. quid simile

1. ingesta, *E.* 2. paucarum] *Urlichs vind. 314. paucorum, C.*
3. 4. pilluli, *E.* 6. locari] *cod. Tol. iocati, C. nutrici] d. nutrisci, D.*
nutricis, E. 10. mansuescunt ceu, *C.* 12. et] *codd. Gel. ut, C.*
18. quae] *d. aquae, r.* 19. hae ibi] *haec ibi, E. helbi, D.* 20. quamquam,
C. 26. ad incursum, *E.* 29. alia] *D². aha, D¹. ea ali, E. ideo] om.*
D. 35. 36. omittendum, *E.* 36. miraculum, *E.* e tam] *etiam, C.*

origini suae habent malorum pirorumque semina? his principiis
 respuentem securis materiem nasci, indomita ponderibus in-
 mensis prela, arboris velis, turribus murisque inpellendis arietis?
 haec est naturae vis, haec potentia. super omnia erit e lacrima
 5 nasci aliquid, ut suo loco dicemus. Ergo e cupresso femina ^{19, 162}
 — mas enim, ut diximus, non gignit — pilulae collectae ^{21, 24} 73
 quibus docui mensibus siccantur sole, ruptaeque emittunt 60.
 semen formicis mire expetitur, ampliatio etiam miraculo tan-
 tuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. seritur
 10 Aprili mense, area aequata cylindris aut volgiolis, densum,
 terraque cribris superincernitur pollicis crassitudine. Contra 74
 maius pondus attollere se non valet torqueturque sub terra.
 ob hoc et pavitur vestigiis. leviter rigatur a solis occasu in
 trinis diebus, ut aequaliter bibat, donec erumpant. differuntur
 15 post annum dodrantali filo, custodita temperie ut viridi caelo
 serantur ac sine aura. mirumque dictu, periculum eo tantum
 die est, si roravit quantulumcumque imbrem, aut si adflavit.
 de reliquo tutae sunt perpetua securitate aquasque postea
 odere. Et zizipha grano seruntur Aprili mense. tubures me- 75
 20 lius inseruntur in pruno silvestri et malo cotoneo et in cala-
 brice. ea est spina silvestris. quaecumque optime et myxas
 recipit, utiliter et sorbos. 11. Plantas ex seminario transferre
 in aliud priusquam suo loco ponantur operose praecipitur arbitror,
 licet translatione folia latiora fieri spondeant.

5 (15.) Ulmorum, priusquam foliis vestiantur, samara col- 76
 ligenda est circa Martias kalendas, cum flavescere incipit. dein
 biduo in umbra siccata serenda, densa in refracto, terra super
 minuta incribrata, crassitudine quae in cupressis. pluviae si
 non adiuvent, rigandum. differendae ex arearum venis post an-
 0 num in ulmaria intervallo pedali in quamque partem. Maritas 77
 ulmos autumnis serere utilius, quia carent semine; nam et eae
 plantis seruntur. in arbustum quinquennes sub urbe trans-
 ferunt aut, ut quibusdam placet, quae vicenum pedum esse
 coeperunt, sulco qui novenarius dicitur altitudine pedum trium,
 5 pari latitudine, et eo amplius circa positas pedes terni undique

3. prela] *d.* preda, *E.* praeda, *D.* 4. hoc, *E.* naturae vis] na-
 tura eius, *C.* 10. volgiolis] *Hard.* vulvo alis, *D.* vulgivalis, *E*¹. val-
 givalis, *E*². 11. supercernitur, *E.* 12 maius] *D*². mans, *D*¹. im-
 mane, *E.* 13. patitur, *E.* rigatur] *d.* ligatur, *E.* 17. quantulumcumque
 imbres, *D.* 19. odere] *E*¹. odore, *E*². videre *D.* tubes, *E*². tubescere,
*E*¹. 20. cotonea, *E.* cotinne, *D.* et] *om.* *E.* 21. quaecumque, *E.*
 23. in] *d.* m, *D.* *om.* *E.* 27. arefacta, *d.* refacto, *r.* 29. de-
 ferendae, *E.* 31 carente, *C.* et eae] *ego.* ut e, *C.* 34. sq. *dist.*
ego. 35. latitudine] altitudine, *C.* terni] *D*². sterni, *r.*

e solido adaggerantur. arulas id vocant in Campania. Intervalla
 ex loci natura sumuntur. rariores serendas in campestribus con-
 venit. Populos et fraxinos, quia festinantius germinant, disponi
 78 quoque maturius convenit, hoc est ab idibus Februariis, plantis
 et ipsas nascentis. In disponendis arboribus arbustisque ac vineis 5
 quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu
 modo utilis verum et aspectu grata, quoquo modo intueare in
 ordinem se porrigente versu. Populos eadem ratio semine quae
 ulmos serendi, transferendi quoque e seminariis eadem et silvis.
 (16.) Ante omnia igitur in similem transferri terram aut 10
 79 meliorem oportet, nec ex tepidis aut praecocibus in frigidos
 aut serotinos situs; ut neque ex his in illos, praefodere scro-
 bis ante, si fieri possit, tanto prius donec pingui caespite ob-
 ducantur. Mago ante annum iubet, ut solem pluviasque con-
 80 bibant, aut, si id condicio largita non sit, ignes in mediis fieri 15
 ante menses duos, nec nisi post imbres in his seri, altitudinem
 eorum in argilloso aut duro solo trium cubitorum esse in
 quamque partem, in pronis palmo amplius, et ubique caminata
 fossura ore compressiores sint, nigra vero terra duo cubita et
 palmum quadratis angulis eadem mensura. Graeci auctores 20
 consentiunt non altiores quino semipede esse debere — nec
 latiores duobus pedibus, nusquam vero semisquipedem minus
 altos —, quoniam in umido solo ad vicina aquae perveniat.
 Cato, si locus aquosus sit, latos pedes ternos in faucibus imos-
 81 que palmum et pedem, altitudine quattuor pedum, eos lapide 25
 consterni aut, si non sit, perticis salignis viridibus, si neque
 hae sint, sarmentis, ita ut in altitudinem semipes detrahatur.
 nobis adiciendum videtur ex praedicta arborum natura ut altius
 demittantur ea quae summa tellure gaudent, tamquam fraxinus,
 olea. haec et similia quaternos pedes oportet demitti. ceteris 30
 altitudinis pedes terni suffecerint. * * Excide radicem,
 inquit, istam, Papirius Cursor imperator, ad terrorem Prae-
 nestinorum praetoris destringi securi iussa. et est innoxium

2. ex loci] sex luci, C. rariores] d. aridiores, D². ariores, r. 3. po-
 pulus, D²E. fraxinos] d. fraxinus, r. 6. quincunculis, d. quisuncalis,
 E. quinsonoalis, D. 7. quoquo] d. que quo, r. 8. populos] d. popu-
 lus, r. semina, C. quae] d. qua, r. 12. aut] d. et, r. his] d.
 iit, r. 13. prius] om. D. 15. medios, E. 18. pronis] Hard.
 pruinis, C. 20. dist. Ianus. 22. semisquipedem] d. semis quipedem,
 r. 23. aquae] d. quae, D. quaeque, E. 24. latos] codd. Gel. la-
 tus, C. imisque, E. 27. altitudine, E. altitudini, D. semipes] Ia-
 nus. semipe, C. 28. adiuendum, C. 29. ea] d. a, r. 30. oport-
 teat, D. dimitti, E. 31. terni suffecerint] ego. ternis effecerint, C. lac.
 indicavit Sillig. 33. securi iussa. et est] Ianus. securius sed est, D².

adradi partes quae se nudaverint. Testas *aliqui*, aliqui lapides 82
 rotundos subici malunt qui et contineant umorem et trans-
 mittant, non item planos facere et a terreno arcere radicem
 existimantes. glarea substrata inter utramque sententiam fuerit.
 5 Arborem nec minorem bima nec maiorem trima transferre qui- 83
 dam praecipiant, alii cum manum compleat, Cato crassiorem
 quinque digitis. Non omisisset idem, si attineret, meridianam
 caeli partem signare in cortice, ut *translatae* isdem et adsuetis
 statuerentur horis, ne aquiloniae meridianis oppositae solibus
 10 finderentur, et algerent meridianae aquilonibus. quod e diverso 84
 adfectant etiam quidam in vite ficoque, permutantes in con-
 trarium. densiores enim folio ita fieri magisque protegere
 fructum et minus amittere, ficumque sic etiam scansilem fieri.
 plerique id demum cavent ut plaga deputati cacuminis meri-
 15 diem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. id quidem 85
 in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim. Aequè
 latet non neglegendum ne radices mora inarescant neve a
 septentrionibus aut ab ea parte caeli usque ad exortum bru-
 malem vento flante effodiantur arbores, aut certe non adversae
 20 his ventis radices praebeantur, propter quod emoriuntur ignaris
 causae agricolis. Cato omnes ventos et imbrem quoque in 86
 tota translatione damnat. Et ad haec proderit quam plurimum
 terrae in qua vixerint radicibus cohaerere ac totas caespites
 circumligari, cum ob id Cato in corribus transferri iubeat,
 25 procul dubio utilissime, qui idem summam terram contentus
 est subdi. Quidam punicis malis substrato lapide non rumpi
 pomum in arboribus tradunt. radices inflexas poni melius.
 arborem ipsam ita locari ut media sit totius scrobis necessa-
 rium. Ficus si in scilla — bulborum hoc genus est — sera- 87
 30 tur, ocissime ferre traditur pomum neque vermiculationi obno-
 xium, quo vitio carent reliqua poma similiter sata. radicem
 eius magnam adhibendam curam, ut exemptas appareat, non
 evolsas, quis dubitet? qua ratione et reliqua confessa omitti-
 mus, sicuti terram circa radices festuca cospissandam, quod
 35 Cato primum in ea re esse censet, plagam quoque a trunco
 oblini fimo et foliis praeligari praecipiens.

securius se testi, *r.* 1. abradi, *d.* aliqui] *Ianus. om. C.* 4. gloria, *D.* 6. an-
 num *d.* 7. attineret] *codd. Gel. abstineret, C.* 8. translatae] *Sillig.*
 translata, *C.* 9. statuerentur] *cod. Tol. statueretur, C.* horis] *d. oris, r.*
 13. ficumque] *d. ficumve, r.* 17. a] *om. D.* 25. qui idem] *ego.*
 quidem, *C.* 29. si in scilla] *cod. Tol. in ficilia, D¹. in sicilia, r.*
 est seratur] *d. esse ratur, E. seratur, D.* 33. confesse, *E.* 34. fe-
 stuca cospissandam, *Pint. festugato (fistucato, d.) spissandam, C.*

- 88 12. (17.) Huius loci pars est ad intervalla pertinens: quidam punicas et myrtos et lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen novenis, malos amplius paulo, vel magis etiam piros magisque amygdalas et ficos, quod iam optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio locorumque et umbrae cuiusque arboris, quoniam has quoque observari oportet. breves sunt quamvis magnarum arborum ramis in orbem circinatis, ut in malis pirisque, eadem enormes cerasis, lauris. 5
- 89 (18.) Iam quaedam umbrarum proprietas: iuglandum gravis et noxia, etiam capiti humano omnibusque iuxta satis. necat gramina et pinus, sed ventis utraque resistit, quoniam et proiecta vinearum ratione augent stilicidia. pinus, quercus, ilicis ponderosissima, nullum cupressi, umbra minima et in se convoluta. ficorum levis, quamvis sparsa, ideoque inter vineas seri non vetentur. ulmorum lenis, etiam nutriens, quacumque opacat. Attico haec quoque videtur e gravissimis, nec dubito, si emittantur in ramos. constrictae quidem illius noxiam esse non arbitror. iucunda et platani, quamquam crassa. licet gramini credere, non soli alia laetius operiente toros. populo nulla ludentibus foliis, pinguis alno, sed pascens sata. vitis sibi sufficit, mobili folio iactatuque crebro solem umbra temperans, eodem gravi protegens in imbre. omnium fere levis umbra quorum pediculi longi. non fastidienda haec quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quando satis quibusque umbra aut nutrix aut noverca est. iuglandum quidem pinorumque et picearum et abietis quaecumque attingere non dubie venenum. 10
- 92 (19.) Stilicidii brevis definitio est. omnium quae proiectu frondis ita defenduntur ut per ipsas non defluant imbres, stilla saeva est. ergo plurimum intererit hac in quaestione, terra in qua seremus in quantum arbores quasque alat. iam per se colles minora quaerunt intervalla. ventosis locis crebriores seri conducit. olea tamen maximo intervallo, de qua Catonis Italica sententia est in XXV pedibus, plurimum XXX seri. sed hoc variatur locorum natura. non alia maior in Baetica arbor. in Africa vero — fides penes auctores erit — miliarias vocari multas narrant a pondere olei quod ferant annuo proventu. 15

4. ficus, *DE*². quod iam] *ego*. qm̄, *D*. quo, *E*. 5. diiudicavit, *C*.

7. ramis] *ego*. ramos, *C*. circinatis] *ego*. circinat, *D*². cercinat, *D*¹. cercineat, *E*. 8. eadem, *E*. 12. protecta, *C*. augent] *ego*. aagent, *C*. *dist*. *ego*. 13. nulla compraessi, *D*². 17. ullius, *DE*². 19. gramina, *E*. operienti, *E*. torus *C*. 34. plurimum] minimum plurimum, *d*. 35. alia] *d*. alio, *r*.

ideo LXXV pedes Mago intervallo dedit undique aut in macro solo ac duro atque ventoso, cum minimum, XLV. Baetica 94 quidem uberrimas messes inter oleas metit. illam inscientiam pudendam esse conveniet adultas interlucare iusto plus et in senectam praecipitare aut, ut plerumque ipsis qui posuere coarguentibus imperitiam suam, totas excidere. nihil est foedius agricolis quam gestae rei poenitentia, multo iam ut praestet laxitate delinquere.

13. (20.) Quaedam autem natura tarde crescunt, et in 95 primis semine tantum nascentia et longo aevo durantia. at quae cito occidunt velocia sunt, ut ficus, punica, prunus, malus, pirus, myrtus, salix, et tamen antecedunt divitis. in trimatu enim ferre incipiunt ostendentes et ante. ex his lentissima est pirus, ocissima omnium cypirus et pseudocypirus frutex. protinus enim floret semenque perfert. omnia vero celerius adolescent stolonibus ablatis unamque in stirpem reductis alimentis.

(21.) Eadem natura et propagines docuit. rubi namque 96 curvati gracilitate et simul proceritate nimia defigunt rursus in terram capita iterumque nascuntur ex sese repleturi omnia, ni resistat cultura, prorsus ut possint videri homines terrae causa geniti. ita pessima atque execranda res propaginem tamen docuit ac viviradicem. eadem autem natura et hederis. Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, punicam, malorum genera omnia, laurus, pruna, myrtum, nuces abellanas et Praenestinas, platanum. Propaginum duo 97 genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quattuor pedum quoquo et post biennium amputato flexu plantaue translata post trimatum, quas si longius ferre libeat, in qualis statim aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, ut in his transferantur. alterum genus luxuriosius, in ipsa arbore 98 radices sollicitando traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis terraque circumfartis, atque hoc blandimento inpetratis radicibus inter poma ipsa et cacumina — in summa etenim cacumina hoc modo petuntur — audaci ingenio arborem aliam

4. comvehi et, *D*². cum vehi et, *r*. interlucare] *codd.* *Gel.* interluctare, *C*. 7. fidius, *C*. castae, *C*. potentia, *C*. 8. laxitate] *d.* laxitati, *r*. delingere, *D*. 9. naturae, *D*². natorae, *D*¹. 12. pirus] *d.* pinus, *r*. 13. incipit, *C*. ostendentes et ante] *d.* ostendens stante, *r*. 14. pseudocapirius, *C*. 23. viviradicem] *cod.* *Tol.* viriradicem, *D*. viridem radicem, *E*. nature (natura, *D*².) tederis, *C*. 25. pruna] *Ianus.* prunam, *C*. syrtus, *D*. 28. quoquo] *d.* quoque, *r*. ennum, *D*¹*E*. 29. quas] *d.* qua, *r*. 31. luxoriosum, *E*. 33. circumfartis] *d.* circumpartis, *r*.

longe a tellure faciendi, eodem quo supra biennii spatio abscisa propagine et cum quasillis sata. Sabina herba propagine seritur et avolsione. tradunt faece vini aut e parietibus latere tuso mire ali. iisdem modis rosmarinum seritur et ramo, quoniam neutri semen, rhododendrum propagine et semine.

- 99 14. (22.) Semine quoque inserere natura docuit raptim avium fame devorato solidoque et alvi tepore madido cum fecundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis et ventis saepe translato in aliquas corticum rimas, unde vidimus cerasum in salice, platanum in lauru, laurum in ceraso et bacas simul discolores. tradunt et monedulam condentem semina in thensauros cavernarum eiusdem rei praebere causas.
- 100 (23.) Hinc nata inoculatio sutoriae simili fistula aperiendi in arbore oculum cortice exciso semenque includendi eadem fistula sublatum ex alia. in ficis *autem* et malis haec fuit inoculatio antiqua. Vergiliana quaerit sinum in nodo gemmae expulsi corticis gemmamque ex alia arbore includit. et hac-
- 101 tenus natura ipsa docuit, (24.) insitionem autem casus, magister alius et paene numerosior, ad hunc modum: agricola sedulus casam saepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit ex hedera. at illae vivaci trunsu adprehensae suam ex alieno fecere vitam apparuitque
- 102 perficiem esse pro terra. aufertur ergo serra aequaliter sur-
 103 summorum, levigatur falce truncus. ratio postea duplex, et
 104 prima inter corticem lignumque inserendi. timebant prisci truncum findere, mox inforare ausi medio ipsique in eo medullae calamum inprimebant, unum inserentes, neque enim plures capiebat medulla, subtilior postea ratio vel senos — adici mortalitati eorum et numero — per media trunco leniter fisso cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisis
- 103 descendat in rimam calamus. Multa in hoc servanda: primum omnium, quae patiatur coitum talem arbor et cuius arboris. varie quoque et non isdem in partibus subest omnibus succus. viti- bus ficisque media sicciora et e summa parte conceptus. ideo illinc surculi petuntur. oleis circa media succus, inde et sur-
- 104 culi; cacumina sitiunt. facillime coalescunt quibus eadem corticis natura quaeque pariter florentia eiusdem horae cogna-

2. qua illis, *D.* 10. venti, *E.* veti, *D.* 11. lauru] *D.* lauro, *E.*
 16. autem] hoc, *C.* (*id erat h=autem in codd. antiquioribus.*)
 17. gemmae] gemine, *D.* germine, *E.* 27. inperare, *D.* ausi] *d.* aut
 si, *r.* 29. *sq. dist. ego.* 35. sicciore, *C.* 36. medias, *D.* surculis, *C.*
 38. gignationem, *E.*

tionem suorumque societatem habent. lenta res est, quotiens umidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. reliqua observatio, ne fissura in nodo fiat — repudiat quippe advenam inhospitalis duritia, — ut in parte nitidissima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne tralucens. Vergilius e 105
 cacumine inseri vetat, certumque est ab umeris arborum orientem aestivom spectantibus surculos petendos, et e feracibus et e germine novello, nisi vetustae arbori inserantur — ii enim robustiores esse debent — praeterea ut praegnates, hoc est gemmatione turgentes et qui parere illo speraverint anno, bimi utique nec tenuiores digito minimo. inseruntur 106
 autem et inversi, cum id agitur ut minor altitudo in latitudinem se fundat. ante omnia gemmantes nitere conveniet. nihil usquam ulcerosum aut retorridum spei favet. medulla calami commissurae in matre ligni corticisque iungatur, id enim satius quam foris cortici aequari. calami exacutio medullam ne nudet, tamen tenui fistula detegat. fastigatio levi descendat cuneo tribus non ampliore digitis, quod facillime contingit tinctum aqua radentibus. ne exacuatur in vento, ne cortex 107
 a ligno decedat alterutri. calamus ad corticem usque suum deprimatur. ne luxetur, dum deprimatur, neve cortex replicetur in rugas. ideo lacrimantes calamos inseri non oportet, non, Hercules, magis quam aridos, quia illo modo labat umore nimio cortex, hoc vitali defectu non umescit neque incorporatur. id etiam religionis servant, ut luna crescente, ut calamus utraque deprimatur manu. et alioqui hoc in opere duae simul manus minus nituntur, necessario temperamento. validius demissi tardius ferunt, fortius durant, contraria ex diverso. ne hiscat nimium rima laxaeque capiat, aut ne parum, ut exprimat aut compressum necet — hoc maxime cavendum in praevalide accipientis trunco — in media fissura relinquunt. quidam 109
 vestigio fissurae falce in truncis facto salice praeligant marginem ipsum, postea cuneo findunt continente vinculo libertatem dehiscendi. quaedam in plantario insita eodem die transferuntur. si crassior truncus inseratur, inter corticem

1. est] *om.* *D.* 8. vetustae] *d.* vetustate, *r.* arboris, *D.* 9. ii] *E*². id, *r.* 10. geminatione, *C.* 12. latitudinem] altitudinem, *C.*
 13. *sqq.* *dist.* *ego.* 14. aut retorridum] auctore torridum, *C.*
 16. cortici] *d.* corticis, *r.* 18. cuneo] *d.* cum eo, *r.* 19. exacuatur] *codd.* *Gel.* exaquatur, *C.* 21. reprimitur, *C.* 24. 25. concorporat, *E.*
 29. rima] prima, *C.* ut] *ego.* et, *C.* 31. quidem, *E.* 32. falce] *d.* falcem, *r.* 33. cuneo] *Ianus.* cuneos, *C.* 34. plantatio, *C.*
 35. in, *D.*

et lignum inseri melius, cuneo optime osseo cortice rumpatur
 110 laxato. Cerasi libro dempto finduntur. hae solae et post
 brumam inseruntur. dempto libro habent veluti lanuginem,
 quae si comprehendit insitum putrefacit. incolume cuneo ad-
 actum utilissime adstringitur. inserere aptissimum quam proxime
 111 terrae patiatur nodorum truncique ratio. eminere calami sex
 digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillae vel
 cretae harenam fimumque bubulum admiscet atque ita usque
 ad lentorem subigi iubet idque interponi et circumlini. ex iis
 quae commentatus est facile apparet illa aetate inter lignum
 et corticem nec alio modo inserere solitos aut ultra latitudinem
 duum digitorum calamos demittere. inseri autem praecipit pira
 ac mala per ver et post solstitium diebus L et post vindemiam,
 112 oleas autem et ficos per ver tantum, luna sitiante, [hoc est
 sicca] praeterea post meridiem ac sine vento austro. mirum
 111 quod non contentus insitum munisse, ut dictum est, et caespite
 ab imbre frigoribusque protexisse ac mollibus bifidorum vimi-
 num fasciis, lingua bubula — herbae id genus est — insuper
 optegi iubet eamque inligari opertam stramentis. nunc abunde
 arbitrantur paleato luto fasciare libro duos digitos insito ex-
 113 stante. Verno inserentes tempus urguet, incitantibus se gem-
 mis praeterquam in olea, cuius diutissime oculi parturiunt, mi-
 nimumque suci habet sub cortice, qui nimius insitis nocet.
 punica vero et ficum quaeque alia sicca sunt recrastinare mi-
 114 nime utile. pirum vel florentem inserere licet et in Maium
 quoque mensem protendere insitiones. Quod si longius adfe-
 rantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire sucum
 arbitrantur, servari inter duos imbrices iuxta rivos vel piscinas
 utrimque terra obstructos, 15. vitium vero in scrobibus siccis
 stramento opertos ac deinde terra obrutos, ut cacumine ex-
 stent.

115 (25.) Cato vitem tribus modis inserit: praesectam findi
 106 iubet per medullam, in eam surculos exacutos, ut dictum est,
 addi, medullas iungi. altero, si inter se vites contingant, utrius-
 que in obliquum latere contrario adraso iunctis medullis colli-
 gari. tertium genus est terebrare vitem in obliquum ad me-

2. finduntur] *d.* funduntur, *r.* 4. putrefacit] *d.* putrefacito, *r.*
 6. sex] *d.* se, *D.* se ī, *E.* 12. demittere] *d.* dimittere, *r.*
 13. L et] L, *C.* 14. 15. hoc est sicca] *uncis inclusi.* 18. fasciis] *Ia-*
nus. fascies, *C.* 20. fasciare] *Ianus.* farcire, *C.* 24. quaeque] *Bro-*
terius. quamque, *C.* 27. infixo, *C.* 30. exstent] *Dukerus ad Liv.*
 42, 2. existent, *C.* 34. iungi. altero si] *d.* iunci. alteros, *r.* 35. adra-
 sa, *C.*

dullam calamosque addere longos pedes binos atque ita ligatum
 insitum intritaque inlitum operire terra calamis subrectis. nostra 116
 aetas correxit ut Gallica uteretur terebra quae excavat nec urit,
 quoniam adustio omnis hebetat, atque ut gemmascere incipiens
 5 eligeretur calamus, nec plus quam binis ab insito emineret ocu-
 lis, vimine alligato bina circumdarentur, acie a duabus partibus,
 ut inde potius destillaret mucor qui maxime vites infestat, dein
 cum evaluissent flagella pedes binos, vinculum insiti incideretur,
 ubertate crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus de- 117
 0 dere ab aequinoctio autumno ad germinationis initia. Sativae
 plantae silvestrium radicibus inseruntur natura siccioribus. si
 sativae silvestribus inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua
 caelo constant. aptissima insitis siccitas. huius enim *in* re-
 medium adpositis fictilibus vasis modicus umor per cinerem
 5 destillat. inoculatio rores amat lenes.

16. (26.) Emplastratio et ipsa ex inoculatione nata videri 118
 potest, crasso autem maxime cortici convenit, sicut est ficis.
 ergo amputatis omnibus ramis, ne sucum avocent, nitidissima
 in parte quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta scutula
 ita ne descendat ultra corticem ferrum, inprimitur ex alia cor-
 tex par cum sui germinis mamma, sic conpage densata ut ci-
 catrici locus non sit et statim fiat unitas, nec umorem nec
 adflatum recipiens; nihilominus tamen et luto munire et vin-
 culo melius. Hoc genus non pridem repertum volunt qui novis 119
 moribus favent, sed etiam et apud veteres Graecos invenitur et
 apud Catonem, qui oleam ficumque sic inseri iussit mensura
 etiam praefinita secundum reliquam diligentiam suam, corticis
 scalpro excidi quattuor digitorum longitudinem et trium latitu-
 dinem atque ita coagmentari et illa sua intrita oblini, eadem
 ratione *ut* in malo. Quidam huic generi miscuere fissuram in
 vitibus, exempta cortici tessella, a latere *calamo* adigendo. Tot 120
 modis insitam arborem vidimus iuxta Tiburtes tullios omni ge-
 nere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio bacis, aliunde
 vite, piris, ficis, punicis malorumque generibus. sed huic brevis
 fuit vita. nec tamen *per* omnia experimentis adsequi naturam

5. eligeretur] *ego*. ligatur, *C*. 6. vimine] *ego*. ulmi vimine, *C*.
 8. flagella] *d*. flagelli, *r*. 12. feritatem] *d*. feritate, *r*. 13. siccitas]
d. siccitas, *r*. 13. in] *ego*. *om*. *C*. 16. Emplastratio] *Huetius*.
 Emplastri, *D*. emplastri ratio, *E*. ex] *om*. *E*. 17. cortice, *E*. ficus, *D*.
 19. cernatur] *d*. certatur, *r*. 21. mammas, *C*. 28. longitudine,
E. latitudine, *E*. 29. obliti, *E*. oblita, *D*. 30. ut] *ego*. et, *C*.
 31. calamo] *ego*. plano, *C*. 32. tullios] *O. Iahnus in bull. dell' inst.*
arch. 1840, p. 12. thulias, *C*. 35. per] *Sillig.* *om*. *C*.

possumus. quaedam enim nasci nisi sponte nullo modo queunt,
 121 eaque in mitibus tantum et desertis locis proveniunt. capacissima
 insitorum omnium ducitur platanus, postea robur, verum utra-
 que sapes corrumpit. quaedam omni genere inseruntur, ut
 ficus, ut punicae. vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis
 aut caducus rimosusque cortex, neque inoculationem siccae aut
 umoris exigui. fertilissima omnium inoculatio, postea empla-
 stratio, sed utraque infirmissima. et quae cortice tantum nitun-
 tur vel levi aura ocissime deplantantur. inserere firmissimum
 et fecundius quam serere.

122 17. Non est omittenda raritas unius exempli. Corellius
 eques Romanus Ateste genitus insevit castaneam suomet ipsam
 surculo in Neapolitano agro. sic facta est castanea quae ab eo
 nomen accepit inter laudatas. postea *Tereus* eiusdem libertus
 Corellianam iterum insevit. haec est inter eas differentia: illa
 copiosior, haec Tereiana melior.

123 (27.) Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit ac
 defractus serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent.
 multa sic seruntur inprimisque ficus omnibus aliis modis na-
 scens praeterquam talea, optime quidem, si vastiore ramo pali
 modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite
 eoque ipso harena cooperto. ramo seruntur et punica, palis
 laxato prius meatu, item myrtus, omnium horum longitudine
 trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter
 servato, trunco exacuto.

124 (28.) Myrtus et taleis seritur, morus talea tantum, quoniam
 in ulmo eam inseri religio fulgurum prohibet. quapropter de
 talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo ante omnia
 ut taleae ex feracibus fiant arboribus, ne curvae, neve scabrae
 aut bifurcae et tenuiores quam ut manum impleant, ne minores
 pedibus, ut inlibato cortice atque ut sectura inferior ponatur
 semper et quod erit ab radice, ad cumeleturque germinatio terra,
 donec robur planta capiat.

125 18. (29.) Quae custodienda in olearum cura Cato iudica-
 verit, ipsius verbis optime praecipiemus: Taleas oleagineas
 quas in scrobe saturus eris tripedaneas facito,

14. *Tereus*] *ego. coll. v. 16 et l. 15, 94 (ubi scribendum erat Terei-
 ana.) haere//, D¹. haeres, D². heret, E. eiusdem] d. eiusde, r. 16. ter-
 reiana, E. 20. tale, C. vastiore] d. vastatiore, r. 21. adigatur] d.
 adicatur, r. 22. ipso] d. ipsa, r. 23. longitudine] d. longitudinem,
 r. 24. crassitudine] d. crassitudinem, r. 26. e, E. 30. et] *ego.*
*om. C. neve, v.**

diligenterque tractato, ne liber laboret, cum do-
 labis aut secabis. quas in seminario saturus eris
 pedales facito. eas sic inserito: locus bipalio sub-
 actus sit beneque glutus. cum taleam demittes,
 pede taleam opprimito. si parum descendat, malleo
 aut mateola adigito, cavetoque ne librum scindas,
 cum adiges. palo prius locum ne feceris quo ta-
 leam demittas, ita melius vivet. taleae ubi trimae
 sunt, tum denique curae sint, ubi liber se vertet. 126
 si in scrobibus aut in sulcis seras, ternas taleas
 ponito easque divaricato. supra terram ne plus
 quattuor digitos transversos emineant, vel oculo
 servato. Diligenter eximere oleam oportet et ra-
 dices quam plurimas cum terra ferre, ubi radices
 bene operueris, calcare bene, ne quid noceat. si
 quis quaerat, quod tempus oleae serendae sit,
 agro sicco per sementem, agro laeto per ver.
 (30.) [1] Olivetum diebus XV ante aequinoctium
 vernum incipito putare. ex eo die dies XL recte
 putabis. id hoc modo putato: qua locus recte 127
 ferax erit, quae arida erunt et si quid ventus inter-
 fregerit, inde ea omnia eximito. qua locus ferax
 non erit, id plus concidito aratoque bene enodato-
 que stirpisque leves facito. Circum oleas autum-
 nitate ablaqueato et stercus addito. qui oletum
 saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas
 radices exarabit. si male arabit, radices susum
 abibunt, crassiores fient et eo in radices vires
 oleae abibunt. [2] Quae genera olearum et in quo ge- 128
 nere terrae iuberet seri quoque spectare oliveta, diximus in ra- 15,20
 tione olei. Mago in colle et siccis et argilla inter autumnum sqq.
 et brumam seri iussit, in crasso aut umido aut subriguo solo
 a messe ad brumam. quod praecepisse eum Africae intelligen-
 tur. Italia quidem nunc vere maxime serit. sed si et autumnum

4. demittes] *cod. Chiff.* demittis, *D.* dimittes, *E.* 6. adigito] *d.*
 dicito, *r.* 7. adices. *C.* 8. demittas] *Cato r. r.* 45. demittat, *C.*
 aleae] *d.* talea et, *r.* 9. sint] *d.* sunt, *r.* 10. seres, *D.* 12. emine
 ut, *C.* oculo servato] *Pint.* oculos serito, *C.* 14. ubi] *d.* obi, *r.*
 6. quaeret, *D.* quaerit, *E.* 21. ventus] *Cato r. r.* 44. vetus, *C.*
 3. aratoque, *Pontedera antiquit. p.* 56. 27. si male arabit] *Sillig.*
x Cat. r. r. 61, 1. om. *C.* 28. fiunt, *C.* 29. et] *cod. Tol.* ut, *C.*
 0. iuberet] *Sillig.* iubere et, *C.* 31. argilla] argilla et, *E.* argillam
 t, *D.* 32. subriguo solo] *Pint.* subriguoso, *cod. Tol.* subricosu, *D.*
 ubrigu, *E.* 34. quidam, *C.* vero, *D.* seri, *C.*

libeat, post aequinoctium XL diebus ad vergiliarum occasum
 III soli dies sunt quibus seri noceat. Africae peculiare quod
 129 in oleastros inserit quadam aeternitate, cum senescant proxima
 adoptioni virga emissa atque ita alia arbore ex eadem iuvene-
 scente iterumque et quotiens opus sit, ut aevis eadem oliveta
 constant. inseritur autem oleaster calamo et inoculatione.
 [3] Olea ubi quercus effossa sit male ponitur, quoniam vermes
 130 qui raucae vocantur in radice quercus nascuntur et transeunt.
 Non inhumare taleas aut siccare prius quam serantur utilius
 conpertum. Vetus olivetum ab aequinoctio verno intra vergiliarum
 exortum interradi alternis annis melius inventum, item muscum
 circumdare radici, circumfodi autem omnibus annis a solstitio
 duum cubitorum scrobe pedali altitudine, stercorari tertio anno.
 [4] Mago idem amygdalas ab occasu arcturi ad brumam seri
 131 iubet, pira non eodem tempore omnia, quoniam neque floreant
 eodem, oblonga aut rotunda ab occasu vergiliarum ad brumam,
 reliqua genera media hieme ab occasu sagittae, subsolanum aut
 septentrionis spectantia, laurum ab occasu aquilae ad occasum
 132 sagittae. conexa enim de tempore serendi quaestio est. Vere et au-
 tumno id magna ex parte fieri decrevere. est et alia hora circa canis
 ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter
 utilis intellegitur, sed haud omittenda nobis non tractus alicuius
 133 rationem verum naturae totius indagantibus. In Cyrenaica re-
 gione sub etesiarum flatu conserunt, nec non et in Graecia,
 oleam maxime in Laconia. Coos insula et vites tunc serit,
 ceteri apud Graecos inoculare et inserere non dubitant, sed
 arbores non serunt. plurimumque in eo locorum natura pollet;
 namque in Aegypto omni serunt mense et ubicumque imbres
 aestivi sunt, ut in India et Aethiopia, nescensario post haec
 134 autumno seruntur arbores. [5] ergo tria tempora eadem ger-
 minationis, ver et canis arcturique ortus. neque enim anima-
 lium tantum est ad coitus aviditas, sed multo maior est terrae
 ac satorum omnium libido, qua tempestive uti plurimum inter-
 est conceptus, peculiare utique in insitis, cum sit mutua cupi-
 135 ditas utrique coeundi. Qui ver probant ab aequinoctio statim
 admittunt, praedicantes germina parturire, ideo faciles corticum

2. III] *Hard.* XIII, *C.* 3. oleastros] *ego.* oleastro est, *C.*
 9. intumare, *C.* 12. circumdare] *d. om. r.* 16. eodem] *ego.* ea-
 dem, *Cv. dist. ego.* 18. ad occasum, *D.* 19. quaestio] *ego.* quae
 (que, *E.*) ratio, *C.* 25. Coos] *Ianus.* cuius, *C.* Cos, *v.* 27. eo lo-
 corum] *d. oleo quorum, E. oleo colarum, D¹. ocularum, D².* 32. maior
 est] *d. maiore, r. terrae ac] d. ac terrae, r.*

esse complexus. qui praeferunt autumnum ab arcturi ortu, quoniam statim radicem quandam capiant et ad ver parata veniant atque non protinus germinatio auferat vires. Quaedam tamen statutum tempus anni habent ubique, ut cerasi et amygdalae circa brumam serendi vel inserendi. de pluribus locorum situs optime iudicabit. frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumnis. [6] Communis quidem Italiae ratio tempora ad hunc modum distribuit: moro ab idibus Februariis in aequinoctium, piro autumnum, ita ut brumam XV ne minus diebus antecedant, malis aestivis et cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hiemem in idus Februarias, siliquae Graecae et persicis ante brumam per autumnum, nucibus iuglandi et pineae et abellanae et Graecae atque castaneae a kal. Martiis ad idus easdem, salici et genistae circa Martias kal. hanc in siccis semine, illam in umidis virga seri diximus.

19. [7] Est etiam nova inserendi ratio, ne quid sciens quidem praeteream quod usquam invenerim, Columellae excogitata, ut adfirmat ipse, qua vel diversae insociabilisque arborum naturae copulentur, ut fici atque oleae. iuxta hanc seri ficum iubet non ampliore intervallo quam ut contingi large possit ramo oleae quam maxime sequaci atque oboedituro, eumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi. postea fico adepta vires, quod evenire trimae aut utique quinquenni, detruncata superficie ipsum quoque deputatum et, ut dictum est, adraso cacumine defigi in cruce fici, custoditum vinculis, ne curvatura fugiat. ita quodam propaginum insitorumque temperamento triennio commune inter duas matres coalescere, quarto anno abscisum totum adoptantis esse, nondum vulgata ratione aut mihi certe satis conperta.

(31.) Cetero eadem illa de calidis frigidisque et umidis aut siccis supra dicta ratio et scrobes fodere monstravit. in aquosis enim neque amplos neque altos facere expediet, aliter in aestivoso et sicco, ut quam maxime accipiant aquam contineantque. Haec et veteres arbores colendi ratio est. ferventibus enim locis adcumulant aestate radices operiuntque, ne solis ardor exurat. aliubi ablaqueant perflatusque admittunt.

6. iudicabit] *d.* iudicavit, *r.* 8. Mora, *D.* 9. piro] *d.* pira, *r.*
 14. ad] et, *C.* salici] *cod.* Tol. salicis, *C.* 15. illam] *d.* illa, *r.*
 17. invenerim] *d.* invenerit, *r.* 18. quo, *D.* que, *E.* 19. fici] *d.* faci, *D.* fagi, *E.* 24. ipsum quoque] *Sillig coni.* ipsumque, *C.*
 25. cruce, *E.* 27. communi, *d.* 33. aquam] *d.* aqua, *r.* 36. adlaqueant, *D.* adlaqueantur, *E.* perflatusque] *ego.* perflatusque, *d.* perflatum usque, *r.*

idem hieme cumulis a gelu vindicant. contra illi hieme aperiunt umoremque sitientibus quaerunt. ubicumque circumfodiendi arboris ratio in circuitu pedes in orbem ternos, neque id in pratis, quoniam amore solis umorisque in summa tellure oberrant. Et de arboribus quidem fructus gratia serendis inserendisque in universum sint dicta haec.

141 20. (32.) Restat earum ratio quae propter alias seruntur ac vineas maxime, caeduo ligno. Principatum in his optinent salices, quarum loco madido, tamen refosso pedes duos et semipedem, talea sesquipedali vel pertica, quae utilior quo 10
142 plenior. Intervallo esse debent pedes seni. trimae pedibus binis a terra putatione coercentur, ut se in latitudinem fundant ac sine scalis tondeantur. salix enim fecundior quo terrae propior. has quoque omnibus annis confodi iubent mense
143 Aprili. Haec est viminalium cultura. perticalis et virga et 15
talea seritur, fossura eadem. perticas ex ea caedi iustum est quarto fere anno. et hae autem senescentium locum propagine sarciunt pertica post annum. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt XXV vineae iugeribus. Eiusdem rei causa populus alba seritur bipedaneo pastinato, talea sesquipedali, 20
biduo siccata, palmipedi intervallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

144 (33.) Harundo etiam dilutiore quam hae solo gaudet. seritur bulbo radice, quod alii oculum vocant, dodrantali scrobe, intervallo duum pedum et semipedis, reficiturque ex sese vetere 25
harundineto extirpato, quod utilius repertum quam castrare, sicut antea. namque inter se radices serpunt mutuoque decursu necantur. Tempus conserendi priusquam oculi harundinum intumescant, ante kal. Martias. crescit ad brumam usque desinitque, cum durescere incipit. hoc signum tempestivam 30
habet caesuram, et hanc autem quotiens et vineam fodiendam putant. seritur et traversa, non alte terra condita, erumpuntque e singulis oculis totidem plantae. seritur et deplantata
146 pedali sulco, binis obrutis gemmis, ut tertius nodus terram attingat, prono cacumine, ne rores concipiat. caeditur decrescente luna. Vineis anno siccata utilior quam viridis. 35

147 (34.) Castanea pedamentis omnibus praefertur facilitate

3. circuitu] *d* circuitum, *r*. 4. quoniam] *D*. quando, *E*. 5. serendis inserendisque] *cod. Tol.* serendi inserendique, *C*. 6. sunt, *D*²*E*.

9. *lac. significavi*. quarum satio fit loco, *v*. refossos, *C*. 11. seni] *d*. semi, *r*. 14. confodi] *D*². confidi, *D*¹. configi, *E*. 17. propagine] *D*². prae, *r*. 18. post] ac post, *D*. 23. etiamnum, *D*¹*E*. 25. utere. *D*¹*E*. 32. alte terra] *d*. altera, *r*.

tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione caedua vel sa-
lice laetior. quaerit solum facile nec tamen harenosum, maxime-
que sabulum umidum aut carbunculum vel tofi etiam farinam,
quamlibet ópaco septentrionalique et praefrigido situ, vel etiam
5 declivi. recusat eadem glaream, rubricam, cretam omnemque
terrae fecunditatem. Seri nuce diximus, sed nisi ex maximis 148
non provenit, nec nisi quinis acervatim satis. perfringi solum 59
debet sub ea ex Novembri mense in Februarium, quo solutae
sponte cadunt ex arbore atque subnascuntur. intervalla sint
10 pedalia, undique sulco dodrantali. ex hoc seminario transfe-
runtur in aliud bipedali intervallo post biennium. Sunt et pro- 149
pagines, nulli quidem faciliores. nudata enim radice tota in
sulco prosternitur. tum ex cacumine supra terram relicto re-
nascitur et alia ab radice. sed tralata nescit hospitari pavetque
15 novitatem biennio fere. postea prosilit. ideo nucibus potius
quam viveradicibus plantaria caedua implentur. Cultura non 150
alia quam supra dictis, fodiendo supputandisque per biennium
sequens. de cetero ipsa se colit umbra stolones supervacuos
enecante. caeditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamenta
20 iugeri vicenis vinearum iugeribus, quando etiam bifida ex stirpe
fiunt, durantque ultra alteram silvae suae caesuram. Aesculus 151
similiter provenit, caesura triennio senior, minus morosa nasci
in quacumque terra seritur vere balano, sed non nisi aesculi,
scrobe dodrantali, intervallis duorum pedum. saritur leviter
25 quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit caesumque
maxime fruticat. Praeter haec sunt caedua, quae diximus, fraxi-
nus, laurus, persica, corulus, malus, sed tardius nascuntur ter-
ramque defixa vix tolerant, non modo umorem. sabucus contra
firmissima ad palum taleis seritur ut populus. nam de cupresso
30 satis diximus. 16, 139
sq.

21. (35.) [1] Et praedictis velut armamentis vinearum 152
restat ipsarum natura praecipua tradenda cura. Vitium surculis
et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura, geniculati
scaporum nodi intersaepiunt medullam. ferulae ipsae breves
35 et ad summa brevioris articulis utique his in internodia inclu-
dunt. medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longi- 153

5. glaream] *Pint.* galleam, *C.* 6. ex] et, *C.* 7. refringi, *D.*
8. sub ea] *ego.* supra *Cv.* 11. post] *ego.* plus, *Cv.* biennio, *dv.*
15. novitatem] *D*². novitas tam, *r.* *dist.* *Schneider ad Colum. p. 232.*
16. viviradicibus, *codd.* *Gel.* vice radicibus, *C.* 17. supplantan-
disque, *E.* 18. stolone, *C.* 20. vicenis] *D*². vicem sui, *r.* ex]
Schneider ad Colum. 4, 33, 1. ea, *C.* 24. saritur] *Ianus.* sarritur, *Dal.*
seritur, *C.* 25. laesumque, *C.* 35. his in] *D*². si in, *D*¹. dua, *E.*
36. medullam, *D.*

tudinem inpellens quamdiu nodi pervia patent fistula. cum vero
 concreti ademere transitum, repercussa erumpit ab ima sui
 parte iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus,
 16, 163
 13, 122 ut dictum est in harundine ac ferula, quorum dexterum ab
 imo intellegitur articulo, laevum in proximo, atque ita per vi- 5
 ces. hoc vocatur in vite gemma, cum ibi caespitem fecit, ante
 vero quam faciat, in concavo oculus et in cacumine ipso ger-
 men. sic palmites, nepotes, uvae, folia, pampini gignuntur,
 154 mirumque firmiora esse in dextera parte genita. [2] Hos ergo
 in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita ne 10
 profluat medulla. et in fico quidem dodrantaes paxilli solo
 patefacto seruntur sic ut descendant quae proxima arbori
 fuerint, duo oculi extra terram emineant. oculi autem in arborum
 155 surculis proprie vocantur, unde germinantur. Hac de causa et
 in plantariis aliquando eodem anno ferunt quo fuere latu- 15
 fructus in arbore, cum tempestive sati praegnates inchoatos
 conceptus aliubi pariunt. ita satas ficos tertio anno transferre
 facile. hoc pro senescendi celeritate adtributum huic arbori,
 156 ut citissime proveniat. [3] Vitium numerosior satus est. primum
 omnium nihil seritur ex his nisi inutile et deputatum in sar- 20
 menta. opputatur autem quidquid proximo tulit fructum. sole-
 bat capitulatus utrimque e duro surculus seri, eoque argumento
 malleolus vocatur etiamnunc. postea avelli cum sua calce
 coeptus est, ut in fico, neque est aliud vivacius. tertium genus
 adiectum etiamnum expeditius sine calce, quod sagittae vocan- 25
 tur, cum intorti panguntur, idem cum recisi nec intorti, tri-
 gemmes. plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt.
 157 Serere e pampinariis sterile est, nec nisi fecundo oportet. quae
 raros habet nodos infecunda iudicatur, densitas gemmarum
 fertilitatis indicium est. quidam seri vetant nisi eos qui floru- 30
 erint surculos. sagittas serere minus utile, quoniam in trans-
 ferendo facile rumpitur quod intortum fuit. Seruntur pedali
 non breviores longitudine, quinque sexve nodorum. pauciores
 158 tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri eodem
 die quo deputentur utilissimum, si multo postea necesse sit 35
 114 serere custoditos, uti praecepimus, caveri utique ne extra terram
 positi sole inarescant, vento aut frigore hebetentur. qui diutius
 in sicco fuerint priusquam serantur in aqua pluribus diebus
 159 revirescant. [4] Solum apricum et quam amplissimum in semi-

1. patent] *Urlichs vind.* 323. patet, *Cv.* 4. dextero, *C.* 7. fa-
 cit, *E.* oculos, *D²E.* 10. medio, *D.* 11. paxilli] *D².* ta.x.illi, *D¹.*
 taxilli, *E.* 15. quo] *D².* aquos, *D¹.* aquas, *E.* fluere, *E.* 26. idem]
codd. Gel. id enim, *C.* 33. nodorum] *D².* donorum, *r.*

nario sive in vinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio
alto, marra reici quaternum pedum fermento, ita ut *in* pedes binos
fossa procedat, fossam purgari et extendi, ne crudum relin-
quatur, verum exigui mensura. male pastinatum deprendunt
5 scamna inaequalia. metienda est et ea pars quae interiacet
pulvini. Surculi seruntur et in scrobe et in sulco longiores. *de-* 160
super quam tenerrima ingeritur terra, sed in gracili solo fru-
stra nisi substrata pinguiore. corio *gemmas* duas integri oportet
et proximam attingi, terram eodem paxillo deprimi et spissari,
10 interesse in plantario sesquipedes inter bina semina in latitu-
dinem, in longitudinem semisses, ita sotos malleolos XXIII
mense recidere ad imum articulum, nisi ipsi parcatur. oculorum
inde materia emicat, cum qua XXXVI mense viveradix trans-
fertur. [5] Est et luxuriosa ratio vites serendi ut quattuor malle- 161
15 oli vehementi vinculo colligentur ima parte luxuriosa atque ita
vel per ossa bubuli cruris vel per colla fictilia trajecti obruantur
binis eminentibus gemmis. uniscunt hoc modo recisique palmi-
tem emittunt. postea fistula fracta radix libere capit vires uva-
que fert omnium corporum suorum acinos. In alio genere 162
20 inventu novicio finditur malleolus, medullaque erasa in se col-
ligantur ipsi caules ita ut gemmis parcatur omni modo, tum
malleolus in terra *fimo* mixta seritur, et cum spargere caules
coepit, deciditur foditurque saepius. talis uvae acinos nihil intus
ligni habituros Columella promittit, cum vivere semina ipsa
25 perquam mirum sit medulla adempta. Nasci surculis etiam 163
quibus non sit articulatio arbores, non omittendum videtur.
namque buxi tenuissimis quinque senisque colligatis depacti prove-
niunt. quondam in observatione erat ut defringerentur ex in-
putata buxo, aliter vivere non crediti. detraxere hoc experi-
30 menta. [6] Seminarii curam sequitur vinearum ratio. quinque 164
generum hae: sparsis per terram palmitibus, aut per se vite
subrecta, vel cum *amminiculo* sine iugo, aut pedatae simplici
iugo, aut conpluviatae quadriplici. Quae pedatae ratio, eadem 165
intellegitur eius quoque in qua sine *amminiculo* vitis per se
35 stabit. id enim non fit nisi pedamenti inopia. simplici iugo

2. in] *om.* C. 6. desuper] *ego.* aesuper, D. esuper, E. 8. pin-
guiore. corio *gemmas*] *ego.* pinguiore (pinguiore, D².) corio (*om.* D¹E.)
quam, C. 9. *dist.* *ego.* 10. semina in] *d.* semina, *r.* 12. oculo,
D². 13. ut ve radix, D¹. ut vera radix, D². 15. ima] D². in, *r.*
17. uniscunt] D². unescunt, D¹. umescunt, *Ev.* 20. erasa] *d.* crassa, *r.*
21. caules] *candales*, C. 22. malleolo, E. *fimo*] *fixo*, C.
27. senisque, E. semisque, D. 29. haec, E. 32. *anniculo*, C.
33. pedatae ratio] *Ianus.* pedata erat (*crit.* E.)C. 34. intellegitur, E.

constat porrecto ordine quem canterium appellant. melior ea
vino, quoniam sibi ipsa non obumbrat adsiduoque sole coqui-
tur et adflatum magis sentit, celerius rorem dimittit, pampina-
166 deflorescit utilius. Iugum fit pertica aut harundine aut crine 5
funiculove, ut in Hispania Brundisique. Conpluviata copiosior
vino est, dicta a cavis aedium conpluviis. dividitur in quaternas
partes totidem iugis. huius serendi ratio dicetur, eadem valitura
in omni genere, in hoc vero numerosior tantum. [7] *tribus* vero
seritur modis: optime in pastinato, proxime in sulco, novissime 10
167 in scrobe. de pastinatione dictum est. 22. Sulco latitudo palae
¹⁵⁹ satis est, scrobibus ternorum pedum in quamque partem. alti-
tudo in quocumque genere tripedalis, ideo nec vitis minor
168 transferri debet, exstatura etiamnum duabus gemmis. emolliri
terram minutis in scrobe imo sulcis fimoque misceri necessarium. 15
clivosa altiores scrobes poscunt, praeterea pulvinatis a devexi-
tate labris. qui ex his longiores fient, ut vites binas accipiant
e diverso, alvei vocabuntur. esse vitis radicem in medio scrobe
oportet, sed ipsam innixam solido in orientem aequinoctialem
169 spectare, adminicula prima e calamo accipere; vineas limitari 20
decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum
transitus, aliisque transversis limitibus denum pedum distingui
per media iugera, aut, si maior modus sit, totidem pedum car-
dine quot decumano limitari, semper vero quintanis semitari,
hoc est ut quinto quoque palo singulae iugo paginae includan- 25
tur; [8] solo spisso non nisi repastinato nec nisi viveradicem
170 seri, tenero et soluto vel malleolum sulco vel scrobe. In colles
sulcos agere transversos melius quam pastinare, ut defluvia trans-
tris eorum contineantur, aquoso caelo vel sicco solo malleolos
serere autumnno, nisi si tractus ratio mutabit. siccus enim et 30
calidus autumnno poscet, umidus frigidusque etiam veris exitu.
In arido solo viveradix quoque frustra seritur, male et in siccis
malleolus, nisi post imbrem, at in riguis vel frondens vitis et
usque ad solstitium recte, ut in Hispania. Quiescere ventos
sationis die utilissimum. plerique austros optant, Cato abdicat. 35
171 [9] Interesse medio temperamento inter binas vites oportet pe-
des quinos, minimum autem laeto solo pedes quaternos, tenui

1. canterium] *d.* cantherium, *r.* 9. *tribus*] *Pint.* *om.* *C.* 15.
sulcisque (sulciseve *D*². salciseve, *D*¹.) fimo, *C.* 18. alvei] *D*². alei, *r.*
24. quot] *d.* quod, *r.* quinquanis, *E.* 25. ut] *d.* in, *r.* 28. 29. trans-
tris] *D*². tilis, *D*¹. tales, *E.* 29. malleolos] *d.* malleolus, *r.* 30. mu-
tabit] *ego.* mutavit, *C.* 34. ventos] *d.* veritos, *r.*

plurimum octonos, — Umbri et Marsi ad vicanos intermittunt
 arationis gratia in his quae vocant porculeta, — pluvio et ca-
 liginoso tractu rariores poni, sicco densiores. Subtilitas parsi- 172
 moniae compendia invenit, cum vinea in pastinato seratur, obi-
 5 ter seminarium faciendi, ut et viveradix loco suo et malleolus
 qui transferatur inter vites et ordines seratur, quae ratio in
 iugero circiter $\overline{\text{XVI}}$ viveradicum donat. interest autem biennium
 fructus, quo tardius in sato provenit quam in tralato. Viveradix 173
 posita in vinea post annum resecatur usque ad terram, ut unus
 10 tantum emineat oculus, adminiculo iuxta adfixo et fimo addito.
 simili modo et secundo anno reciditur viresque concipit et intra
 se pascit suffecturas oneri. alias festinatione pariendi gracilis
 atque eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fetum exeat
 tota. nihil avidius nascitur ac, nisi ad pariendum vires serven-
 15 tur, tota fit fetus. [10] Pedamenta optuma quae diximus aut
 ridicae e robore oleaque, si non sint, pali e iunipero, cupresso,
 laburno, sabuco. reliquorum generum sudes omnibus annis
 reciduntur. saluberrima in iugo harundo conexa fasciculis durat
 annis quinis. Cum breviores palmites sarmento iunguntur inter
 20 se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. [11] Tertius 175
 vineae annus palmitem velocem robustumque emittit et quem
 faciat aetas vitem. hic in iugum insilit. aliqui tum excaecant
 eum supina falce auferendo oculos, ut longius evocent, noxia
 iniuria. utilior enim consuetudo pariendi satiusque pampinos
 25 adiugatae detergere usque quo placeat roborari eam. Sunt qui 176
 vetant tangi proximo anno quam tralata sit, neque ante LX
 mensem falce curari, tunc autem ad tres gemmas recidi. alii
 et proximo quidem anno recidunt, sed ut ternos quaternosve
 singulis annis adiciant articulos, quarto demum perducant ad
 30 iugum. id utrimque fructu tardum, praeterea retorridum et
 nodosum pumilionum incremento. optimum autem matrem
 esse firmam, postea fetum audacem. nec tutum est quod ci-
 catricosum, magno imperitiae errore. Quidquid est tale plagis 177
 nascitur, non e matre. totas habeat illa vires, dum roboratur,
 35 et annuos accipit tota fetus, cum permissum fuerit nasci. nihil
 natura portionibus parit. Quae excreverit satis firma protinus

11. concipit et] concipit ut, *E.* concipitur, *D.* 13. runcida, *D*².
 eiundicia, *E*¹. 15. fit] *d.* sit, *r* 16. radice, *E.* e] *Dal. om. C.*
 17. laburno] *Barb.* alburno, *C.* 18. fasciculus, *E.* 22. aliqui] *Sillig.*
 aqui, *C.* 24. pariendi] *d.* parienti, *r.* 26 tangi] *d.* tingi, *r.*
 quam] *d.* q. *L. I.* autem, *D.* quo, *E.* 30. fructu] *Urlichs vind. 324.*
 fructum, *C.* 31. pumilionum] *d.* pumiliorium, *D.* pumiliorum. *E.*
 35. missum, *D.*

in iugo collocari debebit, si etiamnum infirmior erit, sub ipso
 178 iugo hospitari recisa. viribus, non aetate decernitur. temera-
 rium est ante crassitudinem pollicarem viti imperare. sequente
 anno palmites salventur pro viribus matris singuli aut gemini.
 idem et secuto, si coget infirmitas, nutriantur, tertioque demum 5
 duo adiciantur. nec sunt plures quaternis umquam permit-
 tendi, breviterque non indulgendum et semper inhibenda fecun-
 ditas. et ea est natura ut parere malit quam vivere. quidquid
 materiae adimitur fructui accedit. illa se mavult quam fructum
 gigni, quoniam fructus caduca res est. sic perniciose luxuriat, 10
 179 nec ampliat se, sed egerit. [12] Dabit consilium et soli natura.
 in macro, etiamsi vires habeat, recisa intra iugum moretur, ut
 omnis fetura sub eo exeat. minimum id esse debebit inter-
 vallum, ut attingat iugum speretque, non teneat, adeo non
 recumbat in eo, nec delicate se spargat. ita temperetur hic 15
 180 modus ut crescere etiamnum malit quam parere. [13] Palmes
 duas tresve gemmas habere sub iugo debet, ex quibus materia
 nascatur, tunc per iugum erigi alligarique, ut sustineatur iugo,
 non pendeat, vinculo mox adstrictius a tertia gemma alligari,
 quoniam et sic coercetur impetus materiae densioresque citra 20
 pampini exultant. cacumen religari vetant. Natura haec est:
 deiecta pars aut praeligata fructum dat, plurimumque ipsa cur-
 vatura. quod citra est materiem mittit offensante, credo, spi-
 152 ritu et illa quam diximus medulla. quae ita emicuerit materia
 181 fructum dabit anno sequente. Sic duo genera palmitum. quod 25
 e duro exit materiamque in proximum annum promittit pam-
 pinarium vocatur aut, si supra cicatricem est fructuarium.
 alterum ex anniculo palmite semper fructuarium. Relinquitur
 sub iugo et qui vocatur custos — hic est novellus palmes,
 non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, 30
 si vitis luxuria se consumpserit — et alius iuxta eum, verru-
 cae magnitudine, qui furunculus appellatur, si forte custos
 182 fallat. [14] Vitis antequam septimum annum a surculo con-
 pleat evocata ad fructum eiuncescit ac moritur. nec veterem
 placet palmitem in longum et ad quartum usque pedamentum 35
 emitti, ut quod alii dracones alii funiculos vocant, ut faciant

4. salventur] *Hard.* salutentur, *C.* 7. 8. fecunditas et] *d.* fecunditas
 in, *E.* fecundita est, *D.* 8 malit] *d.* mallit, *r.* 9. se mavult] *ego.* se-
 mina mavult, *dv.* semina vult, *r.* 12. moritur, *C.* 14. superetque,
D. superet quae, *E.* 15. ita] *d.* ista, *r.* 16. etiam, *D*². malit]
d. mallet, *r.* 18. erigi] *ego.* mergi, *C.* 27. si] *D*². uti, *r.* 28.
 semperque, *E.* 32. ferunculus, *E.* 34. evanescit, *D*². 36. ut]
*D*². *om.* *r.* funiculos] *D*². iuniculos, *r.*

quae masculatā appellant. cum induruit vitis, pessimum in
 vinea traducere. Quinto anno et ipsi palmites intorquentur 183
 singulaeque singulis materiae emittuntur ac deinde proximis,
 prioresque amputantur. semper custodem relinqui melius, sed
 5 is proximus viti esse debet, nec longior quam dictum est, et 181
 si luxuriaverint palmites, intorqueri, ut quattuor materias vel
 duas, si uniiuga erit vinea, emittat. [15] Si per se vitis ordi- 184
 nabitur sine pedamento, qualecumque initio adminiculum desi-
 derabit, dum stare condiscat et recta surgere. Cetera ad pri-
 10 mordium eadem. dividi autem putatione pollicis in aequali
 examine undique, ne praegravet fructus parte aliqua, obiter
 idem deprimens, prohibebit in excelsum emicare. Huic vineae
 trium pedum altitudo excelsior nutat, ceteris a quinto, dum ne
 excedat hominis longitudinem iustam. Iis quoque quae spar- 185
 15 guntur in terra brevis ad limitandum caveas circumdant, scro-
 bibus per ambitum factis, ne vagi palmites inter se pugnent
 occursantes, maiorque pars terrarum ita supinam in tellurem
 vindemiam mittit, siquidem et in Africa et in Aegypto Syriaque
 ac tota Asia et multis locis Europae hic mos praevalet. ibi 186
 20 ergo iuxta terram conprimi debet vitis, eodem modo et tem-
 pore nutrita radice quo in iugata vinea, ut semper pollices
 tantum relinquuntur, fertili solo cum tribus gemmis, graciliore
 quinis, praestatque multos esse quam longos. quae de natura
 soli diximus tanto potentiora sentientur quanto propior fuerit
 25 uva terrae. [16] Genera separari ac singulis conseri tractus 187
 utilissimum, — mixtura enim generum etiam in vino, non
 modo in musto discors, — aut si misceantur, non alia quam
 pariter maturescentia iungi necessarium. iuga altiora quo lae-
 tior ager et quo planior, item roscido, nebuloso minusque
 30 ventoso conveniunt, contra humiliora gracili et arido et aestuoso
 ventisque exposito. iuga ad pedamentum quam artissimo nodo
 vinciri oportet, vitem levi contineri. quae genera vitium et in
 quali solo caeloque essent conserenda, cum enumeraremus ^{14,}
 naturas earum et vinorum, docuimus. [17] De reliquo cultu vehe- ^{20 sqq.}
 35 menter ambigitur. plerique aestate tota post singulos rores 188
 confodi iubent vineam, alii vetant gemmantem, decuti enim
 oculos tractuque intrantium deteri, et ob id arcendum procul

3. deinde] *D.* deinde *e*, *E.* 8. 9. desiderabit] *d.* desideravit, *r.*
 9. 10 primordio, *D.* 11. praegravet, *D*¹. precavet, *E.* 12. emitare, *D*¹.
 emittere, *E.* 15. brevi, *C.* limitandum] *Ianus.* imitandum, *C.*
 18. mittit] *D*². metuit, *r.* 23. quinis] binis, *Dal.* 25. tractus] *Urlichs*
vind. 325. tractibus, *d.* tractum, *r.* 32. levi] *d.* leve, *r.* 34. docui-
 mus] *D.* notavimus, *E.*

omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime
 auferat gemmas. inimicos et pubescente uva rastros, satisque
 esse vineam ter anno confodi, ab aequinoctio verno ad vergi-
 189 liarum exortum et canis ortu et nigrescente acino. quidam
 ita determinant: veterem semel a vindemia ante brumam, cum 5
 alii ablaqueare et stercorare satis putent, iterum ab idibus
 Aprilibus, antequam concipiat, hoc est in VI idus Maias; dein
 prius quam florere incipiat et cum defloruerit et variante se
 uva. peritiores adfirmant, si iusto saepius fodiatur, in tantum
 tenerescere acinos ut rumpantur. quae fodiuntur ante ferven- 10
 tes horas diei fodiendas convenit, sicuti lutum neque arare
 neque fodere, fossione pulverem excitatum contra soles nebu-
 190 lasque prodesse. [18] Pampinatio verna in confesso est ab
 idibus Maiis, intra dies X, utique antequam florere incipiat, et
 eam infra iugum debere fieri. de sequente variant sententiae. 15
 cum defloruerit, aliqui pampinandum putant, alii sub ipsa matu-
 ritate. sed de his Catonis praecepta decernent. namque et
 191 putationum tradenda ratio est. [19] Protinus hanc a vindemia,
 ubi caeli tepor indulget, adoriuntur. sed hoc fieri numquam
 debet ratione naturae ante exortum aquilae, ut in siderum 20
 18, 283 causis docebimus proximo volumine, immo vero favonio, quo-
 niam anceps culpa sit praeproperae festinationis. Si saucias
 recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, certum
 est gemmas earum frigore hebetari plagasque findi et caeli
 vitio exuri oculos lacrima destillante. nam gelu fragiles fieri 25
 192 quis nescit? Operarum ista computatio est in latifundis, non
 legitima naturae festinatio. quo maturius putantur aptis die-
 bus, eo plus materiae fundunt, quo serius, eo fructum uberio-
 rem. quare macras prius conveniet putare, validas novissime,
 plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres, et 30
 ad terram verti quam levissima cicatrice acie falcis exacuta
 plagaque conlevata, recidi autem semper inter duas gemmas,
 193 ne sit vulnus oculis in recisa parte. nigram esse eam existi-
 mant et donec ad sincera veniatur recidendam, quoniam e
 vitioso materia utilis non exeat. si macra vitis idoneos pal- 35
 mites non habeat, ad terram recidi eam novosque elici utilis-
 simum, in pampinatione non hos detrahere pampinos qui cum

3. confido, *D*¹. confidi, *E*. 4. ortu] ortum, *C*. 6. putant, *C*.
 7. aprilis, *E*. aprilos, *D*¹. concipit, *E*. 8. variante] *D*². varia ante,
r. 15. ea, *C*. 19. hoc] in hoc, *C*. 29. conveniat, *E*¹. 31.
 exacuta] *Pint.* exacta, *C*. 32. conlevata] *Pint.* convelata, *C*. 37.
 hos] *d.* his, *r*.

uva sint, id enim et uvas supplantat praeterquam in novella
 vinea. inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo, quippe
 etiam uva quae nascatur e duro rigescente, ut nisi ferro detrahi
 non possit. Pedamentum quidam inter duas vites utilius putant 194
 5 statui, et facilius ablaqueantur ita, meliusque est uniugae
 vineae, si tamen et ipsi iugo sint vires nec flatu infesta regio.
 in quadripertita quam proximum oneri adminiculum esse debet,
 ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse non
 amplius, ablaqueari autem prius quam putari iubent. [20] Cato 195
 10 de omni cultura vitium ita praecipit: Quam altissimam
 vineam facito alligatoque recte, dum ne nimium
 constringas. hoc modo eam curato: capita vitium
per sementem ablaqueato. vineam putatam cir-
cumfodito, arare incipito. ultro citroque sulcos
 15 *perpetuos ducito. vites teneras quam primum*
propagato, sic occato, veteres quam minimum
castrato. potius, si opus erit, deicito biennioque
post praecidito. vitem novellam resecari tum erit
tempus, ubi valebit. si vinea ab vite calvata erit, 196
 20 *suicos interponito ibique vivam radicem serito.*
umbram a sulcis removeto, crebroque fodito. In vi-
nea vetere serito ocinum, si macra erit. quod
granum capit ni serito, et circum capita addito
stercus, paleas, vinaceas, aliquid horumce. Ubi 197
 25 *vinea frondere coeperit, pampinato. vineas no-*
vellas alligato crebro, ne caulis praefringatur. et
quae iam in perticam ibit eius pampinos teneros
alligato leviter porrigitoque uti recte stent. ubi
uva varia fieri coeperit, vites subligato. [21] Vitis 198
 30 *insitio una est per ver, altera cum uva floret. ea*
optima est. Vineam veterem si in alium locum
transferre voles, dumtaxat bracchium crassam
licebit. primum deputato. binas gemmas ne am-
plius relinquito. ex radicibus bene exfodito, et
 35 *cave radices ne saucies. ita uti fuerit, ponito in*
scrobe aut in sulco operitoque et bene occulcato.
eodemque modo vineam statuito, alligato flexato-

. enim et] *D.* et enim, *E.* 6. flatui, *C.* 7. oneri] *d* onerari,
r. 13. per—vineam] *Pint. ex Cat. r. r. 33. om. C.* putata, *E.*
 16. sic occato] *Sillig ex Cat. l. l. cato, C.* 23. ni serito] *ego.*
ne serito, d. inserito, r. 28. uti] *Sillig ex Cat. l. l. ubi, C.* 29.
varia] Cato l. l. vallaria, C. 35. ne] *om. D.* 37. flexatoque] *d.*
floxatoque, E'. floxatoque, r.

que uti fuerit, crebroque fodito. Ocimum, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerrime proveniat.

199 23. [22] Sequitur arbusti ratio mirum in modum damnata a Saserna patre filioque, celebrata Scrofae, vetustissimis post 5 Catonem peritissimisque, ac ne a Scrofa quidem nisi Italiae concessa, cum tam longo iudicetur aevo nobilia vina non nisi in arbustis gigni et in his quoque laudatiora summis sicut uberiora 200 imis. adeo excelsitate proficitur. Hac ratione et arbores eliguntur. prima omnium ulmus, excepta propter nimiam frondem atinia. dein populus nigra, eadem de causa, minus densa folio. non spernunt plerique et fraxinum ficumque, etiam oleam, si non sit umbrosa ramis. harum satus cultusque abunde tractatus est. ante XXXVI mensem attingi falce vetantur. alterna servantur bracchia, alternis putantur annis, sexto anno maritantur. Transpadana Italia praeter supra dictas cornu, opulo, 201 tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros, Venetia salice propter uliginem soli. et ulmus detruncata media in tria ramorum scamna digeritur, nulla fere viginti pedum altiore arbore. tabulata earum ab octavo pede altitudinis dilatantur in collibus 20 siccisque agris, a duodecimo in campestribus et umidis. Meridianum solem spectare palmae debent, rami a proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent. Intervallum iustum arborum, si aretur solum, quadragenis pedes in terga frontemque, in latera viceni 25 si non aretur, hoc in omnis partes. singulis denas saepe adnutriunt vites, damnato agricola minus ternis. Maritare nisi validas inimicum, enecante veloci vitium incremento. serere tripedaneo scrobe necessarium distantes inter sese arboremque singulis pedibus. nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla 30 fodiendi inpendia, utpote cum arbusti ratio haec peculiari dote praestet, quod ab eodem solo seri fruges et vitibus prodest, superque quod vindicans se altitudo non, ut in vinea, ad arcendas animalium iniurias pariete vel saepe vel fossarum utique 204 inpendio muniri se cogit. [23] In arbusto ex praedictis 35

3. proveniet, *D.* 4. 5. a Saserna] sasserna *D.* aserna, *E.* 5. celebrata] *d.* celebrato, *r.* scrofae] *D*². scropae, *D*¹. sropae, *E.* 6. peritissimisque] *d.* peritissimis, *r.* ac] ae, *C.* 9. 10. religuntur, *D.* religantur, *E.* 16. opulo] *Pint.* populo, *C.* 17. acere orno, *E.* acer cornu, *D.* 18. 19. in tria ramorum] *Urlichs vind.* 326. intra ramorum, *d.* intra morum, *r.* 23. tonsili] *D*². consilii, *r.* 24. intervallo, *C.* 28. veloci] *D*². vel loci, *r.* 30. malleoli, *C.*⁴ 31. haec] *D.* hac, *E.* 35. coget, *E.* ex] *ego.* et, *D.* e, *E.*

sola viveradicum ratio, item propaginum, et haec gemina, ut 97
diximus, qualorum et ipso tabulato maxime probata, quoniam
a pecore tutissima est, altera deflexa vite vel palmite iuxta
suam arborem aut circa proximam caelibem. quod supra ter-
5 ram est e matre radi iubetur, ne fruticet. in terra non pau-
ciores quattuor gemmae obruuntur ad radicem capiendam, extra
in capite binae relincuntur. vitis in arbusto quattuor pedes 205
in longo constat omnis, sulco tres lato, alto duos cum semi-
pede. post annum propago inciditur ad medullam, ut paula-
10 tim radicibus suis adsuescat. caulis a capite ad duas gemmas
reciditur, tertio totus mergus absciditur repetiturque altius in
terram, ne ex reciso frondeat. tolli viveradix a vindemia pro-
tinus debet. [24] Nuper repertum draconem serere iuxta ar- 206
borem, — ita appellamus palmitem emeritum pluribusque in-
15 duratum annis, — hunc praecisum quam maxima amplitudine,
tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatnr,
unde et rasilem vocant, deprimere sulco, reliqua parte ad ar-
borem erecta, ocissimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra,
usitatum est quam proxime solum decidi, donec firmetur radix,
20 sicuti neque roscidam seri neque a septentrionis flatu. vites
aquilonem spectare debent ipsae, palmites autem earum meri-
diem. [25] Non est festinandum ad putationem novellae, sed 207
primo in circulos materies colligenda, nec nisi validae putatio
admovenda, seriore anno fere ad fructum arbusta vite quam
25 iugata. sunt qui omnino putari vetent priusquam arborem
longitudine aequaverit. Prima falce sex pedes a terra recidatur,
flagello infra relicto et nasci coacto incurvatione materiae. tres
ei gemmae, non amplius, deputato supersint. ex his omissi 208
palmites proximo anno imis digerantur scamnis ac per sin-
30 gulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento
in singulis tabulatis et emissario uno qui subeat usque quo
placuerit. de cetero putatione omni flagella quae proxime
tulerint recidantur, nova circumcisis undique capreolis spargantur
in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium cri-
35 nibus circumvestit arborem crinesque ipsos uvis, Gallica in tra-
duces porrigitur, Aemiliae viae in ridicas atiniarum ambitu, 209
frondem earum fugiens. [26] Est quorundam inperitia sub ramo
vitem vinculo suspendendi, suffocante iniuria. contineri debet

3. tutissimum, *D.* 4. citra, *D.* 5. ne] *D.* nec, *r.* 8. *dist.*
ego. omis, *D*¹. oms, *D*². sulcos, *D*². 16. observatur, *D.*
21. ipse, *D*¹. ipsi, *D*². 23. primo] *d.* primos, *r.* materiae, *D.*
25. vetant, *E.* 27. incurvatione] *d.* incurbationem, *r.* 29. digerantur]
*D*². ingerantur, *d.* vigerantur, *r.* 33. tulerunt, *E.* 35. ipsos] *d.* ipso, *r.*

vimine, non artari — quin immo etiam quibus salices super-
 sunt molliore hoc vinculo facere malunt herbaque Siculi quam
 vocant ampelodesmon, Graecia vero universa iunco, cypero,
 ulva — liberata quoque vinculo per aliquot dies vagari et in-
 condita spargi atque in terra quam per totum annum specta- 5
 210 verit recumbere, namque *ut* veterina a iugo et canis a cursu
 volutatio iuvat, ita tum et vitium porrigi lumbos. arbor quo-
 que ipsa gaudet adsiduo levata onere, similis respiranti, nihil-
 que est in opere naturae quod non exemplo dierum noctium-
 que aliquas vices feriarum velit. ob id protinus a vindemia 10
 putari et lassas etiamnum fructu edito improbatur. putatae
 rursus alligentur alio loco, namque orbitas vinculi sentiunt
 211 vexatione non dubia. Traduces Gallica e cultura bini utrimque
 lateribus, si *utraque* pars quadrageno distet spatio, quaterni,
 si viceno. inter se obvii miscentur alliganturque una conciliati, 15
 virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficient, aut si bre-
 vitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam
 arborem unco. Traducem bimum praecidere solebant — one-
 rat enim vetustate — melius donare tempus, ut rasilem faciant,
 ni largiatur crassitudo. alias utile toros futuri draconis pasci. 20
 212 [27] Unum etiamnum genus est medium inter hoc et propa-
 ginem, totas supplantandi in terram vites cuneisque findendi
 et in sulcos plures simul ex una propagandi, gracilitate sin-
 gularum firmata circumligatis hastilibus, nec recisis qui a la-
 teribus excurrant pampinis. Novariensis agricola traducum turba 25
 non contentus, nec copia ramorum, inpositis etiamnum patibulis
 palmites circumvolvitur. itaque praeter soli vitia cultura quoque torva
 213 fiunt vina. Alia culpa iuxta urbem Aricinis, quae alternis putantur
 annis, non quia id viti conducit, sed quia vilitate redditum inpen-
 dia exuperent. medium temperamentum in Carsulano secuntur 30
 cariosasque tantum vitis partes incipientesque inarescere depu-
 tando, ceteris ad uvam relictis, detracto onere supervacuo, pro
 nutrimento omni est raritas volneris. sed nisi pingui solo talis
 214 cultura degenerat in labruscam. [28] Arbusta arari quam
 altissime desiderant, etsi frumenti ratio non exigit. pampinari 35
 ea non est moris, et hoc conpendium operae. deputantur
 cum vite pariter interlucata densitate ramorum qui sint super-

6. ut] *om.* C. 7. iuvat] *d.* vivac, *r.* 11. etiamnum] *d.* etiam,
*D*². setiannum, *E.* setiam |||||, *D*¹. 14. utraque] *Urlichs vind.* 327.
om. C. 18. *dist.* *Urlichs l. l.* 19. ut rasilem] *Urlichs l. l.* ut
 (in, *D.*) transilem, *C.* 21. etiam, *D*². 23. gracilitate] *d.* gracilitates,
r. 27. propter, *D*². 28. Aricinis] *Sab. varracinis, C.* 33. omni,
d. omnis, *r.* 35. etsi] *Urlichs vind.* 329. tanta etsi, *C.* 37. inter-

vacui et absumant alimenta. plagas ad septentrionis aut ad
meridiem spectare vetuimus, melius, si neque in occasus solis. 84
diu dolent talia quoque ulcera et difficile sanescunt algendo
nimis aestuandove. — non eadem in vite libertas, quoniam
5 certa latera, sed facilius abscondere et detorquere quo velis
plagas. — in arborum tonsura supiniore velut calices faciendi,
ne consistat umor.

(36.) Viti adminicula addenda quae scandat adprehensa, 215
si maiora sint. 24. Vitium generosarum pergulas quinquatribus
10 putandas et, quarum servare uvas libcat, decrescente luna
tradunt, quae vero interlunio sint putatae nullis animalium ob-
noxias esse. alia ratione plena luna noctu tondendas, cum
sit ea in leone, scorpione, sagittario, tauro, atque in totum
serendas plena aut crescente utique censent. Sufficiunt in
15 Italia cultores deni in centena iugera vinearum.

(37.) [1] Et abunde satu cultuque arborum tractato, quo- 216
niam de palmis et cytiso in peregrinis arboribus adfatim dixi-
mus, ne quid desit, indicanda reliqua natura est magno opere 13, 26 et
pertinens ad omnia ea. infestantur namque et arbores morbis 130 sqq.
20 — quid enim genitum caret his malis? — et silvestrium qui-
dem perniciosos negant esse vexarique tantum grandine in
germinatione aut flore, aduri quoque fervore aut flatu frigi-
*dio*re, praepostero die, quamquam suo frigora etiam prosunt,
ut diximus. Quid ergo? non et vites algore intereunt? hoc 217
25 quidem est quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit 10
nisi in frigido. itaque per hiemes caeli rigorem probamus,
non soli. nec infirmissimae arbores gelu periclitantur, sed
maximae, vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam
praestriatus non potuit eo pervenire umor. [2] Arborum qui- 218
30 dam communes morbi, quidam privati generum. Communis
vermiculatio et sideratio ac dolor membrorum, unde par-
tium debilitas, societate nominum quoque cum hominis mi-
seris. trunca dicimus certe corpora et oculos germinum
exustos ac multa simili sorte. itaque laborant et fame et 219
35 cruditate, quae fiunt umoris quantitate, aliquae vero et obesi-

lucata] *d.* interlocata, *r.* 3. senescunt, *E.* 4. *nimis*] *Barb.* minus,
C. 5. creta, *C.* 8. adpraehensas, *D.* adprehensas, *E.* 9. pergulas]
D. per singulas, *E.* quinquatribus] *d.* quinque tribus, *E.* quique
tribus *D.* 11. sint] *D.* si sint, *E.* 14. serendasque, *C.* ut, *C.*
utque, *D.* utquae, *E.* 18. est] *Brot.* sit, *C.* 22. frigidio] *Barb.*
fragiliore, *C.* 23. quamquam] *Sillig.* quam, *C.* 25. soli] *d.*
oli, *r.* 27. gelu] *d.* gulae, *D.* gelis, *E.* 29. praestriatus] *cod.* *Chiff.*
praestriatas, *C.* 31. et] *D*². est, *r.* 32. debilitas] *D.* debita, *E.*

tate, ut omnia quae resinam ferunt nimia pinguitudine in taedam mutantur et, cum radices quoque pinguescere coepere, intereunt ut animalia nimio adipe, aliquando et pestilentia per genera, sicut inter homines nunc servitia nunc plebes urbana
 220 vel rustica. [3] Vermiculantur magis minusve quaedam, omnes 5
 tamen fere, idque aves cavi corticis sono experiuntur. iam quidem et hoc in luxuria esse coepit, praegrandesque roborum delicatiore sunt in cibo — cosses vocant — atque etiam farina
 221 saginati hi quoque altiles fiunt. maxime autem arborum hoc 10
 sentiunt piri, mali, fici, minus quae amarae sunt et odoratae. eorum qui in ficis existunt alii nascuntur ex ipsis, alios parit qui vocatur cerastes, omnes tamen in cerasten figurantur sonumque edunt parvoli stridoris. et sorbus arbor infestatur vermiculis rufis ac pilosis, atque ita emoritur. mespila quoque
 222 in senecta obnoxia ei morbo est. [4] Sideratio tota e caelo 15
 constat. quapropter et grando in his causis intellegi debet et carbunculatio et quod pruinarum iniuria evenit. haec enim verno tepore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. pruinae perniciosior natura, quoniam 20
 lapsa persidit gelatque ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi inmoto aere et sereno. proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, cum insita ac novellae arbores moriuntur, praecipue ficus et vitis. Olea praeter
 223 vermiculationem, quam aequae ac ficus sentit, clavum etiam 25
 patitur, sive fungum placet dici vel patellam. haec est solis exustio. Nocere tradit Cato et muscum rubrum. nocet primumque vitibus atque oleis et nimia fertilitas. Scabies communis omnium est. inpetigo et quae adgnasci solent cocleae, peculiaris ficorum vitia, nec ubique. sunt enim quaedam aegri- 30
 224 tudines et locorum. [5] Verum ut homini nervorum cruciatus sic et arbori, ac duobus aequae modis. aut enim in pedes, hoc est radices, inrumpit vis morbi, aut in articulos, hoc est cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. inarescunt ergo, et sunt apud Graecos sua nomina utrique 35
 225 vitio. undique primo dolor, mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes morsque, non intrante suco aut non

3. aliquando] *D*². quanto, *r*. 6. cani, *E*. 8. delicatiore sunt] delicatiores ut (uti, *E*)*C*. 11. alios] *d*. alius, *r*. 15. ei] in, *E*. ein, *r*. 18. tempore, *C*. 21. persidit] *D*². persidet, *r*. 23. siccitatum] *D*². sittacum. *G*. sit citatum, *r*. 29. adgnasci] *d*. agnoscere, *E*. agnasci, *r*. 31. ut] *E*². at, *r*. 37. morbusque, *E*.

perveniente, maximeque id fici sentiunt. Caprificus omnibus
 immunis est quae adhuc diximus. scabies gignitur roribus
 lentis post vergilias. nam si largiores fuere, perfundunt arbo-
 rem, non scalpunt scabie et grossi cadunt; sive imbres nimii
 5 fuere, alio modo ficus laborat radicibus madidis. [6] Vitibus 226
 praeter vermiculationem et siderationem morbus peculiaris arti-
 culatio tribus de causis: una vi tempestatum germinibus ablatis,
 altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis, tertia cul-
 turae imperitia laesis. Omnis enim earum iniuriae in articulis
 10 sentiuntur. siderationis genus est et his deflorescentibus ro-
 ratio, aut cum acini priusquam crescant decocuntur in callum.
 aegrotant et cum alsere, laesis uredine attonsarum oculis. et
 calore hoc evenit intempestivo, quoniam omnia modo constant
 certoque temperamento. Fiunt et culpa vitia colentium, cum 227
 15 praestringuntur, ut dictum, aut circumfossor iniurioso ictu ver- 209
 beravit, vel etiam subarator imprudens luxavit radices corpusve
 desquamavit. est et quaedam contusio falcis hebetioris. qui-
 bus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut aestus, quo-
 niam in ulcus penetrat iniuria omnis a foris. infirmissima
 20 vero malus, maxime quaequae dulcis est. Quibusdam debilitas 228
 sterilitatem, non necem adfert, ut si quis pino cacumen auferat vel
 palmae. sterilescunt enim, nec moriuntur. Aegrotant aliquando
 et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus
 imbres aut teporis vel adflatus defuere aut contra abundavere.
 25 decidunt enim aut deteriora fiunt. pessimum est inter omnia,
 cum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam
 simul defluit fructus. [7] Sunt ex eadem causa nascentes et 229
 urucae, dirum animal, eroduntque frondem, aliae florem, oliva-
 rum, quoque, ut in Mileto, ac depastam arborem turpi facie
 30 relinquunt. nascitur hoc malum tepore umido et lento. fit
 aliud ex eodem, si sol acrior insecutus inussit ipsum vitium
 ideoque mutavit. Est etiamnum peculiare olivis et vitibus —
 araneum vocant —, cum veluti telae involvunt fructum et ab-
 sumunt. Adurunt et flatus quidam eas maxime, sed et alios 230
 35 fructus. nam vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam

3. largiores] *Dal.* rariores, *C.* perfundunt] perfunduntne. *C.* *Vid.*
Urlichs vind. 330. 4. grossi] *Hard.* erossi, *C.* 7. vi] uti. *C.*

9. enim] *om.* *E.* 10 et] in, *E.* 11. cum] *d.* con, *r.* 14. vitia
 colentium] *Ianus.* vitia colentia, *G.* vitium colentia, *r.* 19 ulcis, *DG.*

20. maxime quaequae] *ego.* maxime quaeque, *D*². maxime quaque,
*D*¹. maximeque quae, *E*¹. maximeque quaeque, *E*². maximeque quaque, *G.*

24. teporis] temporis, *C.* defuere] *D*². defluere, *r.* 30. fit] *D*².
 sit, *r.* 33. 34. absumunt] absumunt et, *D*². adsumunt et, *r.*

annis sentiunt, mala, pira, mespila, punica. in oliva ancipiti
 eventu, quando cub cute nati fructum adimunt, augent, si in
 ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluviae
 quae fiunt post arcturum. eadem si austrinae fuere, generant
 druppis quoque, quae maturescentes tum sunt praecipue cadu- 5
 231 cae. id riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis.
 Sunt et culicum genera aliquis molesta, ut glandibus, fico, qui
 videntur ex umore nasci, tum dulci subdito corticibus. et
 232 aegrotatio quidem fere in his est. [8] Quaedam temporum
 causae aut locorum non proprie dicantur morbi, quoniam pro- 10
 tinus necant, sicut tabes cum invasit arborem aut uredo vel
 flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia atabulus, in
 Euboea Olympias. hic enim si flavit circa brumam, frigore
 exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari possint. hoc
 genere convalles et adposita fluminibus laborant, praecipueque 15
 233 vitis, olea, ficus. quod cum venit, detegitur statim in germi-
 natione, in oliva tardius. sed in omnibus signum est revive-
 scendi, si folia amisere. alioqui quas putes praevaluisse mo-
 riuntur. nonnumquam inarescunt folia eademque revivescunt.
 alia in terris septentrionalibus, ut Ponto, Thracia, frigore aut 20
 gelu laborant, si post brumam continuavere XL diebus. et ibi
 autem et in reliquis partibus, si protinus editis fructibus ge-
 234 latio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat. [9] Quae
 iniuria hominum constant secundum vim habent causas. pix,
 oleum, adeps inimica praecipue novellis. Cortice in orbem 25
 detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuvatur,
 crassescens enim praestringit et strangulat. nec andrachle
 offenditur, si non simul incidatur et corpus. alioqui et cerasus
 et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proxi-
 mum corpori, verum eum qui subnascente alio expellitur. 30
 235 Quarundam natura rimosus cortex, ut platanis. tiliae renasci-
 tur paulo minus quam totus. ergo his quarum cicatricem
 trahit medentur luto fimoque. et aliquando prosunt, si non
 vehementior frigorum aut caloris vis secuta est. quaedam tar-

2. sub cute] *Hard.* subeunti, *C.* 3. fuere] *D*². facere, *r.* eum]
 cum, *C.* 5. droppis. *C.* 7. molesta] *d.* modesta, *r.* 8. dulci]
d. dulcis, *r.* 14. nullus, *DG.* 16. eum, *DG.* 18. si] *D*². *om.*
r. 20. aliae, *dv.* in terris] *Hard.* inter, *C.* Thracia] *Urlichs*
vind. 332. phrygia, *dv.* frygia, *G.* fragia, *r.* 21. et ibi] *codd.* *Gel.* ibi,
*D*². tibi, *r.* 22. 23. gelatio] *d.* velatium, *E.* velatiu, *r.* 24. constant]
*D*². constat, *r.* secundum vim] *ego.* secundum, *DG.* secum, *E*¹.
 secum *E*². 25. orbe, *EG.* 27. andrachle] *Sillig.* adracle, *E.* an-
 dracle, *r.* 33. fimoquae, *D*². fitoquae, *D*¹. fitoque, *G.* fiditoque, *E.*
 34. caloris vis] *D*². caloruus, *E.* caloru iis, *r.*

dius ita moriuntur, ut robora et quercuus. refert et tempus
 anni. abieti enim et pino si quis detraxerit sole taurum vel
 geminos transeunte, cum germinant, statim moriuntur, eandem
 iniuriam hieme passae diutius tolerant. similiter ilex et robur 236
 5 quercusque. si angusta decorticatio fuit, nihil nocet ut supra 234
 dictis, infirmioribus quidem et in solo gracili vel ab una tan-
 tum parte detractus interemit. Similem et decacuminatio ra-
 tionem habet piceae, cedri, cupressi — hae enim detracto
 cacumine aut ignibus adusto intereunt — similem et depastio
 10 animalium. Oleam quidem etiam si lambat capra sterilescere 237
 auctor est Varro, ut diximus. quaedam hac iniuria moriuntur, 8, 204
 aliqua deteriora tantum fiunt, ut amygdalae — ex dulcibus 15, 34
 enim transfigurantur in amaras —, aliqua vero etiam utiliora,
 ut aput Chios pirus quam phocida appellant. nam detruncatio 13, 36
 15 diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque et fissa stirpe, 17, 201
 238
 exceptis vite, malo, fico, punicis, quaedam vel ab ulcere tantum.
 pinus hanc iniuriam spernit et omnia quae resinam gignunt.
 Radicibus amputatis mori minime mirum est. pleraeque tamen
 non omnibus sed maximis aut quae sunt inter illas vitales ab-
 20 scisis moriuntur. [10] Necat invicem inter sese umbra vel 239
 densitate atque alimenti rapina. necat et hedera vinciens. nec
 viscum prodest, et cytiscus necatur eo quod halimon vocant
 Graeci. Quorundam natura non necat quidem, sed laedit
 odorum aut suci mixtura, ut raphanus et laurus vitem. olfa-
 25 ctatrix enim intellegitur et tingui odore mirum in modum, ideo,
 cum iuxta sit, averti et recedere saporemque inimicum fugere.
 hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, rapha- 240
 nus mandatur praecipiens. odit et caulem et olus omne, odit
 et corylum, ni procul absint, tristis atque aegra. nitrum qui-
 30 dem et alumen, marina aqua calida et fabae putamina vel ervi
 ultima venena sunt.

25. (38.) Inter vitia arborum est et prodigiis locus. in- 241
 venimus ficos sub foliis natas, vitem et malum punicam stirpe
 fructum tulisse, non palmite aut ramis, vitem uvas sine foliis,

5. quercusque] *Urlichs vind. 333.* quercus quae, *C.* et quercus.
 Quae, *dv.* nocet ut] *D*². nocetur, *rv.* 6. gracilius, *D*². 8. haec,
EG. 10. capras, *DG.* 11. haec, *DG.* 14. phocida] *d(?)*. phochida,
r. 16. exceptis vite malo] *d.* exrectis vitem alio (ex alio, *E.*)*r.*
 punicis] *D*². punices, *r.* 17. pinus] *Urlichs vind. 334.* ficus, *C.* 19.
 20. abscissis, *DG.* 20. necant, *D.* 22. necatur eo] *Hard.* nec aureo, *C.*
 halimon] *d* alimon, *r.* 24. odorum] *ego.* odorem, *C.* 27. 28: ra-
 phanum, *E.* rhanum, *r.* 33. ficos] *Ianus.* eos, *G.* enim eos, *r.*
 punicam] *d(?)* punicum, *r.* 34. palmitem, *DG.*

oleas quoque amisisse folia bacis haerentibus. sunt miracula
 fortuita. nam et oliva in totum ambusta revixit, et in Boeotia
 242 derosae locustis fici regerminavere. mutantur arbores et colore
 fiuntque ex nigris candidae, non semper prodigio, sed eae
 maxime quae ex semine nascuntur. et populus alba in nigram 5
 transit. quidam et sorbum, si in calidiora loca venerit, steri-
 lescere putant. prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma
 aut dulcia ex acerbis, e caprifico fici aut contra, gravi ostento,
 cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida
 uva et fico in nigras, aut ut Laodiciae Xerxis adventu platano 10
 243 in oleam mutata. qualibus ostentis Aristandri apud Graecos
 volumen scatet, ne *in* infinitum abeamus, apud nos vero C.
 Epidi commentarii, in quibus arbores locutae quoque repe-
 riuntur. Subsedit in Cumano arbor gravi ostento paulo ante
 Pompei Magni bella civilia paucis ramis eminentibus. inven- 15
 tum Sibyllinis libris internicionem hominum fore, tantoque
 maiorem quanto propius ab urbe *hostia litatum* esset.
 244 Sunt prodigia et cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus
 statuarum vel aris, et cum in arboribus ipsis alienae. ficus in
 lauro nata est Cyzici ante obsidionem. simili modo Trallibus 20
 palma in basi Caesaris dictatoris circa bella civilia eius. nec
 non et Romae in Capitolio in ara Iovis bello Persei enata palma
 victoriam triumphosque portendit. hac tempestatibus prostrata
 eodem loco ficus enata est M. Messalae C. Cassii censorum
 lustro, a quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor 25
 245 prodidit. Super omnia quae umquam audita sunt erit prodi-
 gium in nostro aevo Neronis principis ruina factum in agro
 Marrucino, Vetti Marcelli e primis equestris ordinis oliveto uni-
 verso viam publicam transgresso arvisque inde e contrario in
 locum oliveti profectis. 30
 246 26. (39.) Nunc expositis arborum morbis consentaneum
 est dicere et remedia. Ex his quaedam sunt communia om-
 nium, quaedam propria quarundam. communia ablaqueatio,
 adcumulatio, adflari radices aut cooperiri rigua dato potu vel
 ablato, fimum suco reffectis, putatio levatis onere, item suco 35

2. et in] *E.* etiam in, *D*². etiai, *r.* 3. fici] *D*². ficusi, *G.* ficisi, *r.*
 colores, *DG.* 4. prodigio sed eae] *d.* prodigosae eae (deae *D*¹*G.*
 de ea, *D*²)*r.* 7. acerba] *d*(?). acerva *r.* 10. laodiciae] *D*². leoditiae,
E. laudatiae, *r.* 11. mutata] *d*(?). mutatam, *r.* 12. in] *om.* *C.* 12. 13.
C. Epidi] lepidi, *D*². cepidi, *r.* 13. commentarii] *d.* commentariis, *D.*
 comentariis, *r.* 17. propius] *d.* proprius, *r.* hostia litatum] *ego.*
 postea facta, *C.* 21. palmae, *D.* palme, *G.* 22. ara iovis] *D*². ca-
 pita bis, *r.* 25. subversa] *E.* subversum, *r.* 28. vecti, *E.* 34. rigua]

emisso quaedam veluti detractio sanguinis, circumrasio corticis, vitium extenuatio et domitura palmitum, gemmarum, si frigus retorridas hirtasque fecerit, repunicatio et quaedam politura. Arborum his aliae magis aliae minus gaudent, veluti cupressus 247

5 et aquam aspernatur et fimum et circumfossuram amputationemque et omnia remedia odit, quin etiam necatur riguis, vitis et punicae praecipue aluntur. ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum vero eius marcescit. amygdalae si colantur fossione, florem amittunt. nec insitas circumfodere oportet priusquam validae 248
10 ferre coeperint poma. plurimae autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues et capillum. reciduntur veteres totae ac rursus a stolone aliquo resurgunt, sed non omnes, nec nisi quarum naturam pati diximus. 16, 123, 130, 173, 241

(40.) Rigua aestivis vaporibus utilia, hieme inimica, autumno 249
15 varie et e natura soli, quippe cum vindemiator Hispaniarum stagnante solo uvas demetat. cetero maiore in parte orbis etiam pluvias autumi aquas derivare convenit. circa canis ortum rigua maxime prosunt ac ne tum quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. et aetas modum temperat,
20 novellae enim minus sitiunt. desiderant autem maxime rigari quae adsuevere, contra siccis locis genita non expetunt umorem nisi necessarium.

(41.) Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonense 250
Italiae agro, pago Fabiano, ubi et arva rigant. mirumque, herbae aqua illa necantur, fruges aluntur et riguus pro sarculo
25 est. in eodem agro bruma, tanto magis si nives iaceant getetve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne solis, eodem aestate vix tolerandi rigoris.

30 27. (42.) Carbunculi ac robiginum remedia demonstrabimus volumine proximo. interim est et scariphatio quaedam 251
in remedis, cum macie corticis ex aegritudine adstringente se 18. 279
iustoque plus vitalia arborum conprimente exacutam falcis aciem 335.
utraque manu inprimentes perpetuis incisuris deducunt ac veluti

riguas *C.* 2. domitura palmitum gemmarum] *d.* dominatura palmitum gemmarum, *E.* dominarum, *r.* 5. aquam] *E.* aquas, *D*¹. aqua, *r.* 8. marcescit] *Hard.* marcescet, *C.* 12. ac] *d.* om. *r.* 15. variae, *DG.* varia, *E.* vindemitor, *DG.* 16. ceterum *E.* 17. derivare] *D*². eriavere, *E.* eriaevare, *r.* 25. riguus] frigus, *D*². 26. si nives iaceant] *D*². sinuessa taceant (tacent, *E*¹)*r.* 28. voce, *E.* vocem, *r.* eodem aestate] *Ianus.* ede maiestate, *C.* 30. carbunculi] *d.* carbunculum, *r.* 30. 31. demonstravimus, *D*¹*EG.* 31. chariphacio, *E.* scariphacio, *r.* 32. macie] *d.* acie, *r.* 33. exacutam] *Urlichs vind.* 335. exactam *C.* 34. utramque, *D*¹*EG.*

cutem laxant. salutare id fuisse argumento sunt dilatatae cicatrices et internato corpore expletae.

252 (43.) Magnaque ex parte similis hominum medicina et arborum est, quando earum quoque terebrantur ossa. amygdalae ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite et ab ima 5 parte circumforato defluens pituita abstergeatur. et ulmis detrahitur sucus inutilis, supra terram foratis usque ad medullam 253 in senecta, aut cum alimento nimio abundare sentiuntur. idem et ficorum turgido cortice incisuris in oblicum levibus emittitur. ita fit ne decidant fructus. pomiferis quae germinant nec 10 ferunt fructum fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt, hoc idem in amygdalis e robore cuneo adacto, in piris sorbisque e 254 taeda ac cinere et terra cooperto. Etiam radices circumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque et circumcisis cinerem addidisse. Fici serotinae fiunt, si primae grossi, cum fabae magni- 15 tudinem excessere, detrahantur. subnascuntur enim quae serius maturescunt. eaedem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertilioresque fiunt, nam caprificatio maturat.

255 (44.) In ea culices nasci e grossis manifestum, quoniam, 20 cum evolavere, non inveniuntur intus grana, quae in eos versa apparet. exeundi tanta est aviditas ut plerique aut pede relicto aut pinnae parte erumpant. Est et aliud genus culicum quos vocant centrinas, fucis apium similes ignavia malitiaque cum pernicie verorum et utilium. interemunt enim illos atque 25 ipsi commoriuntur. vexant et tineae semina ficorum, contra quas remedium in eadem scrobe defodere taleam lentisci inversa parte quae fuerit a cacumine. uberrimas autem ficus rubrica amurea diluta et cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit. caprificorum laudantur maxime nigrae et in petrosis, 30 quoniam frumenta plurima habeant, caprificatio ipsa post imbrem.

257 (45.) In primis autem cavendum ne ex remediis vitia fiant, quod evenit nimia aut intempestiva medicina. interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. vitis tantum tonsuram annuam quaerit, alternam vero 35 myrtus, punicae, oleae, quia celeriter frutescunt. ceterae rarius tondentur, nulla autumno. ac ne radantur quidem nisi

2. expletae] *d.* expleto, *r.* 8. senectam, *C.* 13. et] *d.* e, *r.*
 15. primae] *d.* primae ae, *D*¹. prima ae, *r.* 17. eaedem] *d.* eadem, *r.*
 cum] *om.* *C.* 26. commoriuntur] *codd.* *Chiff.* moriuntur, *C.*
 27. quas] *d.* quos, *r.* taleam] *Pint.* italianam, *C.* 28. lubrica]
EG. 29. 30. recipientium, *d.* cipientium, *r.* 37. radantur] *D*². radian-
 tur, *r.*

vere. putatio ne plaga sit; vitalia sunt omnia quaecumque non supervacua.

(46.) Similis fimi ratio. gaudent eo, sed cavendum ne 258
in fervore solis admoveatur, ne in maturum, ne validius quam
5 opus sit. urit vineas suillum nisi quinquennio interposito,
praeterquam si riguis diluatur, et e coriariorum sordibus nisi
admixta aqua, item largius. iustum existimant in denos pedes
quadratos tres modios. id quidem soli natura decernet.

(47.) Columbino ac suillo plagis quoque arborum me- 259
10 dentur. si mala punica acida nascantur, ablaqueatis radicibus
fimum suillum addi iubent. eo anno vinolenta, proximo dulcia
futura. alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater
anno, singulis amphoris, aut cacumina spargi vino lasare di-
luto, si findantur in arbore, pediculum intorqueri, ficis utique
15 amurcam adfundi, ceteris arboribus aegris faecem vini, aut
lupinum circum radices earum seri. Aqua quoque lupini decocti 260
circumfusa pomis prodest. fici, cum Volcanalibus tonuit, cadunt.
remedium est ut ante stipula hordeacea areae stringantur.
Cerasos praecoces facit cogitque maturescere calx admota ra-
20 dicibus. et haec autem omnia poma intervelli melius est ut
quae relicta sint grandescant.

28. Quaedam poena emendantur aut morsu excitantur, 261
ut palmae ac lentisci. salsis enim aquis aluntur. salis vim et
cineres, sed leniorem habent, ideo ficis adsperguntur rutaequae,
25 ne fiant vermiosae neve radices putrescant. quin et vitium
radicibus aquam salsam iubent adfundi, si sint lacrimosae, si
vero fructus earum decidant, cinerem aceto conspergi ipsasque
inlini aut sandaraca, si putrescat uva, si vero fertiles non sint,
aceto acri subacto cinere rigari atque oblini; quod si fructum 262
30 non maturent prius inarescentem, praecisarum ad radices
plagam fibrasque aceto acri et urina vetusta madefacere atque
eo luto obruere, saepe fodere. olearum, si parum promisere
fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt eaque casti-
gatione proficiunt. omnia haec annua caeli ratione constant
35 et aliquando serius poscuntur, aliquando celerius. Nec non
ignis aliquis prodest, ut harundini. ambusta namque densior
mitiorque surgit. Cato et medicamenta quaedam conponit,

1. putatio ne plaga sit] *ego. putatione plaga ad, C.* 3. fimi ratio]
eodd. Gel. firmatio, C. 7. largios, *C.* 11. addi iubend, *D². adiubend,*
D¹. adiubent, G. adiuvent, E². advenit, E¹. 15. vini] *d. vinea, E. vine,*
r. 19. calix, *D¹E¹. ca. LX. G.* 23. ut] *d. et, r.* salsis] *salis, C.*
24. cinis, *DG.* rutaequae] *Dal. rutaque, C.* 25. ne] *d. nec, r.*
28. sint] *Urlichs vind. 336. sunt, C.* 30. ab, *DG.* 36. aliquid] *E.*

mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices
 amphoram, ad minorum urnam, amurcae et aquae portione
 aequa, ablaqueatis prius radicibus paulatim adfundi iubens, in
 olea hoc amplius, stramentis ante circumpositis, item fico, huius
 praecipue vere terram adaggerari radicibus, ita futurum ut non 5
 264 decidant grossi maiorque fecunditas nec scabra proveniat. simili
 modo, ne convolvulus fiat in vinea, amurcae congios duos
 decoci in crassitudinem mellis, rursusque cum bituminis tertia
 parte et sulphuris quarta sub diu coqui, quoniam exardescat sub
 tecto. hoc vites circa capita ac sub bracchis ungui; ita non 10
 fore convolvolum. quidam contenti sunt fumo huius mixturae
 265 suffire vineas secundo flatu continuo triduo. Plerique non
 minus auxilii et alimenti arbitrantur in urina quam Cato in
 amurca, addita modo pari aquae portione, quoniam per se
 noceat. aliqui volucre appellant animal praerodens pubescen- 15
 tes uvas. quod ne accidat, falces, cum sint exacutae, fibrina
 pelle detergent atque ita putant, aut sanguine ursino linunt
 post putationem easdem. Sunt arborum pestes et formicae.
 266 has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus, nec
 non et pisce suspenso iuxta in unum locum congregant aut 20
 lupino trito cum oleo radices linunt. multi et has et talpas
 amurca necant, contraque urucas, et mala ne putrescant, lacerti
 viridis felle tangi cacumina iubent, privatim autem contra
 urucas ambiri arbores singulas a muliere initiante mensis, nudis
 267 pedibus, recincta. item ne quod animal pastu malefico decerpat 25
 frondem, fimo boum diluto spargi folia, quotiens imber inter-
 veniat, quoniam oblinatur ita virus medicaminis, mira quaedam
 excogitante sollertia humana, quippe cum averti grandines car-
 mine credant plerique, cuius verba inserere non equidem serio
 ausim, quamquam a Catone proditis contra luxata membra 30
 iungenda harundinum fissurae. idem arbores religiosas lucos-
 que succidi permisit, sacrificio prius facto, cuius rationem pre-
 cationemque eodem volumine tradidit.

2. portionem, *E*¹. 3. aqua, *DG*. 5. vetere, *E*. 8. mollis,
*D*¹*EG*. cum bituminis tertia] *d.* cubitum in his tertia, *D*². cubitu (cu-
 bitum, *E*.) ministeria, *r*. 9. coqui] qui, *C*. 15. alii, *E*. volu-
 cre] *d.* voluere, *r*. 17. ursina, *D*¹*EG*. li///nunt, *D*. linolunt, *G*.
 lini volunt, *E*. 19. caudibus, *EG*. 21. has et] *d.* om. *E*. has e, *r*.
 22. uricas, *DG*. ne] om. *C*. 24. initiante] *Barthius ad. Stat.*
Theb. 6, 217. incitate, *D*². incitati, *r*. 26. diluto] *d.* dilutos, *r*.
 27. oblinatur] *ego.* obluator, *C*. 28. humana] inmanat, *E*. immanat,
D. imanat, *G*. 30. membra] menbret, *D*¹. membra et, *D*². menbreu, *E*.
 menbret, *G*. 31. iungenda] *Ianus.* iungendae, *D*. iunguendae, *r*.
 32. 33. precationemque] *Hard.* rotationemque, *E*. recationemque, *r*.

C. PLINII SECUNDI

N A T U R A L I S H I S T O R I A E

LIBER XVIII.

Cap. 1. (Sect. 1.) Sequitur natura frugum hortorumque 1
 5 ac florum quaeque alia praeter arbores aut frutices benigna
 tellure proveniunt, vel per se tantum herbarum immensa con-
 templatione, si quis aestimet varietatem, numerum, flores, odo-
 res coloresque et sucos ac vires earum quas salutis aut volupta-
 tis hominum gratia gignit. qua in parte primum omnium
 10 patrocinari terrae et adesse cunctorum parenti iuvat, quamquam
 inter initia operis defensae. quoniam tamen ipsa materia ac- 2
 cedit interius ad reputationem eiusdem parientis et noxia, nostris 2, 154
 eam criminibus urguemus nostramque culpam illi inputamus. 88
 genuit venena. set quis invenit illa praeter hominem? cavere 96
 15 ac refugere alitibus ferisque satis est. atque cum arbore ex- 3
 acuunt limentque cornua elephanti et uri, saxo rhinocerotes,
 utroque apri dentium sicas, sciantque ad nocendum praeparare
 se animalia, quod tamen eorum excepto homine tela sua
 venenis tinguit? nos et sagittas unguimus ac ferro ipsi nocen- 3
 20 tius aliquid damus, nos et flumina inficimus et rerum naturae
 elementa, ipsumque quo vivitur in perniciem vertimus. neque
 est ut putemus ignorari ea ab animalibus; quae praeparent
 enim contra serpentium dimicationes, quae post proelium ad
 medendum excogitarint, indicavimus. nec ab ullo praeter ho- 8, 88
 25 minem veneno pugnatur alieno. fateamur ergo culpam ne iis 96
 quidem quae nascuntur contenti; etenim quanto plura eorum 3
 genera humana manu fiunt! quid? non et hominis quidem
 vi venena nascuntur? atra ceu serpentium lingua vibrat tabes-
 que animi contracta adurit culpantium omnia ac dirarum alitum 4

8. ac] *E* aut, *r*. 9. qua in] *D*². quam, *r*. 12. interius] *ego*.
 intus, *C*. 13. urguemus] *G*. urguetur, *E*¹. urguemur, *r*. 14. set] et,
E. hominum, *DFG*. 15. 16. exacuunt] *D*². exagant, *F*. exaquant, *r*.
 limentque] *d*. timenque, *D*². limenque, *r*. uri saxo] *E*. uri ac,
*D*². humore saxo, *r*. 17. utraque, *C*. apri] *D*². apru, *r*. sicca,
E. siccas, *r*. 18. tela] *E*. e tela, *r*. 19. tinguit] *D*². tingui, *E*.
 tinguis, *r*. 20. flumina] *D*². filomina, *r*. 21. ipsumque] ipsum quo-
 que, *E*. in] ipse in, *D*². in se, *E*. ipse, *r*. 23. enim] *ego*. e, *D*¹.
om. *r*. 24. excogitarint] *ego*. excogitarent, *C*. 25. pugnatur, *E*.
 pugnamtur, *FG*. culpam] *d*. culpa, *r*. 26. quanto] *Huetius*. quando,
C. 27. quid? non] quin. *E*. 28. vi] *ego in Jahns Jahrb.* 95, 73.
 ut, *C*.

modo tenebris quoque suis et ipsarum noctium quieti inviden-
tium gemitu, quae sola vox eorum est, ut inauspicatarum ani-
mantium vice obvii quoque vetent agere aut prodesse vitae.
5 nec ullum aliud abominati spiritus praemium novere quam
odisse omnia. verum et in hoc eadem naturae maiestas quanto 5
plures bonos genuit ut fruges! quanto fertilior in his quae
iuvent alantque! quorum aestimatione et gaudio nos quoque
relictis exustioni suae istis hominum rubis pergemus excolere
vitam, eoque constantius quo operae nobis maior quam famae
gratia expetitur. quippe sermo circa rura est agrestisque 10
usus, sed quibus vita constet honosque apud priscos maximus
fuerit.

6 2. (2.) Arvorum sacerdotes Romulus in primis instituit
seque duodecimum fratrem appellavit inter illos Acca Larentia
nutrice sua genitos, spicea corona quae vitta alba colligaretur 15
sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quae prima apud
Romanos fuit corona. honosque is non nisi vita finitur et
7 exules etiam captosque comitatur. Bina tunc iugera p. R.
satis erant, nullique maiorem modum adtribuit, quo servorum
paulo ante principis Neronis contento huius spatii viridiariis? 20
piscinas iuvat maiores habere, gratumque, si non aliquem cu-
linas. Numa instituit deos fruge colere et mola salsa suppli-
care atque, ut auctor est Hemina, far torrere, quoniam tostum
cibo salubrius esset, id uno modo consecutus, statuendo non
8 esse purum ad rem divinam nisi tostum. is et Fornacalia in- 25
stituit farris torrendi ferias et aequae religiosas Terminis agrorum.
hos enim deos tum maxime noverant, Seiamque a serendo,
Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo
videmus, — tertiam ex his nominare sub tecto religio est —,
ac ne degustabant quidem novas fruges aut vina antequam 30
sacerdotes primitias libassent.

9 3. (3.) Iugerum vocabatur quod uno iugo boum in die
exarari posset, actus in quo boves agerentur cum aratro uno

1. suis] *D*². vis, *r*. 2. quae] *D*². quoque, *E*. que, *r*. 3. obvii] obuti, *D*². 7. iuvant, *E*. alantque] *D*². alutque, *G*. aluntque, *r*.
8. exustioni] *cod. Tol.* exustionis, *C*. urbis, *EG*. 9. quo] quoniam, *D*. qm̄, *F*. 10. gratia] *E*¹. gretia, *E*². graecia, *DG*. precia, *F*¹. grecia, *F*². 11. constet] *cod. Tol.* et, *E*. tet, *r*. 14. sauentia, *G*. saventia, *r*. 15. genitos] *d.* genitus, *r*. 17. finitus, *E*. 20. spatio, *E*. patii, *r*. 23. hemina] *d.* emina, *D*². eamina, *E*. aemina, *r*. 24. salubrius esset] *d.* salubribus esse, *D*²*E*. sarlubribus esse, *r*. consecutus] *Ianus.* consecutum, *C*. 25. Fornacalia] *Merula.* fortunacalla, *C*. 29. tertiam] *d.* tertia, *r*. 31. libassent] *d.* livassent, *D*². iuvasent, *r*.

impetu iusto. hic erat CXX pedum, duplicatusque in longitu-
 dinem iugerum faciebat. dona amplissima imperatorum ac
 fortium civium quantum quis uno die plurimum circumaravis-
 set, item quartari farris aut heminae, conferente populo.
 5 Cognomina etiam prima inde: Pilumni qui pilum pistrinis in- 10
 venerat, Pisonis a pisendo, iam Fabiorum, Lentulorum, Cicero-
 num, ut quisque aliquod optime genus sereret. Iuniorum fa-
 miliam Bubulcum nominarunt quia bubus optime utebatur.
 10 quin et in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat,
 novaeque nuptae farreum praeferabant. Agrum male colere 11
 censorium probrum iudicabatur, atque, ut refert Cato, cum
 virum laudantes bonum agricolam bonumque colonum dixissent,
 amplissime laudasse existimabantur. hinc et locupletes dicebant
 loci, hoc est agri, plenos. pecunia ipsa a pecore appellabatur
 15 et etiam nunc in tabulis censoris pascua dicuntur omnia ex
 quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal
 fuerat. multatio quoque non nisi ovium boumque inpendio
 dicebatur, nec omittenda priscarum legum benivolentia. cau-
 tum quippe est ne quis bovem prius quam ovem nominaret
 20 qui indiceret multam. Ludos boum causa celebrantes Bubetios 12
 vocabant. Servius rex ovium boumque effigie primum aes
 signavit. Frugem quidem aratro quaesitam furtim noctu pa-
 visse ac secuisse puberi XII tabulis capital erat, suspensum-
 que Cereri necari iuebant gravius quam in homicidio convi-
 25 ctum, inpubem praetoris arbitrato verberari noxiamve duplio-
 nemve decerni. Iam distinctio honosque civitatis ipsius non 13
 aliunde erat. rusticae tribus laudatissimae eorum qui rura
 haberent, urbanae vero, in quas transferri ignominia esset,
 desidiae probro. itaque quattuor solae erant a partibus urbis
 30 in quibus habitabant, Suburana, Palatina, Collina, Esquilina.
 nundinis urbem revisitabant et ideo comitia nundinis habere
 non licebat, ne plebes rustica avocaretur. Quies somnusque 14
 in stramentis erat. gloriam denique ipsam a farris honore
 adoriam appellabant. equidem ipsa etiam verba priscae signi-
 35 ficationis admiror. ita enim est in commentariis pontificum:

4. quartarius] *F*². 6. pisendo] *D*²*F*². piscendo, *r*. Lentulorum]
Barb. lentinorum, *C*. 7. 8. familiam] *F*. familia, *r*. 8. quia] *F*². qui, *r*.
 9. confarreationis] *Dal.* conferretationis, *C*. 12. laudantes bonum
 agricolam] *D*². *om.* *r*. 15. et] *F*². *om.* *r*. 18. nec] *F*². nunc, *r*.
 19. quis] *F*². *om.* *r*. 21. aes] *D*² *in ras.* *E.* ares, *F.* araes, *G*.
 23. puberi] *F*². pubere, *D*². puveri, *r*. 28. urbanae] *F*². vanae, *E.* bene,
G. banae, *r*. 30. quibus] *F*². quas, *r*. 34. ipsa] *om.* *EG.* etiam]
om. *DF*¹.

Augurio canario agendo dies constituentur priusquam frumenta vaginis exeant nec antequam in vaginas perveniant.

15 (4.) Ergo his moribus non modo sufficiebant fruges nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonae vilitas 5 incredibilis erat. Manius Marcius aedilis plebis primum frumentum populo in modios assibus datavit. L. Minucius Augurinus, qui Spurium Maelium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit undecimus plebei tribunus, qua de causa statua ei extra portam trigeminam a populo stipe 10 conlata statuta est. T. Seius in aedilitate assibus populo frumentum praestitit, quam ob causam et ei statuae in Capitolio ac Palatio dicatae sunt, ipse supremo die populi umeris portatus in rogum est. quo verum anno Mater deum advecta Romam est, maiorem ea aestate messem quam antecedentibus 15 annis decem factam esse tradunt. M. Varro auctor est, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse, item vini congios ficique siccae pondo XXX, olei pondo X, carnis pondo XII. nec e latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos, quippe etiam lege Sto- 20 lonis Licini incluso modo quingentorum iugerum et ipso sua lege damnato, cum substituta fili persona amplius possideret. Luxuriantis iam rei p. fuit ista mensura. Mani quidem Curi post triumphos inmensumque terrarum adiectum imperio nota dictio est perniciosum intellegi civem cui septem iugera non 25 essent satis. haec autem mensura plebei post exactos reges adsignata est. Quanam ergo tantae ubertatis causa erat? ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore, sive illi eadem cura semina tractabant qua bella, eademque 30 diligentia arva disponebant qua castra, sive honestis manibus omnia laetius proveniunt, quoniam et curiosius fiunt. Serentem invenerunt dati honores Serranum, unde ei et cognomen. aranti quattuor sua iugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam et quidem, ut 35

2. nec] *Urlichs chrest.* 224. et, *C.* 4. nulli. *C.* 6. plebis] *d.* plebilis, *r.* 7. modios assibus] medio (medios, *D*².) assibus (passibus, *FG*)*C.* 8. aelium, *C.* 10. quae, *DFG.* trigemina, *DFG.* 11. T. Seius] *Sillig.* T. Sesius, *d.* Treius, *E.* T. reius, *r.* 15. romam] *d.* roma, *r.* ea aestate messem] *codd.* *Turnebi.* eam aestate esse (messem, *d*)*C.* 18. pondo] ponto, *d.* post, *r.* *Sic ter deinceps.* 20. lege] *d.* legis, *r.* 21. ipso] *D.* ipse, *r.* 25. dictio] *F*². coccio, *G.* contio, *Ev.* coctio, *r.* 33. ei et] *F*². om. *r.* 35. cincinnato] *d.* cincinatori, *E* cincinator, *r.*

traditur, nudo, plenusque nuntius morarum, vela corpus, inquit,
 ut perferam senatus populique Romani mandata. Tales tum 21
 etiam viatores erant, quod ipsum nomen inditum est subinde
 ex agris senatum ducesque arcessentibus. at nunc eadem illa
 5 vincti pedes, damnatae manus inscriptique vultus exercent,
 non tam surda tellure quae parens appellatur colique dicitur,
 ut onere ab his sumpto non invita ea et indignante credatur
 id fieri. sed nos miramur ergastulorum non eadem emolu-
 menta esse quae fuerint imperatorum!

(5.) Igitur de cultura agri praecipere principale fuit etiam 22
 apud exteros, siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor
 Attalus, Archelaus, et duces, Xenophon et Poenus etiam Mago,
 cui quidem tantum honorem senatus noster habuit Carthagine
 capta ut, cum regulis Africae bibliothecas donaret, unius eius
 15 duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam trans-
 ferenda, cum iam M. Cato praecepta condidisset, peritisque 23
 Punicae dandum negotium, in quo praecessit omnis vir claris-
 simae familiae D. Silanus. sapientiae vero auctores et car-
 minibus excellentes quique alii illustres viri composuissent quos
 20 sequemur praetexuimus hoc in volumine, non in grege nomi-
 nando M. Varrone qui LXXXI vitae annum agens de ea re
 prodendum putavit.

4. Apud Romanos multo serior vitium cultura esse coepit, 24
 primoque, ut necesse erat, arva tantum coluere, quorum a
 25 nobis nunc ratio tractabitur non vulgari modo verum, ut adhuc
 fecimus, et vetustis et postea inventis omni cura perquisitis
 causaque rerum et ratione simul eruta. dicemus et sidera 207sqq.
 siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata, quan-
 doquidem qui adhuc diligentius ea tractavere quibusvis potius
 30 quam agricolis scripsisse possunt videri. (6.) ac primum omnium 25
 oraculis maiore e parte agemus, quae non in alio vitae genere
 plura certiorave sunt. cur enim non videantur oracula a cer-
 tissimo die maximeque veridico usu profecta?

5. Principium autem a Catone sumemus: Fortissimi 26
 35 viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur

1. nudo] nodo, *D¹F¹*. manus nodo, *E(?)*. plenosque, *DEF¹*.
 nuntius] *F²*. nunti, *r*. morarum] *F²*. amorum, *E*. ac morum, *r*.
 4. ex] et ex *E*. 7. ut] *F²*. ut ipsa (ipse. *G*)*r*. onere] *F²*. honere, *r*.
 ab] *F²*. *om. r*. sumpto non] *F²*. absumpto ut non, *r*. invite,
EF. indignante credatur] *F²*. indigna creantur, *r*. 10. iugitur, *G*.
 iugiter, *F¹*. 15. 16. transferendo, *C*. 18. auctores — 19. viri] *D²*. *om.*
r. 20. sequimur, *F*. sequentur, *E*. sequimur, *D¹*. 24. coluere] *F²*.
 colere, *F¹*. colore, *r*. 26. perquisitis] *D²*. perquisitio, *r*. 27. dicimus
C. 29. qui] *E*. *om. r*. 31. e] a, *E¹*. *om. D²*.

minimeque male cogitantes. Praedium ne cupide
emas. in re rustica operae ne parcas, in agro
emendo minime. quod male emptum est semper
paenitet. agrum paraturos ante omnia intueri oportet
aquam, viam, vicinum. Singula magnas interpreta- 5
27 tiones habent nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius
aestimari iubet, quo pacto niteant. in bona enim, inquit,
regione bene nitent. Atilius Regulus ille Punico bello bis
consul aiebat neque fecundissimis locis insalubrem agrum pa-
randum, neque effetus saluberrimum. Salubritas loci non sem- 10
per incolarum colore detegitur, quoniam adsueti etiam in
pestilentibus durant. praeterea sunt quaedam partibus anni
salubria, nihil autem salutare est nisi quod toto anno salubre
28 est. Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter
17, 36 prima spectari iubet ut solum sua virtute valeat qua dictum 15
est positione, ut operariorum copia prope sit oppidumque vali-
dum, ut navigiorum evectus vel itinerum, ut bene aedificatus
et cultus, in quo falli plerosque video. segnitiem enim prioris
domini pro emptore esse arbitrantur. nihil est damnosius
deserto agro. itaque Cato, de bono domino melius emi, nec 20
temere contemnendam alienam disciplinam, agroque ut homini,
quamvis quaestuosus sit, si tamen et sumptuosus, non multum
29 superesse. ille in agro quaestuosissimam iudicat vitem — non
frustra, quoniam ante omnia de inpensae ratione cavit —
proxime hortos irriguos — nec id falso, si sub oppido sint — 25
et prata antiqui parata dixere, idemque Cato interrogatus, quis
esset certissimus quaestus, respondit: si bene pascas, qui
30 proximus? si sat bene. Summa omnium in hoc spectando
fuit ut fructus is maxime probaretur qui quam minimo impendio
constaturus esset. hoc ex locorum occasione aliter alibi decer- 30
nitur, eodemque pertinet quod agricolam Cato vendacem esse
31 oportere dixit, fundum in adulescentia conserendum sine cun-
ctatione, aedificandum non nisi consito agro, tunc quoque
cunctanter, optimumque est, ut volgo dixere, aliena insania

5. aquarum, *F*². viam] viam aut. *D*². vim aut, *r*. viciniam,
*F*². 7. niteant] iubeant, *C*. 8. regione] *d*. religione, *r*. nitent]
cod. Tol. nitentq., *G*. nitenti, *r*. 14. est malus] *F*². malus, *r*.
15. valeat] *D*². *om.* *G*. aleat, *r*. 17. ut bene] *D*². vi(tum, *E*) bene, *r*. 18.
segnitiem] *G*. segnitio, *r*. 19. arbitratur, *C*. damnosius] *D*². damno
eius, *r*. 20. desertus, *C*. ager, *E*. agrum, *F*². 25. irriguos] *F*².
riguos, *r*. 28. si sat] *Sillig.* sit. at, *C*. 29. minimo] *F*². minime,
r. 31. cato] *F*². *om.* *r*. 32. 33. sine cunctatione edificandum, *D*². *om.*
r. 33. consito] *D*². consitio, *r*.

frui, sed ita ut villarum tutela non sit oneri, eum tamen qui bene habitet saepius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodesse quam occipitium non mentiuntur.

6. (7.) [1] Modus hic probatur ut neque fundus villam 32
 5 quaerat neque villa fundum, non, ut fecerunt iuxta diversis
 eadem aetate exemplis L. Lucullus et Q. Scaevola, cum villa
 Scaevolae fructus non caperet, villam Luculli ager, quo in ge-
 nere censoria castigatio erat minus arare quam verrere. nec
 hoc sine arte quadam est. novissimus villam in Misinensi
 10 posuit C. Marius VII cos. sed peritia castra metandi, sic ut
 comparatos ei ceteros etiam Sulla Felix caecos fuisse diceret.
 [2] convenit neque iuxta paludes ponendam esse neque adverso 33
 amne, quamquam Homerus omnino e flumine semper antelu-
 canas auras insalubres verissime tradidit. spectare in aestuosis
 15 locis septentriones debet, meridiem in frigidis, in temperatis
 exortum aequinoctialem. Agri ipsius bonitas quibus argumentis 34
 iudicanda sit, quamquam de terrae genere optimo disserentes
 abunde dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas 17, 25
 subsignabimus Catonis maxime verbis: ebulum vel prunus
 20 silvestris vel rubus, bulbus minutus, trifolium,
 herba pratensis, quercus, silvestris pirus malus-
 que frumentarii soli notae, item nigra terra et
 cinerei coloris. omnis creta coquet, nisi permacra,
 sabulumque, nisi id etiam pertenuis est, et multo
 25 campestribus magis quam clivosis respondent ea-
 dem. [3] Modum agri in primis servandum antiqui putavere, 35
 quippe ita censebant, satius esse minus serere et melius arare,
 qua in sententia et Vergilium fuisse video. verumque con-
 fitentibus latifundia perdidere Italiam, iam vero et provincias.
 30 sex domini semissem Africae possidebant, cum interfecit eos
 Nero princeps, non fraudando magnitudine hac quoque sua
 Cn. Pompeio qui numquam agrum mercatus est conterminum.
 Agro empto domum vendendam inclementer atque non ex uti-
 litate publici status Mago censuit hoc exordio praecepta pan-

5. fecerit, C. diversis] *om.* G. diversum, r. 6. et Q.] *equae*
E. et quae, *F.* et que, r. 7. caperet] *codd.* Turnebi. caret, C.
 9. misinensi, C. 10. metanti. *E.* 11. comparatos ei ceteros, *codd.*
Gel. comparatus et ceterus (ceteri, *E*)C. diceret] *codd.* *Gel.* dicere, C.
 13. e] *om.* C. 15. in temperatis] *F*². temperatis, r. 21. 22. ma-
 lusque] *E.* malus, r. 22. frumentarii soli notae] frumentis habilis lino-
 que, *F*². 24. sabulumque] *F*². sabulum, r. 29. latifundia] *D.* lati-
 fundium, *E.* latifundi iam, *F*². latifundiam, r. 31. fraudandus, *F*².
 32. pompeius, *F*².

dere ingressus, ut tamen appareat adsiduitatem desideratam ab
 36 eo. [4] Dehinc peritia vilicorum in cura habenda est, multa-
 que de his Cato praecepit. nobis satis sit dixisse quam pro-
 ximum domino cordi esse debere et tamen sibimet ipsi non
 videri. coli rura ab ergastulis pessimum est et quidquid agitur 5
 a desperantibus. temerarium videatur unam vocem antiquorum
 posuisse, et fortassis incredibile penitus aestimetur: nihil mi-
 37 nus expedire quam agrum optime colere. L. Tarius
 Rufus infima natalium humilitate consulatum militari industria
 meritis, antiquae alias parsimoniae, circiter [M] HS. liberalitate 10
 divi Augusti congestum usque ad detractationem heredis exhaustit
 agros in Piceno coemendo colendoque in gloriam. internicio-
 nem ergo famemque censemus? immo, Hercules, modum iu-
 38 dicem rerum omnium utilissimum. bene colere necessarium
 est, optime damnosum. praeterquam subole, suo colono aut 15
 pascendis alioqui colente domino aliquas messes colligere non
 expedit, si computetur inpendium operae, nec temere olivam,
 nec quasdam terras diligenter colere, sicut in Sicilia tradunt,
 itaque decipi advenas.

39 (8.) [1] Quonam igitur modo utilissime colentur agri? ex 20
 oraculo scilicet: malis bonis. sed defendi aecum est abavos
 qui praeceptis suis prospexere vitae. namque cum dicerent
 malis, intellegere voluere vilissimos, summumque providentiae
 illorum fuit ut quam minimum esset inpendi. praecipiebant
 enim ista qui triumphales denas argenti libras in supellectile 25
 crimini dabant, qui mortuo vilico relinquere victorias et reverti
 in rura sua postulabant, quorum heredia colenda suscipiebat
 40 res p., exercitusque ducebant senatu illis vilicante. Inde illa
 reliqua oracula: nequam agricolam esse quisquis emeret
 quod praestare ei fundus posset, malum patrem 30
 familias quisquis interdum faceret quod noctu pos-
 set, nisi in tempestate caeli, peiorem qui profestis
 diebus ageret quod feriatis deberet, pessimum qui
 sereno die sub tecto potius operaretur quam in
 41 agro. [2] Nequeo mihi temperare quo minus unum exemplum 35
 antiquitatis adferam ex quo intellegi possit apud populum etiam

4. cordi] *F*². corde, *r*. 5. ab] *F*². om. *r*. 7. posuisse] *F*². po-
 tuisse, *r*. 9. militari] *D*. militare, *r*. 10 [M] HS] *ego*. XIh⁵S, *D*¹*F*.
 XIh¹-S, *G*. XI+S, *D*², in, *E*. 11. detractationem] *E*². detractionem, *r*.
 exhaustit] *d*. exausit, *r*. 13. modum, *E*². modo, *E*¹. 20. Quonam]
E. Qm, *r*. 21. defendendi, *DFG*. 23. summumque] *D*². summum,
r. 24. esset] *d*. esse, *r*. inpedi, *DFG*. 27. heredia] *d*. herendia,
r. 28. illis] *d*. illi, *r*. 30. posset] *d*. possit, *r*. 32. professis, *C*.

de culturis agendi morem fuisse, qualiterque defendi soliti sint illi viri. C. Furius Cresimus e servitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet quam ex amplissimis vicinitas, in invidia erat magna, ceu fruges
 5 alienas perliceret veneficiis. quamobrem ab Spurio Albino curuli 42
aedile die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit et adduxit *familiam* suam validam atque, ut ait Piso, bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres
 10 ponderosos, boves saturos. postea dixit: veneficia mea, Qui- 43
rites, haec sunt, nec possum vobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliasque et sudores. omnium sententiis absolutus itaque est. profecto opera inpena cultura constat, et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini
 15 esse dixerunt. [3] Reliqua praecepta reddentur suis locis, quae 44
propria generum singulorum erunt. interim communia quae succurrunt non omittemus, et in primis Catonis humanissimum utilissimumque: id agendum ut diligant se vicini. causas reddit ille, nos existimamus nulli esse dubias. inter prima
 20 idem cavet ne familiae male sit. nihil sero faciendum in agricultura omnes censent, iterumque suo quaeque tempore facienda, et tertio praecepto praetermissa frustra revocari. de terra cariosa execratio Catonis abunde indicata est, quamquam 17, 3
praedicere non cessat is, quidquid per asellum fieri
 25 potest vilissime constare. Filex biennio moritur, si 45
frondem agere non patiaris. id efficacissime contingit germinantibus ramis baculo decussis. sucus enim ex ipsa defluens necat radices. aiunt et circa solstitium avolsas non renasci nec harundine sectas aut exaratas vomeri harundine inposita.
 30 similiter et harundinem exarari filice vomeri inposita praecipiant. 46
iuncosus ager verti pala debet, ante infractus bidentibus. fructecta igni optime tolluntur. umidiorem agrum fossis concidi 47
 atque siccari utilissimum est, fossas autem cretosis locis apertas

1. agendis, *F*. morem] modum, *F*². 5. veneficiis, *E*. beneficiis, *r*. curuli, *DFG*. 6. aedile] *Sillig. om. C*. 8. familiam] *Hard. filiam, C*. suam] *D*². *om. r*. 10. benefacia, *DF*¹. benefacta, *F*². benefacico, *G*. 12. omnibus, *DF*¹*G*. 13. inpena] *E*. in inpena, *F*. non inpena, *r*. 14. constat et] *E*. constet, *r*. 16. erunt] *E*²*F*². erit, *F*¹. erint, *r*. 18. utilissimumque] *F*². utilissimum, *r*. se] *F*². *om. r*. 21. iterum, *E*. 25. constare] *F*². constat, *r*. filex] *F*². felix, *r*. 26. 27. germinantibus] *F*². germinantis, *r*. 27. baculo] *F*². baculos, *r*. 30. filice] *F*². felice, *r*. 31. iuncosus] *D*²*E*. iunco sucosus *F*². iunco sucus, *r*. ante infractus] *F*². aut in saxoso (*faxoso, F*¹*G*)*r*. 32. fossis] *F*². fossi, *r*. 33. cretosis] *D*²*F*². cetosis, *D*¹*G*. retosis, *F*¹. retusis, *E*.

relinqui, in solutiore terra saepibus firmari, *marginē* proclivibus aut supinis lateribus procumbente, quasdam obcaecari et in alias dirigi maiores patentioresque et, si sit occasio, silice vel glarea sterni, ora autem earum binis utrimque lapidibus statuminari et alio superintegi. Silvae extirpandae rationem Democritus prodidit, lupini flore in suco cicutae uno die macerato sparsoque radicibus.

48 7. (9.) Et quoniam praeparatus est ager, nunc indicabitur natura frugum. sunt autem duo prima earum genera: frumenta, ut triticum, hordeum, et legumina, ut faba, cicer. differentia notior quam ut indicari deceat. 10

49 (10.) [1] Frumenti ipsius totidem genera per tempora satu divisa: hiberna, quae circa vergiliarum occasum sata terra per hiemem nutriuntur, ut triticum, hordeum, aestiva, quae aestate ante vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, 15 *horminum*, irio, Italiae dumtaxat ritu. alioquin in Graecia et in Asia omnia a vergiliarum occasu seruntur, quaedam autem 50 utroque tempore in Italia, ex his quaedam et tertio veris. aliqui verna milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant, sementiva autem triticum, hordeum, fabam, rapam. et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadripedum causa sati, ut farrago, et in leguminibus, ut vicia, ad communem quadripedum 51 hominumque usum lupinum. [2] Legumina omnia singulas habent radices praeter fabam, easque surculosas, quia non in multa dividuntur, altissimas autem cicer. frumenta multis radicantur fibris sine ramis. Erumpit a primo satu hordeum die septimo, legumen quarto vel, cum tardissime, septimo, faba a XV ad XX, legumina in Aegypto tertio die. ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quae et prior floret. radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem, ceteris 30 seminibus eadem pars et radicem et florem. [3] Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam quae sunt hiberni generis, at milium et panicum in culmum 52 geniculatum et concavum, sesama vero in ferulaceum. Omnium 53

1. reliqui, *DFG*. solutiore] *F*². solutione, *r*. margine proclivibus] *ego in Jahns Jahrb. 95, 73. ine (in, F². ne, E.) procibus (proclivis, F²)C.* 2. procumbente] *ego ibd. procumbere, C.* 3. et si] *F². om. r.* 4. 5. statuminari] *D. intus muniri, F². istatuminari, r.* 5. alios, *F².* 7. sparsoque] *F². sparsisque, rv.* 15. sesama] *D². sisima, D¹F. sesima, r.* 16. *horminum*] *torminum, F². orminum, D². urminum, r.* irio] *milio, D².* 17. a] *D. om. r.* 20. sementiva] *F². sementivam, r.* 22. ad] *ac, F².* communem] *D². commune, r.* 23. usum] *D². usui, r.* 27. a] *E. om. r.* 32. hieme] *F. hiemi, r.* fastigiantur] *D². spicantur, F². fa // tignantur, E. fatigantur, r.* 34. sesa-

sativorum fructus aut spicis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo aristarum contra aves et parvas quadripedes, aut includitur siliquis, ut leguminum, aut vasculis, ut sesamae ac papaveris. milium et panicum tantum pro indiviso et parvis
 5 avibus expositum est. indefensa quippe membranis continentur. panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo paene in surculum, praedensis acervatur granis cum longissima pedali *phoba*. milio comae granum complexae fimbriato capillo curvantur. Sunt et panico genera: 54
 0 mammosa, e pano parvis racemata paniculis, et cacumine gemino. quin et colore distinguntur candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Panis multifariam et e milio fit, e panico rarus. sed nullum ponderosius frumentum est aut quod coquendo magis crescat. LX pondo panis e modio reducunt modiumque pulvis
 5 ex tribus sextaris madidis. Milium intra hos X annos ex India 55 in Italiam invectum est nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo. adolescit ad pedes altitudine VII, praegrandibus comis — iubas vocant — omnium frugum fertilissimum. ex uno grano sextari terni gignuntur. seri debet in umidis.
 0 [4] Frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt concipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam. genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona. sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicae, qui ut spem sui fecit, quattuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt totidemque aut paulo pluribus deflorescunt, hordea vero, cum tardissime, diebus septem. Varro quater novenis diebus fruges absolvi tradit et mense nono meti.
 0 [5] Fabae in folia exeunt ac deinde caulem emittunt nullis 57 distinctum internodis. reliqua legumina surculosa sunt. ex his ramosa cicer, ervum, lens. quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisarum, et deteriora fiunt. leguminum unicaulis faba sola, unus et lupino, sed ceteris ramosus praetenui surculo, omnibus vero fistulosus.

ma] D^2 . sisama, F^2 . sisemina, r . 1. sativorum] F^2 . satorum, D^2 in ras. saturorum, r . 2. contra — parvas] D^2 . ob, F^2 . om. r . 3. sesamae] D^2F^2 . sesimae, E . sesemae, r . 5. 6. continentur] F^2 . continetur, r . 8. phoba] *Turnebus*. offa, D^2F^2 . obfa, r . milio] D^2 . mili, F^2 . miliae, r . 12. multifariam] D . multifariae, F^2 . multifaria, r . 13. frumento, E . 14. crescit, E . 17. altitudin, E . altitudines, F^1 . altitudinis, F^2 . 18. comis] D^2F^2 . cumis, r . iubas] D^2 . lobas, r . 22. farri] F^2 . farris, r . 26. diebus] D^2 . om. r . 28. caulem] E . caules, F . caulis, r . 29. distinctus, F^1 . distinctas, F^2 . 30. ervom, $E(?)$. erbum, r . 31. pisarum et] F^2 . piscandum nisi habuere aut, r . 32. 33. lupino sed] D^2 . lupinis et, E . lupinis, F^2 . lupinos et, r . 33. fistulosis, C .

- 58 Folium quaedam ab radice mittunt, quaedam a cacumine. frumentum et hordeum utique et quidquid in stipula est in cacumine unum folium habet — sed hordeo scabra sunt, ceteris levia —, multifolia contra faba, cicer, pisum. Frumentis folium harundinaceum, fabae rotunda et magnae leguminum parti, longiora erviliae et piso, phasiolis venosa, sesamae et
- 59 irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum et papaveri. legumina diutius florent, et ex his ervum ac cicer, sed diutissime faba XL diebus, non autem singuli scapi tamdiu, quoniam alio desinente alius incipit, nec tota seges sicut frumenti pariter. siliquantur vero omnia diversis diebus et ab ima primum
- 60 parte paulatim flore subeunte. [6] Frumenta cum defloruere, crassescunt maturanturque cum plurimum diebus XL, item faba, paucissimis cicer. id enim a sementi diebus XL perficitur. milium et panicum et sesama et omnia aestiva XL diebus maturantur a flore, magna terrae caelique differentia. in Aegypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur, in Hellade VII hordeum, in Peloponneso octavo, et frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. in faba leguminibusque alternis lateribus siliquantur. Fortiora
- 61 contra hiemes frumenta, legumina in cibo. [7] Tunicae frumento plures. hordeum maxime nudum et arinca, set praecipue avena. calamus altior frumento quam hordeo, arista mordacior hordeo. In area exteruntur triticum et siligo et hordeum. sic et seruntur pura qualiter moluntur, quia tosta non sunt. e diverso far, milium, panicum purgari nisi tosta non possunt. itaque haec cum suis folliculis seruntur cruda. et far in vaginulis suis servant ad satus atque non torrent.
- 62 (11.) Levissimum ex his hordeum raro excedit XV libras et faba XXII. ponderosius far magisque etiamnum triticum. farina in Aegypto ex olyra conficitur. tertium genus spicae hoc ibi est. Galliae quoque suum genus farris dedere, quod illic bracem vocant, apud nos scandalam, nitidissimi grani. est et

2. utique] *ego*. vitiumque, *E*. utrimque, *r*. 4. multifolia] *ego*. *coll*. *Theophr. h pl.* 8, 2, 3. multifolia, *C*. 5. magna. *D*²*E*. 6. parti] *F*² parte, *r*. longiore, *D*². longior, *r*. erviliae, *E*. ervi ciceri, *D*². sesamae] *D*². saesime, *G*. sesimae, *r*. 6. 7. et irioni] cetrioni, *E*. ti, *D*². trioni, *r*. 8. sed] *om*. *F*². 10. alius] *E*. aliud, *D*². aliut, *r*. 11. siliquantur] *d* siliquata, *D*². aliquam tam, *G*. siliquam tam, *r*. diversis, *DFG*. 12. subiunctae, *E*. 13. faba] faba XL, *F*². 15. sisama, *F*². sesima, *G*. sesina, *E*². semina, *r*. 18. VII] *F*. *om*. *r*. 21. contra hiemes] hieme, *E*. leguminibus, *F*². 25. moliuntur, *DE*. moriuntur, *F*. 27. seruntur] *D*². serantur, *r*. 28. ad satus] *F*²*G*. assuetus, *E*². at satus, *r*. 31. farina in] *F*². far in, *r*. 33. sandalam, *E*. est] *F*². *om*. *r*.

alia differentia, quod fere quaternis libris plus reddit panis quam far aliud. populum Romanum farre tantum e frumento CCC annis usum Verrius tradit.

(12.) [1] Tritici genera plura, quae fecere gentes. Italico 63
 nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maxime
 decernitur. montanis modo comparetur Italiae agris externum,
 in quo principatum tenuit Boeotia, dein Sicilia, mox Africa.
 tertium pondus erat Thracio, Syrio, deinde et Aegyptio, athle-
 tarum tum decreto, quorum capacitas iumentis similis quem
 diximus ordinem fecerat. Graecia et Ponticum laudavit, quod
 in Italiam non pervenit. ex omni autem genere grani prae- 64
 tulit dracontian et strangian et Selinusium argumento crassis-
 simi calami. itaque pingui solo haec genera adsignabat. le-
 vissimum et maxime inane speudian, tenuissimi calami, in
 umidis seri iubebat, quoniam multo egeret alimento. hae fuere 65
 sententiae Alexandro Magno regnante, cum clarissima fuit Graecia
 atque in toto orbe terrarum potentissima, ita tamen ut ante
 mortem eius annis fere CXLV Sophocles poeta in fabula Tripto-
 lemo frumentum Italicum ante cuncta laudaverit ad verbum
 tralata sententia, et fortunatam Italiam frumento serere
 candido, quae laus peculiaris hodieque Italico est; quo magis
 admiror posteros Graecorum nullam mentionem huius fecisse
 frumenti. [2] Nunc ex his generibus quae Romae invehuntur 66
 levissimum est Gallicum atque Chersonneso advectum, quippe
 non excedunt modii vicenas libras, si quis granum ipsum pon-
 deret. Sardum adicit selibram, Alexandrinum et trientem, — hoc
 et Siculi pondus — Baeticum totam libram addit, Africum et do-
 drantem. in transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris
 modios pendere, circa Clusium et senas. lex certa naturae 67
 ut in quocumque genere pani miliari tertia portio ad grani
 pondus accedat, sicut optimum frumentum esse quod in sub-
 actum congium aquae capiat. quibusdam generibus per se

3. verius, *D*¹*G*. varrius, *E*. 9. tum] *Urlichs vind.* 344. cum, *C*.

11. autem] *D*¹ *in ras.* *G*. a, *F*². aeadem, *F*¹. eadem, *E*. 12. dra-

contian] *D*². ora contion, *r*. strangian] stelepan, *D*². istelepant, *r*.

14. speudian] *D*². sceu, *E*. sceudia, *r*. 18. eius] *D*²*F*². om. *r*. 19.

laudaverit] *D*²*F*². laudaverim, *r*. 20. serere] *D*². canere, *E*. carere, *r*.

23. roma, *DG*. 24. advectum] *D*². adpensus, *F*². adventum, *r*.

25. excedit, *F*². modii] *D*². modius, *F*². modium, *E*. mod, *G*. modo,

r. si quis] *D*². silique, *F*¹. siliqui, *r*. 26. selibram] *F*². selibras, *r*.

trientem] *F*². trientis, *E*(?). trientes, *r*. 27. Baeticum] *Urlichs vind.*

346. boeticum, *C*. 27. 28. dodrantem] *F*². dodrantis, *E*(?). dodrantes, *r*.

29. certe, *E*. natura, *DF*¹*G*. 30. miliari] *ego. coll.* §§ 55. 102.

3. 74. militari, *Cv*. 31. accedat] accedit (accedat *F*².) et tertia, *C*.

pondus, sicut Baliarico modio tritici panis \bar{p} . XXXV redit, quibusdam non nisi mixtis, ut Cyprio et Alexandrino XX prope
 68 libras non excedentibus. Cyprium fuscum est panemque nigrum facit, itaque miscetur Alexandrinum candidum, redeuntque XXV pondo. Thebaicum libram adicit. Marina aqua subigi, quod plerique in maritimis locis faciunt occasione lucrandsalis, inutilissimum. non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt. Galliae et Hispaniae frumento in potum
 62
 67 resoluta quibus diximus generibus spuma ita concreta pro fermento utuntur, qua de causa levior illis quam ceteris panis
 69 est. [4] Differentia est et calami, crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis Thracium triticum vestitur ob nimia frigora illi plagae exquisitum. eadem causa et trimenstria invenit detinentibus terras nivibus quod tertio fere a satu mense cum et in reliquo orbe metitur. totis hoc Alpibus notum, et hiemalibus provinciis nullum hoc frumento laetius, unicalamum praeterea nec usquam capax, seriturque non nisi tenui terra.
 70 Est et bimestre circa Thraciae Aenum, quod XL die quo satum est maturescit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis et furfuribus carere. utitur eo et Sicilia et Achaia, montuosis utraque partibus, Euboea quoque circa Carystum. in tantum fallitur Columella qui ne trimestri quidem proprium genus existimaverit esse, cum sit antiquissimum. Graeci setanion vocant. tradunt in Bactris grana tantae magnitudinis fieri ut singula spicas nostras aequent.

71 (13.) Primum ex omnibus frumentis seritur hordeum. dabimus et dies serendo cuique generi natura singulorum exposita. hordeum Indis sativom et silvestre, ex quo panis apud eos praecipuus et alica. Maxume quidem oryza gaudent, ex qua tisanam conficiunt quam reliqui mortales ex hordeo. oryzae folia carnosae, porro similia sed latiora, altitudo cubitalis, flos purpureus, radix geminae rotunditatis.

1. redit] *ego. reddit, C.* 2. non nisi] *D². in pinis, r.* 4. red-
 duntque, *EF²* 5. libram] *F². in ras. libras, r.* 6. occasione] *F².
 occasionem, r.* 7. inutilissimum] *d. utilissimum, r.* morbis] *a mor-
 bis, F².* 8. gallia, *E.* et] *F². om. r.* hispania, *E.* hispanie, *G.*
 11. differentia est] *E. differentiae, DF. differencie, G.* 14. a satu]
F². assatum, r. 15. cum] *D². om. r.* 17. seriturque] *E. seriturquae, F².
 sequitur quae, r.* 18. Thraciae Aenum] *Pint. tracie enum, D². tracie
 finem, F². tracienum, G. tracie (thraciae, E?) fenem, r.* quo] *F². quod,
 r.* 20. achia, *DFG.* 22. trimestris, *E¹.* 23. antiquissimum] *F².
 antiquissim//i, D. antiquissimi, r.* 25. singulas, *EF².* 28. ex] *G.
 in, r.* 29. et alica] *Hard. itali, F². italica, r.* quidem] *Urlichs vind.
 347. quidam, C.* 32. gemine, *FG. gemmeae, D.*

(14.) Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Athenien- 72
sium ritu Menandro auctore apparet et gladiatorum cognomine
qui hordeari vocabantur. polentam quoque Graeci non ali-
unde praeferunt. pluribus fit haec modis. Graeci perfusum
aqua hordeum siccant nocte una ac postero die frigunt, dein
molis frangunt. sunt qui vehementius tostum rursus exigua 73
aqua adspergant et siccent prius quam molant. ali vero vi-
rentibus spicis decussum hordeum recens purgant madidumque
in pila tundunt atque in corbibus eluunt ac siccatum sole
rursus tundunt et purgatum molunt. quocumque autem genere
praeparato vicenis hordei libris ternas seminis lini et coriandri
selibram salisque acetabulum torrentes ante omnia miscent in
mola. qui diutius volunt servare cum polline ac furfuribus 74
suis condunt novis fictilibus. Italia sine perfusione tostum in
subtilem farinam molit, isdem additis atque etiam milio. pa-
nem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadripedum-
que fere cibus est, (15.) cum tisanæ inde usus validissimus
saluberrimusque tanto opere probetur. Unum laudibus eius 75
volumen dicavit Hippocrates e clarissimis medicinae scientia.
Tisanæ bonitas praecipua Uticensi. in Aegypto vero est quae
fiat ex hordeo, cui sunt bini anguli. in Baetica et Africa ge-
nus ex quo fiat hordei, glabrum appellat Turranius. idem
olyran et oryzan eandem esse existimat. Tisanæ conficiendae
volgata ratio est.

(16.) Simili modo e tritici semine tragus fit, in Campa- 76
nia dumtaxat et Aegypto, (17.) amyllum vero ex omni tritico
ac siligne, sed optimum e trimestri. inventio eius Chio in-
sulae debetur, et hodie laudatissimum inde est appellatum ab
eo quod sine mola fiat. proximum trimestri quod e minime
ponderoso tritico. madescit dulci aqua in ligneis vasis, ita ut
integatur quinquies in die mutata, melius si et noctu, ita ut
misceatur pariter. emollitum prius quam acescat, linteo aut 77
sportis saccatum tegulae infunditur inlitaie fermento, atque ita
in sole densatur. post Chium maxime laudatur Creticum, mox

7. et] *F*². *om.* *r.* 9. siccatum] *D*²*F*² *in ras.* siccarum, *r.* 12.
selibras, *DG.* selibra, *E.* acetabulum] *F*². acetabulo, *r.* ante om-
nia] omnia ante, *DG.* 15. emilio, *C.* 16. 17. quadripedumque fere cibus]
quadripedum (quadrupedum, *D*²*F*², que rese (quis fere, *D*². quorum. *F*²).
cibus (ctibus, *E*)*C.* 19. scientiae, *E*¹. 23. oryzan] orygan, *DE*²*F.*
organ, *r.* eandem] *E.* eadem, *r.* 25. e] et. *C.* tragus] *D*².
trangum, *r.* 27. e] *F*². et, *r.* 28. inde est] *D*². idem, *F*². id est, *r.*
30. aqua in] *D*²*F*². aquam, *r.* 31. intinguatur, *F*². noctu] *F*².
in noctu, *r.* 33. saccatum] *Hard.* siccatum, *C.*

Aegyptium, — probatur autem levore et levitate atque ut recens sit, — iam et Catoni dictum apud nos.

78 (18.) Hordei farina et ad medendum utuntur, mirumque in usu iumentorum ignibus durato ac postea molito offisque humana manu demissis in alvum maiores eis vires torosque corporis fieri. Spicae quaedam binos ordines habent, quaedam plures usque ad senos. grano ipsi aliquod differentiae: longius leviusque aut brevius et rotundius, candidius nigriusve, cui purpura est optimo ad polentam. contra tempestates
79 candido maxima infirmitas. Hordeum frugum omnium mollissimum est. seri non volt nisi in sicca et soluta terra ac nisi laeta. palea ex optimis, stramento vero nullum comparatur. hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur quam triticum occupet rubigo, itaque sapientes agricolae triticum cibaris tantum serunt, hordeum sacco seri dicunt.
80 propterea celerrime redit, fertilissimumque est quod in Hispaniae Carthagine Aprili mense collectum est. hoc seritur eodem mense in Celtiberia, eodemque anno bis nascitur. rapitur omne a prima statim maturitate festinantius quam cetera. fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. meliorem etiam polentam fieri tradunt, si non excocta maturitate tollatur.

81 8. (19.) Frumenti genera non eadem ubique, nec ubi eadem sunt isdem nominibus. volgatissima ex his atque potentissima far, quod adonum veteres appellavere, siligo, triticum. haec plurimis terris communia. arinca Galliarum propria copiosa et Italiae est, Aegypto autem ac Syriae Ciliciaeque et Asiae ac
82 Graeciae peculiare zea, oryza, tiphe. Aegyptus similaginem conficit e tritico suo nequaquam Italicae parem. qui zea utuntur non habent far. est et haec Italiae in Campania maxime,
12 semenque appellatur. hoc habet nomen res praeclara, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit, non ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. amyllum

2. catonis, *E*. 5. in alvum] *F*² suo loco, *r* ante vocem vires ponunt. eis] *Ianus*. esse, *C*. 7. aliquid, *E*. aliqua, *F*². 8. et] *Urlichs. vind.* 349. aut, *C*. 8. 9. nigriusve] *ego in Jahns Jahrb.* 95, 74. nigriusque vel, *D*. nigrius vel, *r*. 9. dist. *ego ibd.* optimo] *D*². ultimo. *r*. 11. volt] valet, *F*². volet, *r*. 13. quia] *F*². qui, *r*. 16. fertilissimumque est] *F*². fertilissimum quae, *F*¹. fertilissimi quae (que, *D*²*E*)*r*. in] *om.* *F*². 16. 17. hispania, *E*. 18. anno bis] *D*. nobis, *F*². a nobis. *r*. 24. 25. ex his atque ponentissima (potentissima, *ego*), *D*². *om.* *r*. 25. appellare, *EFG*. 27. aegypto] *G*. in aegypto, *r*. 28. oriza, *F*². olyza, *D*. oliza, *r*. 29. italicae] *F*. italiae, *r*. 32. ζείδωρος ἄρουρα] zidoros (eidoros, *D*¹. zoidoros, *D*²) arura, *C*. dixit] *D*². diximus, *r*. 33. donaret] *d.* donarent, *r*.

quoque ex ea fit priore crassius. haec sola differentia est. 83
 Ex omni genere durissimum far et contra hiemes firmissimum.
 patitur frigidissimos locos et minus subactos vel aestivosos si-
 tientisque. primus antiquis Latio cibus, magno argumento in
 adoriae donis, sicuti diximus. pulte autem, non pane, vixisse 14
 longo tempore Romanos manifestum, quoniam et pulmentaria
 hodieque dicuntur. et Ennius antiquissimus vates obsidionis 84
 famem exprimens offam eripuisse plorantibus liberis patres
 commemorat. et hodie sacra prisca atque natalium pulte fri-
 tilla conficiuntur, videturque tam puls ignota Graeciae fuisse
 quam Italiae polenta.

(20.) [1] Tritici semine avidius nullum est nec quod plus 85
 alimenti trahat. siliginem proprie dixerim tritici delicias can-
 dore, virtute, pondere. conveniens umidis tractibus, quales
 Italiae sunt et Galliae Comatae, sed trans Alpis in Allobrogum
 tantum Remorumque agro pertinax, in ceteris ibi partibus
 biennio in triticum transit. remedium ut gravissima quaeque
 grana eius serantur. 9. E siligine lautissimus panis pistri- 86
 narumque opera laudatissima. praecellit in Italia, si Campana
 Pisis natae misceatur. rufior illa, at Pisana candidior ponde-
 rosiorque cretacea. iustum est e grano Campanae, quam vocant
 castratam, e modio redire sextarios quattuor siliginis vel e
 gregali sine castratura sextarios quinque, praeterea floris semo- 87
 dium et cibari, quod secundarium vocant, sextarios quattuor,
 furfuris sextarios totidem, e Pisana autem siliginis sextarios
 quinque, cetera paria sunt. Clusina Arretinaque etiamnum
 sextarios siliginis adiciunt, in reliquis pares. si vero pollinem
 facere libeat, XVI pondo panis redeunt et cibari tres furfurum-
 que semodius. molae discrimine hoc constat. nam quae sicca
 moluntur plus farinae reddunt, quae salsa aqua sparsa candi-
 diorem medullam, verum plus retinent in furfure. Farinam a 88
 farre dictam nomine ipso apparet. siligineae farinae modius
 Gallicae XX libras panis reddit, Italicae duabus tribusve amplius
 in artopticio pane. nam furnaceis binas adiciunt libras in quo-
 cumque genere.

10. [2] Similago e tritico fit, laudatissimo ex Africa. iu- 89

9. 10. fritilla] *E*²*F*². fritella, *E*¹. fit illa, *r*. 10. tam puls] *D*. tam plus,
*EF*¹. tamplius, *F*². tempus, *G*. 13. 14. candore virtute pondere] *F*². candor
(candore, *F*¹) est et sine virtute sine pondere, *r*. 15. sed] sed et, *E*.

16. remorumque] *D*². memorumque, *r*. 18. lautissimus] *D*². latis-
simus, *r*. 19. praecellet, *DFG*. 21. campaniae, *C*. 27. adiciunt]
Ianus. adsiunt, *E*. adsciunt, *r*. 28. tres] *F*². tria, *r*. 32. modius]
*PE*²*F*². modios, *r*. 33. XX] *P*. XXII, *r*. 36. laudatissimo ex africa]
P. laudatissima ex africo, *r*.

stum est e modiis redire semodios et pollinis sextarios quinque, — ita appellant in tritico quod florem in siligine; hoc aerariae officinae chartariaeque utuntur —, praeterea secundarii sextarios quattuor furfurumque tantundem, panis vero e
 90 modio similaginis p. XXII, e floris modio p. XVI. Pretium huic annona media in modios farinae XL assis, similagini octonis assibus amplius, siligini castratae duplum. Est et alia distinctio semel pollinatam XVII p. panis reddere, bis XVIII, ter
 91 XIX cum triente et secundarii panis quinas selibras, totidem cibarii, et furfurum sextarios VI. [3] Siligo numquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilationem patitur propter teneritatem iis quae maturuere protinus granum dimittentibus. sed minus quam cetera frumenta in stipula periclitatur, quoniam
 92 faciat. [4] Ex arinca dulcissimus panis. ipsa spissior quam far, et maior spica, eadem et ponderosior. raro modius grani non XVI libras implet. exteritur in Graecia difficulter, ob id iumentis dari ab Homero dicta. haec enim est quam olyram vocat. eadem in Aegypto facilis fertilisque. Far sine arista
 93 est, item siligo, excepta quae Laconica appellatur. Adiciuntur his genera bromos et tragos, externa omnia, ab oriente in- vectae oryzae similia. tiphe et ipsa eiusdem est generis, ex qua fit in nostro orbe oryza. apud Graecos est et zea, traduntque eam ac tiphen, cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistae serantur, nec protinus, sed tertio anno.
 94 (21.) Tritico nihil est fertilius. hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime alebat hominem, utpote cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur. misit ex eo loco divo Augusto procurator eius ex uno grano — vix credibile dictu — CCC
 95 paucis minus germina, exstantque de ea re epistulae. misit et

2. ita] *PF*². ita ut, *r*. 3. erariae, *P*. haerariae, *DF*. arariae, *E*. heccrarie, *G*. 5. p. XXII] *Urlichs vind. 351. // XXII., P. CXXII, r. p. XVI] P. CXVII, r.* 6. simulaginis, *P*. similaginis castrate (castratae, *E*). duplum, *r*. *Cf. infra.* 6. 7. octonis—duplum] *om. F*¹. 8. pollinatam] *ego. tem//// c. ///ipollinata, P. tempore. L. (temp. L., D¹G. templi, D²) pollinatam, r.* XVII p.] XVIII, *P*¹. XVIII. p., *P*². XVII pondo, *E*(^o). bis] *P. visa, r.* ter] *P. tert., DF² in ras. tertia, r.* 9. XIX] XX, *D*². XXX, *D*¹. VII////, *P.* 15. facit, *P*. arinca] *ari////, P. africa, r.* 16. modius] *d(?)*. modios, *r.* 21. bromos et tragos] *bro trago, P. bromos siligo excepta et tragos, rv. Cf. v. 20.* 22. oryzae] *P. oryza, r.* tiphe] *E₁(?). etii////e, P. thiye, r.* ipsa] *P. pisa, r.* 23. zea] *ixia, CP.* 24. ac] *om. CP(?)* 27. utpote] *PD²F². om. r.* 30. eius] *e eius, P.* 31. paucis minus] *PD². om. F². paucissimis, r.*

Neroni similiter CCCLX stipulas ex uno grano. cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt aliique et tota Baetica et in primis Aegyptus. fertilissima tritici genera ramosum aut quod centigranium vocant. inventus est iam et scapus
5 unus centum fabis onustus.

(22.) Aestiva frumenta diximus sesimam, milium, panicum. 49 96
sesima ab Indis venit. ex ea et oleum faciunt, colos eius candidus. huic simile est in Asia Graeciaque erysimum, idemque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius quam frugibus. eiusdem naturae et orminum Graecis dictum, sed cumino simile, seritur cum sesama. hac et irione nullum animal vescitur virentibus.

(23.) Pistura non omnium facilis, quippe Etruria spicam 97
farris tosti pisente pilo praeferrato, fistula serrata et stella intus denticulata, ut, si intenti pisant, concidantur grana fer-
5 rumque frangatur. maior pars Italiae nudo utitur pilo, rotis etiam quas aqua verset obiter et molat. de ipsa ratione pisendi Magonis proponemus sententiam: triticum ante perfundi aqua 98
multa iubet, postea evalli, dein sole siccatum pila repeti, simili modo hordeum. huius sextarios XX spargi duobus sextariis aquae. lentem torreri prius, dein cum furfuribus leviter pisi aut addito in sextarios XX lateris crudi frusto et harenae semodio. erviliam iisdem modis quibus lentem. sesimam in
25 calida maceratam exporrigi, dein confricari et frigida mergi ut paleae fluctuentur, iterumque exporrigi in sole super lintea, quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa 99
autem quae evalluntur variam pistrinarum rationem habent. acus vocatur, cum per se pisitur spica tantum, aurificum ad usus, si vero in area teritur cum stipula, palea, in maiore
30 terrarum parte ad pabu'a iumentorum. Mili et panici et sesimae purgamenta adpludam vocant et alibi aliis nominibus.

1. CCLX, P. 2. 3. betica, PD². boetica, E. bietica, r. 5. unus] om. P. 6. ses//mam, P. sisimam, E. sisisimam, D¹. sissimam, r. 7. sesima] PD. sisima, r. 9. pinguius] P. pinguis, C. 9. 10. irionem] P. trionem, D². trionum, E. irionum, r. 11. et] est et, F². 12. sesama] P. sisima, F². sesima, r. hac] F². hec, G. haec, Pr. 15. ut] aut. EF. u///, P. intenti] ini////////, P. interiti, C. 16. nudo] PD² riudo, D¹F. ruido, r. 17. aqua] PD². aquas, r. 18. proponemus] F². proponemu//, P. praeponemus, DG. proponemur, F¹. praepo- netur, E. sententia, DE. 19. evalli (evelli, EF²) dein, C. validae in. P. 21. torreri] P. torrere, C. 23. sesimam (i in ras.), P. sesima, E. sisima, r. 27. valluntu//, P. evalluntur, C. pistrinarum] P. pri- stinarum, C. 28. pisitur] D¹. pitur, D². piscatur, E¹. pistur, r. dist. Urlichs vind. 352. 30. ad] est ad, F². iumentorum] D²F². iumen- tatum, r. 30. 31. sesimae] E. sisime, r.

- 100 (24.) Milio Campania praecipue gaudet pultemque candidam ex eo facit. fit et panis praedulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur et cruda etiam farina, equino lacte vel sanguine e cruris venis admixto. Aethiopes non aliam frugem quam mili hordeique noverre. 5
- 101 (25.) Panico et Galliae quidem, praecipue Aquitania utitur, sed et circumpadana Italia addita faba sine aqua. Ponticae gentes nullum panico praeferunt cibum. Cetera aestiva frumenta riguis magis etiam quam imbribus gaudent, milium et panicum aquis minime, quoniam in folia exeunt. vetant ea 10 inter vites arboresve frugiferas seri, terram emacerari hoc satu existimantes.
- 102 11. (26.) Mili praecipuus ad fermenta usus e musto subacti in annum tempus. simile fit e tritici ipsius furfuribus minutis et optimis e musto albo triduo maceratis, subactis ac 15 sole siccatis. inde pastillos in pane faciendo dilutos cum similagine seminis fervefaciunt atque ita farinae miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes. Graeci in binos semodios
- 103 farinae satis esse bessem fermenti constituere. et haec quidem genera vindemiis tantum fiunt, quo libeat vero tempore ex 20 aqua hordeoque bilibres offae ferventi foco vel fictili patina torrentur cinere et carbone, usque dum rubeant. postea operiuntur in vasis donec acescant. hinc fermentum diluitur. cum fieret autem panis hordeacius, ervi aut cicerculae farina ipse fermentabatur, iustum erat duae librae in quinque semo- 25
- 104 dios. nunc fermentum fit ex ipsa farina quae subigitur prius quam addatur sal, ad pultis modum decocta et relicta donec acescat. vulgo vero nec suffervefaciunt, sed tantum pridie adservata materia utuntur, palamque natura est acore fermentari, sicut evalidiora esse corpora quae fermentato pane alantur, 30 quippe cum apud veteres ponderosissimo cuique tritico praecipua salubritas perhibita sit.
- 105 (27.) Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur, alias ab opsoniis appellati, ut ostrearii, alias a deliciis, ut

2. praedulcis] *D*²*F*². praedulci, *D*¹*F*¹. predulci, *r*. 4. e] *om.* *C*.
 cruris venis] *om.* *F*². 6. quidem] *d.* quidam, *r*. 7. sine aqua]
ego. *om.* *F*². sine qua, *r*. sine qua nihil conficiunt, *v*. 11. emacerari]
*F*². emactari, *r*. 13. e] *F*². et, *r*. 15. maceratis] *Pint.* macerato,
*F*². maturato, *r*. 16. 17. similagine] *D*²*F*². similigine, *D*¹. similigeni, *E*.
 similigeni, *r*. 17. seminus, *F*². 18. binos] *F*². binos et, *r*. 19.
 bessem] *Sillig.* besē, *F*². beses, *r*. 24. ervi] *d.* hervi, *E*. herbi, *r*.
 farina] *cod. Tol.* farinae, *F*. farine, *r*. 25. ipsae, *EF*. 29. natura
 est] *D*². est naturam st, *F*². naturam est, *DE*. naturam st, *F*¹. naturam
 str, *G*. 34. appellari, *EG*. apellari, *r*. 34. vostrearii, *F*². vostreari, *r*.

artolagani, alias a festinatione, ut speustici, nec non a coquendi ratione, ut furnacei vel artopticei aut in clibanis cocti, non pridem etiam e Parthis invecto quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur ad tenuem et spongiosam inanitatem, alii Parthicum. summa laus siliginis bonitate et cribri tenuitate constat. quidam ex ovis aut lacte subigunt, butyro vero gentes etiam pacatae, ad operis pistorii genera transeunte cura. Durat 106 sua Piceno in panis inventione gratia ex alicae materia. eum novem diebus maceratum decimo ad speciem tractae subigunt uvae passae suco, postea in furnis ollis inditum, quae rumpantur ibi, torrent. neque est ex eo cibus nisi madefacto, quod fit lacte maxime vel mulso.

(28.) Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum 107 annis ab urbe condita super DLXXX. ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus maxime erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. artoptas iam Plautus appellat in fabula quam Aululariam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum an is versus poetae sit illius, certumque fit Atei 108 Capitonis sententia cocos tum panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantum eos qui far pisebant nominatos. nec cocos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant. Cribrorum genera Galliae ex saetis equorum invenere, Hispania e lino excussoria et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco.

(29.) [1] Sed inter prima dicatur et alicae ratio praestantissima 109 saluberrimaeque, quae palma frugum indubitata Italiae contigit. fit sine dubio et in Aegypto, sed admodum spernenda, in Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro, in Campania tamen laudatissima. campus est subiacens montibus nimborum, totus quidem XL p. planitie. terra eius, ut 110 protinus soli natura dicatur, pulverea summa, inferior bibula

1. speustici] *codd. Gel.* sceptrici, *F*². sceptrice, *r*. 2. non] *om.*
*F*². 3. invectus, *F*². 4. ad] *D*²*F*². a, *r*. tenue, *E*. spongiosa,
E. spongiosum, *F*¹. spongeosam, *D*. inanitate, *EG*. 7. at, *F*².
genere, *F*². 8. eum] *codd. Gel.* cui, *F*². cum, *r*. 9. maceratum]
Sillig. macerato, *C*. tracto et, *F*². subigunt] *D*². subacto, *F*². subi
tunc, *r*. 12. vel] *F*². *om.* *r*. 15. maxime] *om.* *E*. 17. aululariam]
d. aurulariam, *r*. 18. an is] annis. *E*. enni, *D*². anni is, *r*. 19.
coquos tum, *Turnebus.* tostum, *D*²*E*. costum, *r*. 22. cribrorum, *EFG*.
ex setis, *D*². setis, *F*². sextis, *r*. 23. hispania e] *E*. ispania e,
*D*². diis paniae, *G*. diis panie, *r*. apollinaria, *DG*. opollinaria, *r*.
e] *om.* *C*. 26. saluberrimaeque quae] saluberrimam quae (que, *EG*)*C*.
italia, *C*. 27. contingit, *EF*. 30. totus] *G*. totis, *r*. XL. \overline{p} .,
DG. XL pre, *F*. XLM pre, *E*(?). planicie, *G*. tinitiae, *E*¹. planitiae, *r*.

et pumicis vice fistulosa quoque montium culpa in bonum cedit. crebros enim imbres percolat atque transmittit, nec dilui aut madere voluit propter felicitatem culturae, eadem acceptum umorem nullis fontibus reddit, sed temperate concoquens intra se vice furni continet. seritur toto anno, panico semel, bis farre. et tamen vere segetes quae interquievere fundunt rosam odoratiorem sativa. adeo terra non cessat parere, unde volgo dictum plus apud Campanos unguenti quam apud ceteros olei fieri. quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius quae Leboriae vocantur, quem Phlegraeum Graeci appellant. finiuntur Leboriae via ab utroque latere consulari quae a Puteolis et quae a Cumis Capuam ducit. [2] Alica fit e zea quam semen appellamus. tunditur granum eius in pila lignea, ne lapidis duritia conterat, mobili, ut notum est, pilo victorum poenali opera. primori inest pyxis ferrea. excussis inde tunicis iterum isdem armamentis nudata conciditur medulla. ita fiunt alicae tria genera: minimum ac secundarium, grandissimum vero aphaerema appellant. nondum habent candorem suum quo praecellunt, iam tamen Alexandrinae praeferuntur. postea — mirum dictu — admiscetur creta quae transit in corpus coloremque et tenertatem adfert. invenitur haec inter Puteolos et Neapolim in colle Leucogeo appellato, extatque divi Augusti decretum quo annua ducena milia Neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo, coloniam deducens Capuam, adiecitque causam adserendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo posse. in eodem reperitur et sulphur, emicantque fontes Araxi oculorum claritati et volnerum medicinae dentiumque firmitati. [3] Alica adulterina fit maxime quidem e zea quae in Africa degenerat. latiores eius spicae nigrioresque et brevi stipula. pisunt cum harena et sic quoque difficulter deterunt utriculos, fitque dimidia nudi mensura, posteaque gypsi pars quarta inspargitur atque, ut cohaesit, farinario cribro subcernunt. quae in eo remansit excepticia appellatur et grandissima est. rursus quae transit artiore cernitur et secundaria vocatur, item

1. fistulosa] *Hard.* fistulas, *C.* 3. falacitatem, *D¹G.* facilitatem, *D².* 4. temperatae, *DF.* 4. 5. conquoquens, *D².* concoquens, *D¹F.* tuncoquens, *G.* tcoquens, *E.* 5. furni] *Sillig.* fusi, *C.* 7. salivam, *C.* 10. campanus] *D.* om. *r.* leboriae] *D.* laboriae, *G.* laborie, *r.* 11. vocatur, *D².* 11. 12. leviora, *C.* 14. ne] *D².* vel, *E(?)* ve, *r.* 15. mobili ut] *D².* mobilius, *D¹.* nobilius, *r.* 16 inde] in. *C.* 23. colle] *D²* cole et, *G.* colle et, *r.* extatque] *E.* existitque, *D².* exiatque, *r.* 24. annua] *codd.* *Gel.* annoa, *C.* 25. 26. adserendi] *Strack.* adferendi, *C.* 35. vocatur item] *D².* vocum ritem (*ritae*, *E*)*r.*

cribraria quae simili modo in tertio remansit cribro angustis-
simo et tantum harenas transmittente. Alia ratio ubique adul- 116
terandi. ex tritico candidissima et grandissima eligunt grana
ac semicocta in ollis postea arefaciunt, solem admittunt rur-
susque leviter adpersa molis frangunt. Ex zea pulchrius quam
e tritico fit *tragum*, quamvis id alicae vitium sit. candorem
autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

12. (30.) Sequitur leguminum natura, inter quae maximus 117
honos fabae, quippe ex qua temptatus sit etiam panis. lomen-
tum appellatur farina eius, adgravaturque pondus illa et omni
legumine, iam vero et ad pabulum in pane venali. fabae multi-
plex usus omnium quadripedum generi, praecipue homini.
frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, et maxime
panico solida ac delicatius fracta. quin et prisco ritu pulsa 118
faba suae religionis diis in sacro est, praevalens pulmentari
cibo et hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere, ob
haec Pythagoricae sententiae damnata, ut alii tradidere, quon-
iam mortuorum animae sint in ea, qua de causa parentando
utique adsumitur. Varro et ob haec flaminem ea non vesci 119
trahit et quoniam in flore eius litterae lugubres reperiantur.
In eadem peculiaris religio, namque fabam utique ex frugibus
referre mos est auspici causa, quae ideo referiva appellatur.
et auctionibus adhibere eam lucrosam putant. sola certe frugum
etiam exesa repletur crescente luna. aqua marina aliave salsa
non percoquitur. Seritur ante vergiliarum occasum leguminum 120
prima, ut antecedit hiemem. Vergilius eam per ver seri iubet
circumpadanae Italiae ritu, sed maior pars malunt fabalia ma-
turae sationis quam trimestrem fructum. eius namque siliquae
caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas in flore maxime
concupiscit, cum vero defloruit, exiguas desiderat. solum in
quo sata est laetificat stercoreis vice. ideo circa Macedoniam
Thessaliamque, cum florere coepit, vertunt arva. Nascitur et 121
sua sponte plerisque in locis, sicut septentrionalis oceani insulis,
quas ob id nostri Fabarias appellant, item in Mauretania sil-
vestris passim, sed praedura et quae percoqui non possit.

4. solem] *ego. sole, C.* admittunt] *D². ad initum, r.* 6. e] *D²E.*
et, *r.* tragum] *Turnebus grana cum, E. gracum, r.* 7. ei] *d. et, r.*
8. maximus] *F². maximae, E. maxime, r.* 10. eius] *F². om. D².*
ea, r. 11. *dist. ego.* ad] *F². om. r.* pabulum] *G. pabulo, D.*
pabula, r. in pane] *DG. om. r.* 14. 15. pulsa faba] *D². fabata, r.*
19. vitique, *D'E.* 22. mos] *F². mox, r.* 26. ut] *D²E. haud, F².*
aut, *r.* antecedit, *F².* seri] *d. sari, r.* 28. sationis] *d. racionis,*
G. rationis, r. 29. pabuli, *C.*

nascitur et in Aegypto spinoso caule, qua de causa crocodili
 122 oculis timentis refugiunt. longitudo scapo quattuor cubitorum
 est amplissima, crassitudo *digiti*, in totum, ni genicula abessent,
 molli calamo similis, caput papaveri, colore roseo, in eo fabae
 non supra triginta, folia ampla, fructus ipse amarus et odore,
 sed radix perquam grata incolarum cibus, cruda et omnino de-
 cocta, harundinum radicibus similis. nascitur et in Syria Cili-
 ciaeque et in Toronae Chalcidices lacu.

123 (31.) Ex leguminibus autumno vereve seruntur lens et in
 Graecia pisum. Lens amat solum tenue magis quam pingue,
 caelum utique siccum. duo genera eius Aegypto, alterum ro-
 tundius nigriusque, alterum sua figura, unde vario usu tralatum
 est in lenticulas nomen. invenio apud auctores aequanimitatem
 fieri vescentibus ea. Pisum in apricis seri debet frigoribus in-
 patientissimum. ideo in Italia et in austeriore caelo non nisi
 verno tempore terra facili, soluta.

124 (32.) Ciceris natura est gigni cum salsilagine, ideo solum
 urit nec nisi madefactum pridie seri debet. differentiae plures,
 magnitudine, colore, figura, sapore. est enim arietino capiti
 simile, unde ita appellatur, album nigrumque, est et columbi-
 num quod alii Venerium appellant, candidum, rotundum, leve,
 arietino minus, quod religio pervigilis adhibet. est et cicercula
 minuti ciceris, inaequalis, angulosi, veluti pisum, dulcissimum
 autem id quod ervo simillimum, firmissimum quod nigrum et
 rufum quam quod album.

125 (33.) Siliquae rotundae ciceri, ceteris leguminum longae
 et ad figuram seminis latae, piso cylindratae. passiolorum cum
 ipsis manduntur granis. serere eos qua velis terra licet ab
 idibus Octobris in kal. Novembris. Legumina, cum maturescere
 coeperint, rapienda sunt, quoniam cito exiliunt latentque cum
 decidere, sicut et lupinum. 13. quamquam prius de rapis
 dixisse conveniat, — (34.) in transcurso ea attigere nostri,
 126 paulo diligentius Graeci, et ipsi tamen inter hortensia, — si
 iustus ordo fiat, a frumento protinus aut certe faba dicendis,
 quando alius usus praestantior his non est. ante omnia nam-

1. et] *om.* *E.* 2. oculis] ac oculis, *E*¹. caules, *F*². scabro, *F*².
 3. digiti] *om.* *C.* totum] *Sillig.* to, *C.* abesset, *C.* 5. tri-
 ginta] *Salm.* tricena, *C.* 6. quam, *D*². grata] *D*². lata, *r.* 8.
 Toronae] *Ianus.* torone, *C.* Chalcidices] *Sillig.* chalcidis, *C.* 9. ve-
 reve] *Ianus.* vaere, *E.* vere, *r.* 13. auctorem, *DEF*¹. 19. pite, *G.*
 capite, *r.* 20. appellant, *E.* 24. ervo] *D*²*F*². ero, *r.* 28. mandunt,
*E*²*F*. 30. coeperint] *EF*². coeperunt, *r.* 35. alius] *D*²*F*². alii, *E.*
 ali, *r.* his] *D*²*F*². ab his, *E.* ahis, *r.*

que cunctis animalibus nascuntur, nec in novissimis satiant
 ruris alitum quoque genera, magisque si decoquantur aqua.
 quadripedes et fronde eorum gaudent, et homini non minor est 127
 rapiciorum suis horis gratia quam cymarum, flavidorum quoque
 et in horreis enecatorum vel maiore quam virentium. ipsa
 vero durant et in sua terra servata et postea passa paene ad
 alium proventum, famemque sentiri prohibent. a vino atque
 messe tertius hic transpadanis fructus. Terra non morose 128
 eligitur, paene ubi nihil aliud seri possit. nebulis et pruinis
 ac frigore ultro aluntur, amplitudine mirabili. vidi XL libras
 excedentia. In cibus quidem nostris pluribus modis commen-
 dantur, durantque ad alia sinapis acrimonia domita, etiam co-
 loribus picta praeter suum sex aliis, purpureo quoque. neque
 aliud in cibus tingui decet. Genera eorum Graeci duo prima 129
 fecere, masculinum femininumque, et ea serendi modum ex
 eodem semine. densiore enim satu masculescere, item in terra
 difficili. semen praestantius quo subtilius. Species vero omnium
 tres. aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem glo- 130
 bari. tertiam speciem silvestrem appellavere, in longitudinem
 radice procurrente, raphani similitudine et folio anguloso scabro-
 que, suco acri qui circa messem exceptus oculos purget medea-
 turque caligini admixto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri
 existimantur et grandiora. tepore in folia exeunt. Palma in
 Nursino agro nascentibus — taxatio in libras sesterti singuli
 et in penuria bini — proxima in Algido natis.

(35.) Napi vero Amiternini, quorum eadem fere natura est, 131
 gaudent aequae frigidis. seruntur et ante kalendas Martias, in
 iugero sextari III. diligentiores quinto sulco napum seri iubent,
 rapa quarto, utrumque stercoreato, rapa laetiora fieri, si cum
 palea seminentur. serere nudum volunt precantem sibi et vi-
 cinis serere se. Satus utrique generi iustus inter duorum nu- 132
 minum dies festos, Neptuni atque Volcani, feruntque subtili
 observatione, quota luna praecedente hieme nix prima ceciderit,
 si totidem luminum die intra praedictum temporis spatium
 serantur, mire provenire. seruntur et vere in calidis atque umidis.

14. (36.) Lupini usus proximus, cum sit et homini et 133

2. ruris] *om.* *F*². 3. minor est] *ego.* minorē, *F.* minora, *G.* mi-
 nore, *r.* 4. rapiciorum] *d.* raparum, *F*². rapatiorum, *G.* rapaciorum, *r.*
 5. maiorē, *F.* 9. eligitur] *ego.* legit, *r.* 10. ac] *F*². a, *r.* 14.
 debet, *D*². 15. modum] *Urlichs vind.* 354. modi, *C.* 24. ursino,
C. *dist.* *Urlichs l. l.* taxio, *C.* 26. amiterni, *C.* est] *F.* *om.*
r. 29. cum] *F*². *om.* *r.* 30. seminentur] *F*². seminaretur, *r.*
 36. lupini] *D*². lupinis, *F*². lupinus, *E.* lupinos, *r.*

quadripedum generi ungulas habenti communis. remedium eius, ne metentis fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur. nec ullius quae seruntur natura adsensu terrae quoque mirabilior est. primum omnium cotidie cum sole circumagitur horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. ter praeterea floret, ter germinat, atqui terra operiri non vult. et unum hoc seritur
 134 non arato. quaerit maxime sabulosa et sicca atque etiam harenosa, coli utique non vult. tellurem adeo amat ut quamvis fructuoso solo coiectum inter folia vepresque ad terram tamen radice perveniat. pinguescere hoc satu arva vineasque
 17, 54 diximus. itaque adeo non eget fimo ut optimi vicem repraesentet, nihilque aliud nullo impendio constat, ut quod ne serendi
 135 quidem gratia opus sit adferre. protinus seritur ex arvo, ac ne spargi quidem postulat decidens sponte. primumque omnium seritur, novissimum tollitur, utrumque Septembri fere mense, quia, si non antecessit hiemem, frigoribus obnoxium est. inpune praeterea iacet, vel derelictum etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus aniaritudine sua tutum, plerumque tamen levi sulco integunt. ex densiore terra rubricam maxime amat. ad hanc alendam post tertium florem verti debet, in sabulo post secundum. cretosa tantum limosaque
 136 odit et in his non provenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. nam bovem unum modii singuli satiant validumque praestant, quando etiam inpositum puerorum ventribus pro remedio est. Condi in fumo maxime convenit, quoniam in umido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.
 137 15. (37.) Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa. uno sulco sata non saritur, non stercoratur, nec aliud quam deocatur. Sationis eius tria tempora: circa occasum arcturi, ut Decembri mense pascat. tum optime seritur in semen. aequae namque fert depasta. secunda satio mense
 138 Ianuario est, novissima Martio, tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus quae seruntur maxime amat. non aspernatur etiam umbrosa. ex semine eius, si lecta matura est,

3. seruntur] *F*². seratur, *EF*¹. serantur, *r*. quoque] *Urlichs vind. 355*. quae, *D*². que, *D*¹*EF*¹. om. *r*. 5. 6. ter germinat] *ego*. terram amat, *C*. *Cf.* v. 8. 6. atqui terra] *ego*. atque terra, *F*². terratque, *E*. terra atque, *r*. 7. querit, *D*². fuerit, *r*. 9. fructuoso] *d*. fructecto, *r*. coiectum] *F*¹. coniectum, *F*². coiactum, *D*. coactum, *r*. 20. florem] *D*²*F*². flori, *r*. 29. seritur, *C*. 30. sationis] *F*². rationis, *r*. 35. umbrosa] *D*². ambrosa, *r*.

palea ceteris praefertur. vitibus praeripit succum, languescuntque, si in arbusto seratur.

(38.) Nec ervi operosa cura est. hoc amplius quam vicia 139 runcatur, et ipsum medicaminis vim optinens, quippe quo divom Augustum curatum epistulis ipsius memoria exstet. Sufficiunt singulis boum iugis modi quini. Martio mense satum noxium esse bobus aiunt, item autumnno gravedinosum, innoxium autem fieri primo vere satum.

16. (39.) Et silicia, hoc est fenum Graecum, scariphatione 140 seritur, non altiore quattuor digitorum sulco, quantoque peius tractatur tanto provenit melius. rarum dictu esse aliquid cui prosit negligentia. id autem quod secale ac farrago appellatur, occari tantum desiderat.

(40.) Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum 141 sed tantum ad arcendam famem, fecunda sed gracili stipula, nigritia triste, pondere praecipuum. Admiscetur huic far ut mitiget amaritudinem eius, et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicumque solo cum centesimo grano, ipsumque pro laetamine est.

(41.) Farrago ex recrimentis farris praedensa seritur, ad- 142 mixta aliquando et vicia. eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia haec pabularia, degeneransque ex leguminibus quae vocatur cracca in tantum columbis grata ut pastas ea negent fugitivas illius loci fieri.

(42.) Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocinum 143 vocat, quo sistebant alvom bubus. id erat e pabuli segete viride desectum antequam genicularet. Sura Mamilius aliter id interpretatur et tradit fabae modios X, viciae duos, tantundem erviliae in iugero autumnno misceri et seri solitos, melius et avena Graeca, cui non cadit semen, admixta. hoc vocitatum ocinum boumque causa seri solitum. Varro appellatum a celeritate proveniendi e Graeco quod *ὠζέως* dicunt.

(43.) Medica externa etiam Graeciae est, ut a Medis ad- 144 vecta per bella Persarum, quae Darius intulit, sed vel in primis dicenda; tanta dos ei, cum ex uno satu amplius quam tricenis

4. quo] *Urlichs vind. 356.* cum, *C.* 5. exstet] *Sillig. existet, C.*

6. quini] *F².* quini sati, *r.* 7. gravedinosum] *d. gravidinosum, r.*

8. satum] *d. persatum, r.* 9. sicilia, *EF.* scariphicatione, *F².*

12. quid, *EF.* farrago appellatur] *d. frago appellantur, r.* 13.

desiderat] *d. desiderant, r.* 15. secunda, *EF.* 20. recrementis, *D².*

22. degenerans qui, *D'EF.* 25. quod, *DF.* 26. viridi, *D².*

27. desecte, *EF.* genicularet] *Scaliger. gelaret, C.* 29. solitus, *EF.*

30. admixto, *EF.* 32. *ὠζέως*] *oceos, C.* 33. Medis] *medicis, E.*

35. ei] *Sillig. et, C.*

- annis duret. similis est trifolio caule foliisque, geniculata. quidquid in caule adsurgit folia contrahuntur. unum de ea et
 145 cytiso volumen Amphilo^{chus} composuit. Solum in quo seratur elapidatum purgatumque subigitur autumno, mox aratum et occatum integitur creta iterum ac tertium, quinis diebus interpositis et fimo addito — poscit autem siccum sucosumque vel riguum — et ita praeparato seritur mense Maio, alias pruinis
 146 obnoxia. opus est densitate seminis omnia occupari internascentesque herbas excludi. id praestant in iugera modi bini. cavendum ne adurat sol terram, quae protinus integri debet: si sit umidum solum herbosumque, vincitur et desciscit in pratum. ideo protinus altitudine unciaii herbis omnibus liberanda est, manu potius quam sarculo. secatur incipiens florere et quotiens reffloruit. id sexies evenit per annos, cum minimum, quater.
 147 In semen maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est usque ad trimatum. verno sariri debet liberarique ceteris herbis, ad trimatum marris ad solum radi. ita reliquae herbae intereunt sine ipsius damno propter altitudinem radicum. si evicerint herbae, remedium unicum in aratro, saepius vertendo, donec
 148 omnes aliae radices intereant. Dari non ad satietatem debet, ne deplere sanguinem necesse sit. et viridis utilior est. arescit surculose ac postremo in pulverem inutilem extenuatur. De cytiso, cui et ipsi principatus datur in pabulis, adfatim diximus
 3130 inter frutices. et nunc frugum omnium natura peragenda est, cuius in parte de morbis quoque dicatur.
 149 17. (44.) [1] Primum omnium frumenti vitium avena est, et hordeum in eam degenerat sic ut ipsa frumenti sit instar, quippe cum Germaniae populi serant eam neque alia pulte vivant. soli maxime caelique umore hoc evenit vitium. sequentem causam habet inbecillitas seminis, si diutius retentum
 150 est terra prius quam erumpat. eadem ratio est et si cariosum

1. foliis qui, *DF*. 3. amphilocus, *D*². ampli locus, *r*. composuit] *Pint.* confusum, *C*. 5. occatum] *D*². occultum, *r*. creta] *ego.* crate, *C*. 6. addito] *D*². addita, *r*. 7. et ita] *D*². et a, *r*. 9. iugero, *D*². modii bini, *Schneiderus ad Varr. r. r. I, 42.* modi vici, *F*. modi vice, *D*¹. modico, *D*². modia vicena, *E*(?). 10. cavendum] *Ianus.* cavendam, *D*². inmovendam, *E*. navendam, *r*. sol] *D*². om. *r*. terram quae] *D*². terraque, *r*. 11. herbosumque] *D*². herbosumve, *E*. herbosumve, *r*. 12. altitudine] *d.* altitudinem, *r*. 16. sarriri, *Pint.* seri, *E*. sarri, *r*. 17. marris] in arvis, *E*. intereunt — 19. herbae] *D*². om. *r*. 19 in aratro] *Dal.* iaratro, *F*. et aratro, *E*. aratro, *D*. 21. deplere] *codd.* *Gel.* replere, *C*. 22. in] om. *C*. 23. ipse, *DF*. 28. servant, *D*¹*F*. 30. causato, *EF*¹. si] *F*². cum, *D*². om. *r*. 31. erumpet, *EF*¹. est et] *F*². et, *r*.

fuit cum sereretur. prima autem statim eruptione agnoscitur, ex quo apparet in radice esse causam. Est et aliud ex vicino avenae vitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, prius quam roboret corpus, adflatu noxio cassum et inane in spica evanescit quodam abortu. [2] Venti autem tribus 151 temporibus nocent frumento et hordeo: in flore aut protinus cum defloruere vel maturescere incipientibus. tum enim exinaniunt grana, prioribus causis nasci prohibent. Nocet et sol creber ex nube. nascuntur et vermiculi in radice, cum sementem imbribus secutis inclusit repentinus calor umorem. gignuntur 152 et in grano, cum spica e pluviis calore infervescit. est et cantharis dictus scarabaeus parvus, frumenta erodens. omnia ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adips contraria seminibus, cavendumque ne contacta his serantur. imber in herba utilis a partu, florentibus autem frumento et hordeo nocet, leguminibus innocuus praeterquam ciceri. maturescentia frumenta imbre laeduntur et hordeum magis. Nascitur et herba 153 alba, panico similis, occupans arva, pecori quoque mortifera. nam lolium et tribulos et carduos lappasque non magis quam rubos inter frugum morbos potius quam inter ipsius terrae pestes numeraverim. Caeleste frugum vinearumque malum nullo 154 minus noxium est robigo. frequentissima haec in roscido tractu convallibusque ac perflatum non habentibus. e diverso carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria est, cum oneratae fertilitate procumbunt. commune autem omnium satorum vitium uricae, etiam ciceris, cum salsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit. [3] Est herba quae cicer enecat 155 et ervum circumligando se, vocatur orobanche. tritico simili modo aera, hordeo festuca quae vocatur aegilops, lenti herba securiclata, quam Graeci a similitudine pelecinum vocant. et hae complexu necant. Circa Philippos ateramum nominant in pingui solo herbam qua faba necatur, teramum qua in macro, cum udam quidam ventus adflavit. Aerae granum minimum 156

3. inchoatum, *F*². 4. maturum, *F*². 5. abortu] *D*²*F*². abortivo, *E*. aboriti, *r*. 8. causis] *F*². causa, *E*. causi, *r*. 9. vermiculi in] vermiculum, *D*¹*E**F*¹. 11. spica e] *ego*. spica, *F*². spicae, *rv*. pluviis, *F*². pluvis, *F*¹. calore] *F*. calor, *r*. 12. cantharidis, *C*. 14. his] *F*². trans, *E*. tis, *r*. 15. a partu] *D*². q partu, *D*¹. quartu, *F*¹. quarto, *E*. om. *F*². 18. panico] *F*². panifico, *r*. 25. onerata, *F*². hoc onerata, *E*. honerata, *r*. 26. urica, *E*. 28. ervum] *d*. herbum, *r*. orobachae, *D*². orobrechae, *D*¹. orobreche, *E*. orebraehae, *F*¹. orobrachae, *F*². 29. haera, *DF*². hera, *F*¹. herba, *E*. 30. pelecinum] *d*. peliceum, *r*. 31. hae] *d*. hac, *r*. 32. terramum, *C*. 33. aerae] *d*. here, *r*. minime, *DF*.

est in cortice aculeato. cum est in pane, celerrime vertigines facit, aiuntque in Asia et Graecia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id semen inicere. nascitur et phalangion in ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit. limaces nascuntur in vicia, et aliquando e terra cocleae minutae mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem fere hi sunt.

157 (45.) Remedia eorum quaecumque pertinent ad herbas in sarculo et, cum semen iactatur, cinere. quae vero in semine et circa radicem consistunt praecedente cura caventur. Vino ante semina perfusa minus aegrotare existimant. Vergilius nitro et amurca perfundi iubet fabam. sic etiam grandescere pro-
158 mittit. quidam vero, si triduo ante satum urina et aqua maceretur, praecipue adolescere putant. ter quidem saritam modium fractae e modio solidae reddere, reliqua semina cupressi foliis tuis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia, nec si interlunio serantur. multi ad mili remedia rubetam noctu arvo circumferri iubent prius quam sariatur, defodique in medio inclusam fictili. ita nec passerem nec vermes nocere, sed eruedam prius quam metatur, alioquin amarum fieri. quin et armo
159 talpae contacta semina uberiora esse. Democritus suco herbae quae appellatur aizoum, in tegulis nascens, ab aliis *hypogaesum*, Latine vero sedum aut digitillum, medicata seri iubet omnia semina. vulgo vero, si dulcedo noceat et vermes radicibus inhaereant, remedium est amurca pura ac sine sale spargere, dein sarire, si in articulum seges ire coeperit, runcare, ne
160 herbae vincant. Pestem a milio atque panico, sturnorum passerumve agmina, scio abigi herba cuius nomen ignotum est, in quattuor angulis segetis defossa, mirum dictu, ut omnino nulla avis intret. mures abiguntur cinere mustelae vel felis diluto et semine sparso vel decoctarum aqua. sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. ob id felle bubulo semina attingi
161 utilius putant. Rubigo quidem, maxima segetum pestis, lauri ramis in arvo defixis transit in ea folia ex arvis. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat, et depastae quidem vel saepius nullam in spica iniuriam sentiunt. retonsarum etiam semel omnino certum est granum longius fieri et inane cassumque ac satum non nasci. Babylone tamen bis

4. hervo, *E.* herbo, *r.* 13. praecipue] *F*². praecipuos, *E.* praecipuus, *r.* sartam, *E.* satam, *r.* 15. non] *d.* nunc, *r.* obnoxia] *D*². subnoxia, *r.* 16. mili] *d.* melio, *F*¹. milia, *r.* 21. aizoum] *D*². aizum, *r.* ab aliis] *D*². tabulis, *E.* tabalis, *r.* hypogaeson, *Urlichs vind.*-358. aesum, *C.* 23. ulcedo, *D.* 35. 36. retonsarum] *d.* retusarum, *r.* 37. crassumque, *E*². cascumque, *D*¹*F*¹.

secant, tertium depascunt, alioquin folia tantum fierent. Sic 162
quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit eximia ferti-
litas soli, diligentioribus verum cum centesimo. neque est cura
difficilis quam diutissime aqua rigandi, ut praepinguis et densa
5 ubertas diluatur. limum autem non invehunt Euphrates Tigris-
que sic ut in Aegypto Nilus, nec terra ipsa herbas gignit. ubertas
tamen tanta est ut sequente anno sponte restibilis fiat seges
inpressis vestigio seminibus. quae tanta soli differentia admonet
terrae genera in fruges describere.

(46.) Igitur Catonis haec sententia est: in agro crasso et 163
laeto frumentum seri, si vero nebulosus sit idem, raphanos,
miliun, panicum. in frigido vel aquoso prius serendum, postea
in calido, in solo autem rubricoso vel pullo vel harenoso, si
non sit aquosum, lupinum, in creta et rubrica et aquosiore
15 agro adorem, in sicco et non herboso nec umbroso triticum,
in solo valido fabam, viciam vero quam minime in aquoso herbi- 164
doque, siliginem et triticum in loco aperto et edito qui sole
quam diutissime torreatur, lentem in rudecto et rubricoso qui
non sit herboidus, hordeum in novali et in arvo quod restibile
20 possit fieri, trimestre ubi sementem maturam facere non possit
et cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis et illa sententia: 165
serenda ea in tenuiore terra quae non multo indigent suco, ut
cytisus et cicere excepto legumina quae velluntur e terra, non
subsecantur — unde et legumina appellata, quia ita leguntur —
25 in pingui autem quae cibi sunt maioris, ut olus, triticum, siligo,
linum. sic ergo tenue solum hordeo dabitur — minus enim
alimenti radix poscit —, lenior terra densiorque tritico. in 166
loco umido far adorem potius quam triticum seretur, tempe-
rato et triticum et hordeum. colles robustius sed minus reddunt
30 triticum. far, siligo et cretosum et uliginosum solum patiuntur.

18. Ex frugibus ostentum semel, quod equidem invenerim,

2. quinquagesimo] quintodecimo, *C*, sed cf. v. 3. 2. 3. eximia fertili-
tas] *D*². exilitas, *r*. 3. soli] soli cum venum, *F*¹. soli cum, *r*. verum]
E. vero, *D*². venus, *F*¹. venum, *r*. centesimo] *Hard*. centesimo quin-
quagesimo, *C*. 6. terrae ipsi, *F*². ubertates, *F*². ubertatis, *E*.
7. tanta est ut] *D*². tantae (tante, *E*) sunt, *r*. sponte] sponte ut, *F*².
11. sit] *F*². est sit, *r*. raphanus, *DF*¹. raphanum, *E*. 12. vel]
*F*². om. *r*. 16. in aquoso] *E*. aquoso, *r*. 17. et edito] *F*². edito, *r*. sole]
*D*². sale, *r*. 18. rudecto] *Pint*. fructecto, *C*. 22. seranda, *DF*.
suco] *E*. sumptu, *F*². suctu, *r*. 23. cicere excepto legumina] *Ur-*
sinus. cicer exceptis leguminibus, *C*. 24. subsecuntur, *EF*. 25. cibi]
curae, *F*². olus] *E*. olo, *D*². om. *F*². olu, *r*. 28. humido, *Ursinus*,
humili, *C*. 30. cretosum et uliginosum solo, *F*². patiuntur] *D*². serun-
tur, *F*². satiuntur, *r*. 31. Ex] *ego*. et, *C*. invenerim] *F*². invenerit, *r*.

accidit P. Aelio Cn. Cornelio cos., quo anno superatus est Hannibal. in arboribus enim tum nata produntur frumenta.

167 (47.) Et quoniam de frugum terraeque generibus abunde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Aegypti facilitate commemorata. Nilus ibi coloni vice fungens evagari
5,57 incipit, ut diximus, solstitio a nova luna, primo lente, dein vehementius, quamdiu in leone sol est. mox pigrescit in virginem transgresso atque in libra residit. si XII cubita non
168 excessit, fames certa est, nec minus si XVI exsuperavit. tanto enim tardius decedit quanto abundantius crevit, et sementem arcet. vulgo credebatur a decessu eius serere solitos mox sues
169 impellere vestigiis semina deprimentis in madido solo, et credo antiquitus factitatum, nunc quoque non multo graviore opera; sed tamen inarari certum est abiecta prius semina in limo
degressi amnis. hoc fit Novembri mense incipiente, postea pauci runcant — botanismon vocant — reliqua pars non nisi cum falce arva visit paulo ante kal. Apriles. peragitur autem
messis mense Maio, stipula numquam cubitali, quippe sabulum
170 subest granumque limo tantum continetur. Excellentius Thebaidis regioni frumentum, quoniam palustris Aegyptus. similis ratio, sed felicitas maior, Babyloniae Seleucia, Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat, cum multifariam in Italia octoni boves ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturae, sed in hac maxime valet oraculum illud: quid
171 quaeque regio patiatur.

171 (48.) Vomerum plura genera: culter vocatur inflexus praedensam priusquam proscindatur terram secans futurisque sulcis vestigia praescribens incisuris quas resupinus in arando mordeat vomer. alterum genus est volgare rostratum uti vectis. tertium in solo facili non toto porrectum dentali, sed exigua
172 cuspede in rostro. latior haec quarto generi et acutior in mucronem fastigata eodemque gladio scindens solum et acie laterum radices herbarum secans. non pridem inventum in

6. solstitio a] *Ianus*. a solstitio aut, *E*. solsticitaut, *F*¹. solstitio, *F*².
primo] *d*. oprimo, *F*¹. a primo, *r*. 8. residit] *Sillig*. residet, *C*.
9. exsuperavit] *d*. exsuperabit, *r*. 11. arget, *F*¹. arcere, *F*². a] *d*.
ac, *r*. 12. in] et, *E*. 13. graviora, *E*. 17. peragitur, *EF*¹.
18. mense] *d*. *om*. *r*. 19. excellentius] *d*. excellentibus, *r*. 23. arat]
d(?). *om*. *r*. 25. hac] *d*. *ac*, *E*. hac quidem, *F*. illud] *d*. *om*. *F*¹.
illum, *r*. 26. quaeque] quae, *C*. 27. inflexus] *Sillig*. infelix, *C*.
28. prius, *EF*¹. 30. rostratum] *F*. rostra, *E*. 31. non] *F*². nec, *r*.
33. gladio] *d*. glandio, *r*. 34. secant, *C*.

Raetia Galliae ut duas adderent tali rotulas, quod genus vo-
cant plaumorati. cuspis effigiem palae habet. Serunt ita non 173
nisi culta terra et fere nova. latitudo vomeris caespites versat.
Semen protinus iniciunt cratesque dentatas supertrahunt. nec
sarienda sunt hoc modo sata, sed protelis binis ternisque sic
arant. uno boum iugo censerī anno facilis soli quadragena
iugera, difficilis tricena iustum est.

19. (49.) [1] In arando magnopere servandum est Catonis 174
oraculum: quid est bene agrum colere? bene arare.
quid secundum? arare. quid tertium? stercorare.
sulco vario ne ares. tempestive ares. Tepidioribus
locis a bruma proscindi arva oportet, frigidioribus ab aequinoctio
verno, et maturius sicca regione quam umida, maturius densa
terra quam soluta, pingui quam macra. ubi siccae et graves 175
aestatis, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium et
autumni aequinoctium aratur, ubi leves aestus, frequentes imbres,
pingue herbosumque solum, ibi mediis caloribus. altum et grave
solum etiam hieme moveri placet, tenue valde et aridum paulo
ante sationem. [2] Sunt et his suae leges: lutosam terram 176
ne tangito. vi omni arato, prius quam ares proscin-
dito. Hoc utilitatem habet, quod inverso caespite herbarum
radices necantur. quidam utique ab aequinoctio verno proscindi
volunt. quod vere semel aratum est a temporis argumento
vervactum vocatur. hoc in novali aeque necessarium est. novale
est quod alternis annis seritur. Araturos boves quam artissime 177
iungi oportet, ut capitibus sublatis arent — sic minime colla
contundunt; si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrantur,
ne germinum tenera praecerpant — securiculam in stiva pendere
qua intercidantur radices — hoc melius quam convelli aratro
bovesque luctari — in arando versum peragi nec strigare in
actu spiritus. Iustum est proscindi sulco dodrantali iugerum 178
uno die, iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli, si minus,
proscindi semissem, iterari assem, quando et animalium labori
natura leges statuit. Omne arvum rectis sulcis, mox et obliquis
subigi debet. in collibus traverso tantum monte aratur, sed

1. ut] *d. om. r.* tali] *ali, F¹. alii, r.* 2. habent, *C.* 3. culta
terra] *cultra tatra, E¹. cultatratra, r.* 6. facili, *F.* 8. servandum] *d.*
reservandum, r. 9. quod, *E²F².* 10. arare] *Cato r. r. 61. 1. om.*
C. 15. terrae, *EF¹.* 15. 16. et autumnii] *autumni et, C.* 17. medius,
EF¹. 18. tenue] *d. om. r.* 19. sationem] *d. sationum, r.* his]
Urlichs. vind. 360. hic, C. 20. vi] *d. ut, r.* ares] *d. aras, r.*
24. aeque] *F². atque, r.* est] *om. E.* 27. capistrantur] *F². capistratu,*
F¹. capistrati, E. capistrari, d. 28. securiculam] *d. sericulam, r.*
in stiva] *Pint. insitivam, C.*

modo in superiora modo *in* inferiora rostrante vomere, tantumque
 est laboris homini ut etiam boum vice fungatur. certe sine hoc
 179 animali montanae gentes sarculis arant. Arator nisi incurvus
 praevaricatur. inde tralatum hoc crimen in forum. ibi utique
 caveatur ubi inventum est. Purget vomerem subinde stimulus
 cuspidatus rallo. scamna inter duos sulcos cruda ne relinquatur,
 glaebae ne exultent. Male aratur arvum quod satis frugibus
 occandum est. id demum recte subactum erit ubi non intel-
 legitur utro vomer ierit. In usu est et collicias interponere,
 si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam educant.
 180 20. [3] Aratione per transversum iterata occatio sequitur,
 ubi res poscit, crate vel rastro, et sato semine iteratio, haec
 quoque, ubi consuetudo patitur, crate contenta vel tabula aratro
 adnexa — quod vocant lirare — operianturque semina, *unde*
 181 primum appellata deliratio est. Quarto seri sulco Vergilius
 existimatur voluisse, cum dixit optimam esse segetem quae bis
 soles, bis frigora sensisset. spissius solum, sicut plerumque in
 Italia, quinto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono. at
 fabam et viciam non proscisso serere sine damno compendium
 182 operae est. [4] Non omittemus unam etiam arandi rationem
 in transpadana Italia bellorum iniuria excogitatam. Salassi cum
 subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque
 iam excrescens temptavere. postquam respuebat natura, inararunt.
 at illae messes multiplicatae docuere quod nunc vocant artrare,
 id est aratrare, ut credo tunc dictum. hoc fit vel incipiente
 183 culmo, cum iam is ad bina ternave emiserit folia. Nec recens
 subtrahemus exemplum in Treverico agro tertio ante hunc
 annum conpertum. nam cum hieme praegelida captae segetes
 essent, reseverunt etiam campos mense Martio uberrimasque
 messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera
 frugum.

184 21. (50.) Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato,
 sarito, runcato quibus dictum erit diebus. singulae operae cuique
 generi in iugero sufficient. Sarculatio induratam hiberno rigore
 soli tristitiam laxat temporibus vernis novosque soles admittit.
 qui sariet caveat ne frumenti radices subfodiat. triticum, semen,

1. in] *om.* C. 2. labori, C. 4. ubique, C 7. frugibus] *d.*
 frugilius, *r.* 11. transversum] *d.* tracta versum, *r.* sequitur] *d.* se-
 ritur, *r.* 14. operianturque semina] *ego.* operientis (*operientes, F*) se-
 mina operianturque, C. unde] *om.* C. 17. figura, *E.* 21. Salassi]
Hard. salsasi, C. 26. is] *si,* C. ad] *d.* at, *F.* aut, *E.* recens]
d. recessis, *F.* recisis, *E.* 28. praegelidae, *E.* pregelide, *F.* 29. etiam]
d. et scient, *r.*

hordeum, fabam bis sarire melius. Runcatio, cum seges in 185
 articulo est, evolsis inutilibus herbis, frugum radices vindicat
 segetemque discernit a caespite. Leguminum cicer eadem quae
 far desiderat: faba runcari non gestit, quoniam evincit herbas.
 5 lupinum occatur tantum. milium et panicum occatur et saritur,
 non iteratur, non runcatur. silicia et *phasioli* occantur tantum.
 Sunt genera terrae quorum ubertas pectinari segetem in herba 186
 cogat — cratis et hoc genus dentatae stilis ferreis —, eademque
 nihilominus et depascuntur. quae depasta sunt sarculo iterum
 10 excitari necessarium. at in Bactris, Africa, Cyrenis omnia haec
 supervacua fecit indulgentia caeli, et a semente non nisi messibus
 in arva redeunt, quia siccitas coercet herbas, fruges nocturno
 tantum rore nutriente. Vergilius alternis cessare arva suadet. 187
 si patiantur ruris spatia, utilissimum procul dubio est. quod si
 neget condicio, far serendum unde lupinum aut vicia aut faba
 sublata sint et quae terram faciunt laetiores. in primisque et
 hoc notandum, quaedam propter alia seri obiter, si parum
 proveniunt, — *priore* diximus volumine, ne eadem saepius 17, 56
 dicantur — plurimum enim refert soli cuiusque ratio.

22. (51.) Civitas Africae in mediis harenis petentibus 188
 Syrtis Leptimque Magnam vocatur Tacape, felici super omne
 miraculum riguo solo. ternis fere milibus passuum in omnem
 partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis
 dispensatur inter incolas. palmae ibi praegrandi subditur olea,
 25 huic ficus, fico punica, illi vitis, sub vite seritur frumentum,
 mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omniaque aliena
 umbra aluntur. quaterna cubita eius soli in quadratum, nec ut 189
 a porrectis metiantur digitis sed in pugnum contractis, quaternis
 denariis venundantur. super omnia est bifera vite bis anno
 30 vindemiare. et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereant
 luxuria singuli fructus. nunc vero toto anno metitur aliquid,
 constatque fertilitati non occurrere homines. Aquarum quoque 190
 differentia magna riguis. Est in Narbonensi provincia nobilis
 fons Orgae nomine. in eo herbae nascuntur in tantum expetitae
 35 bubus ut mersis capitibus totis eas quaerant. sed illas in aqua

1. seges] *d.* sex, *F.* sexto, *E.* 2. est, evolsis] esse in molsis, *C.*
 5. occatur] *F*². vocatur, *r.* 6. sicilia, *E.* fasioli, *C.* 8. cratis]
d. gratis, *r.* 11. supervacua] superi aquae (aque, *F*)*C.* messibus] *d.*
 mensibus, *r.* 12. arva] *Hard.* area, *F.* aream, *E.* 13. tantum] *Pint.*
 tectum, *C.* nutriente] *ego.* nutriens, *C.* 14. ruris] *d.* ruri, *r.*
 18. proveniunt — *priore*] *ego.* provenire, *C.* 20. patentibus, *E.*
 21. magna, *C.* 23. sed] sed et, *C.* 24. praegnantis, *d.* pregnantis, *r.*
 25. illi] *d.* illis, *r.* 30. pereat, *E.* 31. fructus] si ructus, *C.*
 35. aquas, *C.*

nascentis certum est non nisi imbribus ali. ergo suam quisque terram aquamque noverit.

17, 36
191 23. (52.) Si fuerit illa terra, quam appellavimus teneram, poterit sublato hordeo seri milium, eo condito rapa, his sublatis hordeum rursus vel triticum, sicut in Campania, satisque 5 talis terra aratur, cum saritur. alius ordo ut, ubi adorem fuerit, cesset quattuor mensibus hibernis et vernam fabam recipiat ita ut ante hiemalem ne cesset. nimis pinguis alter-nari potest. ita fit ut frumento sublato legumen tertio seratur, gracilior et in annum tertium cesset. frumentum seri quidam 10 vetant nisi in ea quae proximo anno quieverit.

192 (53.) Maximam huius loci partem stercorationis optinet
17, 50 ratio, de qua et priore diximus volumine. hoc tantum enim in confesso est nisi stercolato seri non oportere, quamquam et huic leges sunt propriae. Milium, panicum, rapa, napos 15 nisi in stercolato ne serito. non stercolato frumentum potius quam hordeum serito. item in novalibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eandem ubicumque quam recentissime stercolato
193 solo. Autumno aliquid saturus Septembri mense fimum inaret post imbrem. utique si verno erit saturus, per hiemen fimum 20 disponat. iustum est vehes XVIII iugero tribui, dispergere autem priusquam ares. at iacto semine, si haec omissa sit sterco- ratio, sequens est priusquam sariatur *ex aviariis seminare*
194 *paratum* ante pulverem. Quod ut hanc quoque curam determi- mus, iustum est *singulis mensibus* singulas vehes fimi defi- 25 nire in singulas pecudes minores, in maiores denas. nisi contingat hoc, male substravisse pecori colonum appareat. Sunt qui optime sterco- rari putent sub diu retibus inclusa pecorum mansione. Ager si non fuerit sterco- ratus, alget, si nimium sterco- ratus est, aduritur, satiusque est id saepe quam supra 30 modum facere. quo calidius solum est, eo minus addi ster- coris ratio est.

4. rapae, F². 6. saritur] Strack. seritur, C. 8. recipi, C.
ita] uta, F. ne cesset] nec exiet, C. 9. ut] om. E. 10. in] F². om. r. 11. in] sin, EF¹. 12. optinet] d. optinet (optinent, F²)
et, r. 14. conpessum, C. 15. hic, F. napos] F². napus, r.
16. ne] F¹. non, F². om. E. serito] ego. seritur, C. 19. inarguet, C.
21. disponat] d. disponant, C. vehis, d. veges, r. 22. at] F. aut, E. iacto] F². iactu, E. iatu, F¹. omissa] d. commissa, r.
23. 24. sariatur — paratum] Urlichs vind. 362. sariat, d. at, F¹. sariat, r.
25. singulis mensibus] Ianus coni. praef. p. XX. om. C. ve- his] d(?). veies, r. 26. definire] ego. denario ire, C. 27. male] d. mala, r. 29. fuerit] om. E. sterco- ratus] F². sterco- ratur, E. serco- ratur, F¹.

24. (54.) Semen optimum anniculum, bimum deterius, 195
 trimum pessimum, ultra sterile; et omnium definita generatio
 est: quod in ima area subsedit ad semen reservandum est, id
 enim optimum, quoniam gravissimum, neque alio modo utilius
 5 discernitur. quae spica intervalla seminum habebit abicietur.
 optimum granum quod rubet et dentibus fractum eundem
 habet colorem, deterius cui plus intus albi est. Certum terras 196
 alias plus seminis recipere, alias minus, religiosumque inde
 primum colonis augurium: cum avidius accipiat, esurire credi-
 10 tur et comesse semen. Sationem locis umidis celerius fieri
 ratio est, ne semen imbre putrescat, siccis serius, ut pluviae
 sequantur, ne diu iacens atque non concipiens evanescat, item-
 que festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipi-
 15 piat, serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis 197
 quoque cuiusdam est aequaliter spargere. manus utique con-
 gruere debet cum gradu semperque cum dextro pede sit, quo-
 rundam quoque occulta ratione quod fors genialis atque fecunda
 est. Non transferendum esse ex frigidis locis semen in calida,
 neque ex praecocibus in contrarium praecepere quidam falsa
 20 diligentia.

(55.) Serere in iugera temperato solo iustum est tritici 198
 aut siliginis modios V, farris aut seminis, quod frumenti genus
 ita appellamus, X, hordei VI, fabae quinta amplius quam tritici,
 viciae XII, ciceris et cicerculae et pisi III, lupini X, lentis
 25 III — sed hanc cum fimo arido seri volunt, — ervi VI, sili-
 ciae VI, passiolorum IIII, pabuli XX, milii, panici sextarios IIII,
 pingui solo plus, gracili minus. Est et alia distinctio: in denso 199
 aut cretoso aut uliginoso tritici aut siliginis modios VI, in
 soluta terra et sicca et laeta IIII. macrum enim solum, nisi
 30 rarum culmum habeat, spicam minutam facit et inanem.
 pingua arva ex uno semine fruticem numerosum fundunt den-
 samque segetem ex raro semine emittunt. ergo inter quattuor 200
 et sex modios pro natura soli quinto minus seri plusve prae-
 cipiunt, item in consito aut clivoso ut in macro. Hoc pertinet

2. sterile] *F*². sterilem, *r*. et] *ego*. et in imo, *EF*. et in uno, *d*.
 5. discernitur] *codd. Gel.* dispertitur, *C*. seminum] *ego*. semina,
C. 7. deterius] *d. om.* *r*. 10. cum esse, *C*. 11. ne] *F*². nec, *r*.
 14. nocetur, *E*. 16. dextro] *d.* dextrao, *r*. *dist. ego*. 16. 17. quo-
 rundam quoque] *ego*. quoque quorundam, *C*. 17. fecunda] *pecuda*, *C*.
 18. esse] *F*². est, *r*. 19. in] *F*². nihilque in, *r*. praecipere, *EF*¹.
 29. macrum] *F*². macies, *r*. 30. habet, *EF*¹. 31. seminis radice,
E. 32. omittunt, *C*. 33. pro] *d.* po, *r*. quinto] *Ianus*. quinta,
C. plusve] *d.* plurisve, *E*. pluresve, *F*. 34. ut] *F*. aut, *E*.

oraculum illud magno opere custodiendum: Segetem ne defruges. adiecit his Attius in Praxidico, ut sereretur, cum luna esset in ariete, geminis, leone, libra, aquario, Zoroastris sole scorpionis duodecim partes transgresso, cum luna esset in tauro.

- 201 (56.) Sequitur huc dilata et maxima indigens cura de tempore fruges serendi quaestio, magna ex parte ratione siderum conexa, quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentis exponemus. Hesiodus, qui princeps hominum de agricultura praecepit, unum tempus serendi tradidit a vergiliarum occasu. scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita seri diximus. Inter diligentissimos convenit, ut in alitum ⁴⁹quadripedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus et terrae. hoc Graeci ita definiunt, cum sit calida et umida. Vergilius triticum et far a vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter aequinoctium autumnii et brumam, viciam vero et passiolos et lentem boote occidente. quo fit ut horum siderum aliorumque exortus et occasus digerendi sint in suos dies.
- 203 Sunt qui et ante vergiliarum occasum seri iubeant, dumtaxat in arida terra calidisque provinciis, custodiri enim semen, cor-rumpente umore, et a proximo imbri uno die erumpere; alii statim ab occasu vergiliarum, sequi imbres a septimo fere die; aliqui in frigidis ab aequinoctio autumnii, in calidis serius, ne ante hiemem luxurient. Inter omnes autem convenit circa brumam serendum non esse, magno argumento, quoniam hi-berna semina, cum ante brumam sata sint, septimo die erumpant, si post brumam, vix quadragesimo. sunt qui properent atque ita pronuntient, festinatam sementem saepe decipere, serotinam semper. e contrario alii vel vere potius serendum quam malo autumno, atque ubi fuerit necesse, inter favonium et vernum aequinoctium. quidam omissa caelesti subtilitate temporibus definiunt: vere linum et avenam et papaver atque, uti nunc etiam transpadani servant, usque in quinquatrus, fabam, siliginem Novembre mense, far Septembri extremo usque in idus Octobres, alii post hunc diem in kal. Novembris. ita his nulla naturae cura est, illis nimia, et ideo caeca sub-

2. attius] *d.* artius, *r.* 7. serendi] *F*². servendi, *F*¹. servandi, *E*.
 9. priceps, *F*¹. primus, *F*². 10. praecipit, *EF*¹. 16. vero et] *F*. vero, *E*. 17. quo] *F*². que, *F*¹. qua, *E*. 18. digerendi] *Barb.* diregendi, *F*¹. dirigendi, *r.* 26. ante] manente, *F*. 27. bruma, *F*².
 31. omissa] *F*². emissa, *r.* caelestis, *F*. subtilitate] *F*². subli-tate, *F*¹. suititate, *E*. 32. temporis, *F*². definiunt] *F*¹. deficiunt, *E*. serunt, *F*². 33. etiam] *om.* *F*. serunt, *F*².

tilitas, cum res geratur inter rusticos litterarumque expertes, non modo siderum. Et confitendum est caelo maxime con- 206 stare ea, quippe Vergilio iubente praedisci ventos ante omnia ac siderum mores, neque aliter quam navigantibus servari. spes ardua et immensa misceri posse caelestem divinitatem imperitiae rusticae, sed temptanda tam grandi vitae emolumento. prius tamen sideralis difficultas, quam sensere etiam periti, subicienda contemplationi est, quo deinde laetior mens discedat a caelo et facta sentiat quae futura praenosci non possint.

25. (57.) Primum omnium dierum ipsorum anni solisque 207 motus prope inexplicabilis ratio est, ad CCCLXV adiciente anno intercalario diei noctisque quadrantes. ita fit ut tradi non possint certa siderum tempora. accedit confessa rerum obscuritas, nunc praecurrente nec paucis diebus tempestatum significata, quod *προχειμάζειν* Graeci vocant, nunc postveniente, quod *ἐπιχειμάζειν*, et plerumque alias prius alias tardius caelesti effectum ad terram deciduo, vulgo serenitate reddita confectum sidus audimus. Praeterea cum omnia haec statis sideribus caeloque adfixis constant, interveniunt motu stellarum 208 grandines, imbres et ipsi non levi effectum, ut docuimus, turbantque conceptae spei ordinem. idque, ne nobis tantum putemus accidere, et reliqua fallit animalia sagaciora circa hoc, 152 ut quo vita eorum constet, aestivasque alites praeposteri aut praeproperi rigores necant, hibernas aestus. ideo Vergilius 209 errantium quoque siderum rationem ediscendam praecipit, admonens observandum frigidae Saturni stellae transitum. sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis papilionis. id eo ipso anno cum commentaremur haec notatum est, proventum eorum ter repetito frigore extinctum, advenasque volucres a. d. VI. kal. Febr. spem veris adtulisse mox saevissima hieme conflictatas. Res anceps: pri- 210 mum omnium a caelo peti legem, deinde eam argumentis esse quaerendam. super omnia est mundi convexitate terrarumque globo differentia, eodem sidere alio tempore aliis ape-

5. et] *om. F.* 6. rusticae] *cod. Tol. om. C.* tentanda, *codd. Gel. templanda, F. contemplanda, E.* 8. contemplationi] *d. contemplationis, r.* 9. foeta, *F.* 11. adiciente anno] *ego. adicient eam (etiam, E) non, C.* 13. posset, *F.* confusa, *E.* 15. postveniente] *d. postvenientem, r.* 16. quod] *E. om. F.* prius] *ego. erius, C.* alias] *d. alia, r.* 16. 17. caelesti] *d. caeli, r.* 20. grandinum imbrum, *C.* 21. ne] *om. C.* 23. praepostere, *C.* 24. praeproperere, *d. pro- pere, E. prope, F.* negante, *d. necante, r.* 28. papilionis] *d. pas- sionis papilionis, r.* 29. eorum] *d. quorum, r.* 33. convexitate] *F².* convexitatis, *F¹.* convexitas, *E.* 34. globo] *F².* globi, *r.*

riente se gentibus, quo fit ut causa eius non isdem diebus
 ubique valeat. addidere difficultatem et auctores diversis in
 locis observando, mox etiam in isdem diversa prodendo. tres
 211 autem fuere sectae, Chaldaea, Aegyptia, Graeca. his addidit
 quartam apud nos Caesar dictator annos ad solis cursum redi-
 gens singulos Sosigene perito scientiae eius adhibito. et ea
 ipsa ratio postea conperto errore correctata est ita ut duodecim
 212 morari qui prius antecedebat. et Sosigenes ipse trinis commen-
 tationibus, quamquam diligentior ceteris, non cessavit tamen
 addubitare ipse semet corrigendo. auctores prodidere ea quos
 praetexuimus volumini huic, raro ullius sententia cum alio
 congruente. minus hoc in reliquis mirum, quos diversi excu-
 213 saverint tractus. eorum qui in eadem regione discedere, unam
 discordiam ponemus exempli gratia: occasum matutinum ver-
 giliarum Hesiodus — nam huius quoque nomine exstat astro-
 logia — tradidit fieri, cum aequinoctium autumnii conficeretur,
 Thales XXV die ab aequinoctio, Anaximander XXX, Euctemon
 214 XLVIII, Eudoxus XLVIII. nos sequimur observationem Cae-
 saris maxime, haec erit Italiae ratio. dicemus autem et alio-
 rum placita, quoniam non unius terrae sed totius naturae
 interpretes sumus, non auctoribus positis — id enim verbosum
 est — sed regionibus. legentes tantum meminerint brevitatis
 gratia, cum Attica nominata fuerit, simul intellegere Cycla-
 215 das insulas, cum Macedonia, Magnesian, Threcciam, cum
 Aegyptus, Phoenicen, Cyprum, Ciliciam, cum Boeotia, Locridem,
 Phocidem et finitimos semper tractus, cum Hellespontus, Cher-
 sonesum et continentia usque Atho montem, cum Ionia, Asiam
 et insulas Asiae, cum Peloponnesus, Achaia et ad vesperam
 216 iacentis terras. Chaldaei Assyriam et Babyloniam demonstrabunt.
 Africam, Hispanias, Gallias sileri non erit mirum, nemo enim ea
 observavit ex his qui proderent siderum exortus. non tamen
 difficili ratione dinoscentur in illis quoque terris digestionem cir-

5. quartam] *cod. Tol.* quartum, *C.* cursum] *E.* circum, *F.*
 6. singulos] *figulo, C.* sosigene] *d.* sozigine, *r.* peritos, *C.*
 adhibitos, *C.* 7. conperto, *C.* ut] *om. C.* 9. sosigenes] *d.* so-
 zigines, *r.* 10. quamquam] *d.* quandam, *r.* 12. sententia] *d.* senten-
 tia, *E.* sententiae, *F.* 14. eorum] *F*². earum, *r.* discedere] *d.* dissi-
 dere, *r.* 18. XXX] *F*². XI. XX, *r.* 19. XLVIII, Eudoxus] *Boeckh, über*
die vierjährigen Sonnenkreise p. 86. om. C. 20. *dist. Ianus.*
 23. regionibus] *cod. Tol.* legionibus, *C.* 30. chaldai, *E.* chaldei, *F*¹.
 chaldeam, *F*². cassiriam, *E.* assiriam, *F*¹. syriam, *F*². 31. gallicas,
E. gallicos, *F.* ea] *F*². *om. r.* 32. observavit] *d.* observabit,
r. ex his] *F*². in his, *E.* *om. F*¹. proderent] *F*². proderet, *r.*

culorum quam in sexto volumine fecimus, qua cognatio caeli 217
 non gentium modo verum urbium quoque singularum intelle- 6, 212
 gitur. ergo ex iis terris quas nominavimus sumpta convexitate 218
 circuli pertinentis ad quas quisque quaeret terras idem erunt
 siderum exortus per omnium circulorum pares umbras. indi-
 candum et illud, tempestates ipsas cardines suos habere qua-
 drinis annis, et easdem non magna differentia reverti ratione
 solis, octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se luna.

(58.) Omnis autem ratio observata est tribus modis, ex- 218
 ortu siderum occasuque et ipsorum temporum cardinibus.
 exortus occasusque binis modis intelleguntur. aut enim ad-
 ventu solis occultantur stellae et conspici desinunt, aut eiusdem
 abscessu proferunt se. emersum hoc melius quam exortum
 consuetudo dixisset, et illud occultationem potius quam occa-
 sum. alio modo, quo die incipiunt apparere vel desinunt, 219
 oriente sole aut occidente, matutini vespertinive cognominati,
 prout alteruter eorum mane vel crepusculo contingit. dodran-
 tes horarum cum minimum intervalla ea desiderant ante solis
 ortum vel post occasum, ut aspici possint. praeterea bis quae-
 dam exoriuntur et occidunt, omnisque sermo de iis est stellis
 quas adhaerere caelo diximus. 2, 7
 220

(59.) Cardines temporum quadripertita anni distinctione
 constant per incrementa lucis. augetur haec a bruma, et ae-
 quatur noctibus verno aequinoctio diebus XC horis tribus. dein
 superat noctem ad solstitium diebus XCIII horis XII, ** us-
 que ad aequinoctium autumnii, et tum aequata die procedit ex
 eo ad brumam diebus LXXXVIII horis tribus, [horae nunc in 221
 omni accessione aequinoctiales, non cuiuscumque diei, signi-
 ficantur] omnesque eae differentiae fiunt in octavis partibus
 signorum, bruma capricorni a. d. VIII kal. Ian. fere, aequinoc-
 tiam vernum arietis, solstitium cancri, alterumque aequinoc-
 tium librae, qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum
 significatus habent. rursus hi cardines singulis etiamnum ar- 222
 ticularum temporum dividuntur, per media omnes dierum spatia,
 quoniam inter solstitium et aequinoctium autumnii fidiculae oc-

1. cognitio, *F*². 6. cardines] *Pint.* arbores, *C*. 9. aratio, *EF*¹.
 13. emersum] *ir emersum*, *F*². in hemersum, *r*. 15. alio] *Barb.*
 ullo, *C*. 17. alteruter] *cod. Tol.* alterutri, *C*. contingit] *d.* contigit,
r. 18. desiderant] *d.* desiderat, *r*. 22. cardo, *E*. 23. constant]
*F*². constat, *r*. 24. in diebus, *F*. 25. noctem] *Urlichs. vind.* 364.
 nocte, *C*. 27. 29. *uncos adpinxi*. 28. cuiusque, *F*. diei] *d.* dici,
r. 29. ea, *C*. 30. signorum] *d.* sigulorum, *E*. singulorum, *F*. 33.
 significatos, *EF*².

casus autumnum inchoat die XLVI, at ab aequinoctio eo ad
 brumam vergiliarum matutinus occasus hiemem die XLIII, inter
 brumam et aequinoctium die XLV flatus favoni venum tempus,
 ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVII vergiliarum
 223 exortus matutinus. nos incipiemus a sementibus frumenti, hoc
 est vergiliarum occasu matutino. nec deinde parvorum siderum
 mentione concidenda ratio est et difficultas rerum augenda,
 cum sidus vehemens Orionis isdem diebus longo decidat spatio.
 224 (60.) Sementibus tempora plerique praesumunt et ab XI
 die autumnalis aequinoctii fruges seri iubent, a coronae exortu
 continuis diebus certo prope imbrium promisso, Xenophon non
 antequam deus signum dederit. hoc Cicero noster imbre fieri
 interpretatus est, cum sit vera ratio non prius serendi quam
 225 folia coeperint decidere. hoc ipso vergiliarum occasu fieri
 2, 125 putant aliqui a. d. III idus Novembris, ut diximus, servantque
 id sidus etiam vestis institores, et est in caelo notatu facillimum.
 ergo ex occasu eius de hieme augurantur quibus est
 cura insidiandi, negotiatoris. avaritia nubilo occasu pluviosam
 hiemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia, sereno
 226 asperam, et reliquarum vestium accendunt. sed ille indocilis
 caeli agricola hoc signum habeat inter suos vepres, humumque
 suam aspiciens, cum folia decidere viderit. sic iudicetur anni
 temperies, alibi tardius, alibi maturius. ita enim sentitur ut
 caeli locique adficit natura, idque in hac ratione praecellit,
 quod eadem et in mundo publica est et unicuique loco pecu-
 227 liaris. miretur hoc qui non meminerit ipso brumali die puleium
 in carnariis florere. adeo nihil occultum esse natura voluit,
 et serendi igitur hoc dedit signum. Haec est vera interpre-
 tatio argumenta naturae secum adferens, quippe sic terram
 peti suadet promittitque quandam stercoris vicem et contra
 rigores terram satiusque operiri a se nuntiat ac monet fe-
 stinare.

228 (61.) Varro in fabae utique satu hanc observationem cu-
 stodiri praecepit. alii plena luna serendam, lentim vero a

1. at ab] octaba, *F.* octava, *Ed.* 2. XLIII] *Pint.* XLIII, *C.*
 4. die] *d.* dies, *r.* XLVII] *ego. coll.* §§ 220. 222. XLVIII, *C.* 5.
 exortu matutino, *E.* 7. mentionem, *F.* concidenda] *d.* concidendi, *r.*
 8. decedat, *E.* 10. seri iubent a] *ego.* servitio venta, *F.* servitio
 veniente, *E.* serunt adveniente, *d.* 12. noster] *Dal.* Ñ. R., *C.* 13.
 serendum, *F*². 15. servantque] *d.* servant quō, *E.* servantq̄, *F*¹. seruntq̄,
*F*² 18. *dist.* *ego.* fluviosam, *EF*¹. 22. decidere viderit] *F*².
 decident viderit decidua, *r.* 24. praecellet, *EF*¹. 28. et *om.* *F*².
 30. promittitque] *d.* promittique, *r.* 31. satiusque, *d.* statusque, *F*².
 satiusque, *r.* operiri] *d.* operari, *r.* 33. satu] *d.* statu, *r.*

vicesima quinta ad tricesimam, viciam quoque iisdem lunae diebus. ita demum sine limacibus fore. quidam pabuli causa sic iubent seri, seminis autem vere. Est et alia manifestior ratio mirabiliore naturae providentia, in qua Ciceronis sententiam ipsius verbis subsignabimus:

Iam vero semper viridis semperque gravata

Lentiscus triplici solita est grandescere fetu

Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.

Ex is unum hoc erit idem et lino ac papaveri serendo. 229

Cato de papavere ita tradit: Virgas et sarmenta quae tibi usioni supererunt in segete comburito. ubi eas combusseris, ibi papaver serito. silvestre in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia visque somnifera etiam sativo. Et hactenus de hiberna semente.

26. (62.) Verum ut pariter omnis culturae quoddam bre- 230
viarium peragatur, eodem tempore conveniet arbores stercorare, adcumulare item vineas — sufficit in iugerum opera, — et, si patietur loci ratio, arbusta ac vineas putare, solum seminaris bipalio praeparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, torcular lavare et recondere. A kal. Novemb. gallinis ova sup- 231
ponere nolito, donec bruma conficiatur. in eum diem ternadena subcito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Democritus talem futuram hiemem arbitratur qualis fuerit brumae dies et circa eum terni, item solstitio aestatem. circa brumam plerisque bis septem halcyonum fetura ventorum quiete molliunt caelum. sed et in his et in aliis omnibus ex eventu significationum intellegi sidera debebunt, non ad dies utique praefinitos expectari tempestatum vadimonia.

(63.) Per brumam vitem ni colito. Vina tum defaecari 232
vel etiam diffundi Hyginus suadet a confecta ea septimo die, utique si septima luna competat, cerasa circa brumam seri. bubus glandem tum adspergi convenit in iuga singula modios. largior valetudinem infestat, et quocumque tempore detur, si minus XXX diebus continuis data sit, narrant verna scabie

5. subsignavimus, *EF*¹. 8. fundes, *EF*¹. monstrat arandi] *d.*
monstrari tradit, *F*². monstrata radi, *r.* 9. idem et] *om.* *F*². papa-
veris, *EF*¹. serendi, *E.* 10. qua, *EF*¹. 11. usioni] *Hard.* usui,
*F*². osioni, *F*¹. cisioni, *E.* 12. papaver] *d.* papaverem, *F*². papavere,
r. 17. si] si ibi, *F*². ubi, *dv.* ibi, *r.* 18. 19. seminare bipalia, *F*².
24. fuerint, *F*². et] *om.* *F.* 25. alcionum, *D.* altionum, *r.* 26.
quietem, *C.* molliunt] *D*². mollium, *r.* 29. vitem] *d.* autem, *r.*
ni] *ego.* ne, *d.* in, *r.* 30. eo, *C.* 31. cerasa] caerasia, *D.* caesaria,
F. cesaria, *E.* 33. infesiat, *D*¹*F*¹. infert, *F*².

- 188 poenitere. Materiae caedendae tempus hoc dedimus. reliqua
 233 opera nocturna maxime vigilia constant, cum sint noctes tanto
 ampliores, qualos, cratis, fiscinas texere, faces incidere, ridicas
 praeparare interdiu XXX, palos LX et in lucubratione vespertina
 ridicas V, palos X, totidem antelucano. 5
- 234 (64.) A bruma in favonium Caesari nobilia sidera signi-
 ficant, III kal. Ian. matutino canis occidens, quo die Atticae
 et finitimis regionibus aquila vesperi occidere traditur. pridie
 nonas Ian. Caesari delphinus matutino exoritur et postero die
 235 fidicula, quo Aegypto sagitta vesperi occidit. item ad VI idus 10
 Ian. eiusdem delphini vespertino occasu continui dies hiemant
 Italiae, et cum sol in aquarium sentiatur transire, quod fere
 XVI kal. Feb. evenit. VIII kal. stella regia appellata Tuberoni
 in pectore leonis occidit matutino, et pridie nonas Feb. fidicula
 236 vespere occidit. Huius temporis novissimis diebus, ubicumque 15
 patietur caeli ratio, terram ad rosarum et vineae satum vertere
 bipalio oportet, — iugero operae LXX sufficiunt, — fossas
 purgare aut novas facere, antelucanis ferramenta acuere, ma-
 nubria aptare, dolia quassa sarcire, ovium tegimenta concinnare
 ipsarumque lanas scabendo purgare. 20
- 237 (65.) [1] A favonio in aequinoctium vernum Caesari signi-
 ficat, XIII kal. Mart. triduum varie, et VIII kal. hirundinis
 visu et postero die arcturi exortu vespertino, item III non.
 Mart. — Caesar cancri exortu id fieri observavit, maior pars
 auctorum vindemitoris emersu — VIII idus aquiloni piscis ex- 25
 ortu et postero die Orionis. In Attica milvum apparere ser-
 vatur. Caesar et iduus Mart. ferales sibi notavit scorpionis
 238 occasu, XV kal. vero April. Italiae milvum ostendi, XII kal.
 equum occidere matutino. [2] Hoc intervallum temporis ve- 30
 getissimum agricolis maximeque operosum est, in quo prae-
 cipue falluntur. neque enim eo die vocantur ad munia quo
 favonius flare debeat, sed quo coeperit. hoc acri intentione
 servandum est, hoc illo mense signum deus habet obser-
 239 vatione minime fallaci aut dubia, si quis adtendat. unde autem 35
 spiret is ventus quaque parte veniat, diximus secundo volumine 35
 2, 122 et dicemus mox paulo operosius. interim ab eo die, quisquis
 337

1. caedendae] *F*². caedende, *D*. caedente, *F*¹. cedente, *E*. 2. con-
 stant, *F*². 3. quales, *DF*¹. quale, *F*². piscinas, *D*¹*F*¹. adpiscinas, *F*².
 4. palas, *C*. 5. antelucanum, *E*. 13. regia] regiae venit, *C*.
 14. matutina, *C*. 15. vespere] *F*². vespera, *r*. occidit] *F*². *om.* *r*.
 16. rosarum] *E*. rosariam, *D*. rosaria, *F*. vineae, *F*¹. vineta, *F*².
 satam, *F*². 17. LX, *E*. 19. ovium tegimenta // incinnare (con-
 cinnare, *Ianus*), *D*². *om.* *r*. 25. vindex mitoris, *C*. aquilonis, *C*.
 32. acri] *F*². agri, *r*. 35. secundo] hoc secundo, *F*².

ille fuerit, quo flare coeperit, non utique VI id. Feb., sed sive
 ante, quando praevernat, sive postea, quando posthiemat, tunc
 innumera rusticos cura dstringat et prima quaeque peragantur
 quae differri nequeunt. trimestria serantur, vites putentur qua 240
 5 diximus ratione, oleae curentur, poma serantur inseranturque, 17, 176
 vineae pastinentur, semina digerantur, instaurentur alia, harun-
 dines, salices, genistae serantur caedanturque, serantur vero
 ulmi, populi, *fraxini*, uti dictum est. tum et segetes convenit 241
 purgare, sarire hibernas fruges maximeque far. lex certa in 17, 78
 0 eo, cum quattuor fibrarum esse coeperit, faba vero non ante-
 quam trium foliorum, tunc quoque levi sarculo purgare verius
 quam fodere, florentem utique XV primis diebus non attingere.
 hordeum nisi sicco ne sarito. putationem aequinoctio perac-
 tam habeto. Vineae iugerum quaternae operae putant, alligant
 5 in arbusto singulae operae arbores quindecim. Eodem hoc 242
 tempore hortorum rasariorumque cura est, quae separatim pro- 19 49 sq
 ximis voluminibus dicetur, eodem et topiari. tum optime scro- 21, 14 sq
 bes fiunt. terra in futurum proscinditur Vergilio maxime auc-
 tore, ut glaebas sol excoquat. utiliter sententia quae non nisi
 0 temperatum solum medio vere arari iubet, quoniam in pingui
 statim sulcos occupant herbae, gracili insecuti aestus exsiccant
 omnemque sucum venturis seminibus auferunt. talia autumno
 melius arari certum est. [3] Cato verna opera sic definit: 243
 scrobes fieri seminariis, *vitiaria* propagari, in locis crassis et
 5 umidis ulmos, ficos, poma, oleas seri, prata stercorari luna
 sitiente, quae rigua non erunt, a flatu favoni defendi, purgari,
 herbas malas radicitus erui, ficos interputari, seminaria fieri
 et vetera sarciri, haec antequam vineam fodere incipias. idem-
 que piro florente arare incipias macra harenosaque. postea uti
 0 quaeque gravissima et aquosissima ita postremo arato. Ergo 244
 haec aratio has habebit notas, lentisci primum fructum osten-
 dentis ac piri florentis. erit et tertia in bulborum satu scillae,
 item in coronamentorum narcissi, namque et haec ter florent

2. quando] *d.* quō, *E.* qm̄, *r.* praevernat] *Pint.* praevenerat, *C.*
 quando] *d.* quō, *E.* qm̄, *r.* posthiemat tunc] *ego.* hiemat post diem
 tunc, *F*². hiemat post diemat, *r.* 8. *fraxini*] *Pint.* platani, *C.* 19.
 excoquat] *F*². ecquat, *F*¹. coquat, *D*². eoquat, *D*¹. eo quati, *E.* 21. sul-
 cos] *d.* sulco, *r.* 21. 22. exsiccant centum namque, *F*². exit centum omnem-
 que, *D*². exit centum Nemque (namque, *E*)*r.* 22. auferunt] *F*². auferant,
r. autumno] *F*². autumnii, *r.* 24. seminariis, *vitiaria*] *Ianus.* semi-
 naria, *C.* 25. seri] *d.* om. *r.* 26. defendit, *C.* 27. erui] *d.* serui,
*DF*¹. seri, *r.* interputari] *Pint.* interpurgari, *C.* 28. vineam fodere
 incipias] *Pint.* vinea florere incipiat, *C.* itemque, *F*². 29. incipias]
Sillig. incipiat, *C.* 30. quaeque] *F.* que, *r.*

- primoque flore primam arationem ostendunt, medio secundam, tertio novissimam, quando inter sese alia aliis notas praebent.
- 245 ac non in novissimis cavetur ne fabis florentibus attingatur terra, id enim noxium et exitiale ei est tempus. quaedam vero et suas habent notas, sicuti ficus. cum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent, tunc maxime serendas ficus.
- 246 (66.) [1] Aequinoctium vernum a. d. VIII kal. April. peragi videtur. ab eo ad vergiliarum exortum matutinum Caesari significant kal. April. III non. April. in Attica vergiliae vesperi occultantur, eadem postridie in Boeotia, Caesari autem et Chaldaeis nonis, Aegypto Orion et gladius eius incipiunt abscondi.
- 247 Caesari VI idus significatur imber librae occasu. XIII kal. Mai. Aegypto suculae occidunt vesperi, sidus vehemens et terra marique turbidum. XVI Atticae, XV Caesari continuo quatri-duo significat, Assyriae autem XII kal. hoc est vulgo appellatum sidus Parilicium, quoniam XI kal. Mai. urbis Romae natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit, nimborum argumento hyadas appellantibus Graecis eas stellas, quod *nomen* nostri a similitudine cognominis Graeci propter
- 248 sues inpositum arbitantes, inperitia appellavere suculas. Caesari et VIII kal. notatur dies. VII kal. Aegypto haedi exoriuntur, VI Boeotiae et Atticae canis vesperi occultatur, fidicula mane oritur. V kal. Assyriae Orion totus absconditur, III autem canis. VI non. Mai. Caesari suculae matutino exoriuntur et VIII id. capella pluvialis, Aegypto autem eodem die canis vesperi occultatur. sic fere in VI id. Mai. qui est vergiliarum
- 249 exortus, decurrunt sidera. [2] In hoc temporis intervallo XV diebus primis agricolae rapienda sunt quibus peragendis ante aequinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem foedam putantium vitis per imitationem cantus alitis temporariae quam cuculum vocant. dedecus enim habetur obprobriumque meritum falcem ab illa volucre in vite deprehendi, et ob id petulantiae sales etiam cum primo vere laudantur. auspicio tamen detestabiles videntur. adeo minima quae
- 250 que in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem hoc tempore panici miliique satio est. iustum haec seri ma-

2. alia] alias, *F*². 4. terra] *F*². hедера, *E*. aedera, *D*². acdera, *r*.
 12. significatur] *D*. significat, *r*: 14. 15. quatri-duo] *Pontedera*. que triduo, *C*. 16. paralicium, *DF*. 17. observationi] *d*. observationis, *E*. obsecrationis, *r*. 18. nimborum] *d*. membrorum, *r*. eas] *D*². cas, *D*¹. ca, *r*. 19. nomen] *Ianus. om. C*. 28. praeripienda, *F*². 30. mutationem, *DF*. 31. enim] *om. DF*. 33. et] ut, *F*. ludant, *D*². 36. haec] *F*². hoc, *r*.

turato hordeo. atque etiam in eodem arvo signum illius maturitatis et horum sationis commune lucentes vespere per arva cicindelae — ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero lampyridas, — incredibili benignitate naturae.

27. (67.) [1] Iam vergilias in caelo notabiles caterva fe- 251
cerat. non tamen his contenta terrestres fecit alias veluti vo-
ciferans: cur caelum intuearis, agricola? cur sidera quaeras,
rustice? iam te brevior somno fessum premunt noctes. ecce
tibi inter herbas tuas spargo peculiare stella easque vespera
et ab opere disiungenti ostendo ac, ne possis praeterire, mira-
culo sollicito. videsne ut fulgor igni similis alarum compressa 252
subtegatur secumque lucem habeat et nocte? dedi tibi herbas
horarum indices et, ut ne sole quidem oculos tuos terra avo-
ces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. cur
5 etiamnum altius spectes, ipsumque caelum scrutere? habes ante 253
pedes tuos ecce vergilias. In certis hae diebus proveniunt du-
rantque, sed esse sideris huiusce partum eas certum est.
proinde quisquis aestivos fructus ante illas severit ipse frustra-
bitur sese. hoc intervallo et apicula procedens fabam florere
0 indicat, fabaque florescens eam evocat. dabitur et aliud finiti
frigoris indicium: cum germinare videris morum, iniuriam po-
stea frigoris timere nolito. [2] ergo opera taleas olivarum ponere 254
ipsasque oleas interraderet, rigare prata aequinoctii diebus pri-
mis, cum herba creverit in festucam, arcere aquas, vineam
5 pampinare. et huic lex sua, cum pampini quattuor digitos
longitudine expleverint, — pampinat una opera iugerum —
segetes iterare. saritur diebus XX. ab aequinoctio sartura
nocere et vineae et segeti existimatur. et ovis lavandi hoc
idem tempus est. [3] A vergiliarum exortu significant Caesari 255
0 postridie arcturi occasus matutinus, III id. Mai. fidiculae exor-
tus, XII kal. Iun. capella vesperi occidens et in Attica canis.
XI kal. Caesari Orionis gladius occidere incipit, III non. Iun.
Caesari et Assyriae aquila vesperi oritur, VII id. arcturus ma-
tutino occidit Italiae, III delphinus vesperi exoritur. XVII kal. 256
5 Jul. gladius Orionis exoritur, quod in Aegypto post quatrimum.

1. 2. maturitatis] *F*². maturitatem, *E*. maturitate, *r*. 2. sationis]
*F*². sationi, *r*. 10. disiungenti] *E*. disiungunt, *D*. deiungunt, *F*.
11. conpresse, *E*. conpres, *F*. conpraes, *D*. 12. dedit, *EF*. 13. voces,
C. 15. spectes] *F*². spectas, *E*. spectus, *r*. scrutare, *E*. scrutere
et, *F*². 17. esse] *d*. ere, *E*. ese, *r*. 23. interraderet] *D*². in terra
rede, *F*². interrade, *r*. 27. saritur] seritur, *C*. 30. matutinis, *DF*.
32. III] *Pontedera coll.* § 288. III, *C*. 34. III] VI. et. III. *DF*.
sexto et III. *E*. 35. Jul.] *om.* *C*.

XI kal. eiusdem Orionis gladius Caesari occidere incipit. VIII kal. vero Iul. longissimus dies totius anni et nox brevissima
 257 solstitium conficiunt. [4] In hoc temporis intervallo vineae pampinantur, curatur ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella. oves tondentur, lupinum stercorandi causa vertitur, terra proscinditur, vicia in pabulum secatur, faba metitur, dein cuditur.
 258 28. Prata circa kal. Iun. caeduntur, quorum facillima agricolis cura ac minimi inpendi haec de se postulat dici. Relin- qui debent in laeto solo vel umido vel riguo, eaque aqua pluvia rigari aut publica. utilissimum, si malae herbae, arare, dein cratire, serere florem ex fenilibus, atque e praesepibus feno dilapsum spargere priusquam cratiantur, nec primo anno rigari, nec pasci ante secunda fenisechia, ne herbae vellantur obtrituque
 259 hebetentur. Senescunt prata restituique debent faba in is sata vel rapis vel milio, mox insequente anno frumento rursusque in prata tertio relinqui, praeterea quotiens secta sint siciliri, hoc est quae feniseces praeterierunt secari. est enim in primis inutile enasci herbas sementaturas. Herba optima in prato trifoli, proxima graminis, pessima nummuli siliquam etiam diram ferentis. invisae et equisaeti est, a similitudine equinae saetae.
 260 Secandi tempus, cum spica deflorescere coepit atque roborari. secandum antequam inarescat. Cato: fenum, inquit, ne sero seces. prius quam semen maturum sit *secato*. quidam pridie rigant. ubi non sunt rigua, noctibus roscidis secari melius.
 261 quaedam partes Italiae post messem secant. [5] Fuit hoc quoque maioris inpendii apud priores, Creticis tantum transmarinisque cotibus notis nec nisi oleo aciem falcis excitantibus. igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenisex incedebat. Italia aquarias cotes dedit limae vice imperantes ferro. set aquaria ** protinus virent. Falcium ipsarum duo genera: Italicum brevius ac vel inter vepres quoque tractabile, Galliarum latius. unde etiam maioribus conpendia, quippe medias caedunt herbas breviorisque praetereunt. Italus fenisex dextra una manu
 262 secat. Iustum est una opera in die iugerum desecari, alligarique

6. cuditur] concutitur, *E.* 10. aut] *ego.* via, *E.* e via, *F*². uta, *r.*
 si malae] *D*². simulae, *r.* 11. gratire, *C.* serere] *E.* sirare, *r.*
 12. cratiantur] *d.* gratiantur, *r.* 13. secunda] *d.* fecunda, *r.* 16. sicilire, *C.* 17. feniseges, *E.* faeniseges, *r.* 19. diram] *D*². dira, *r.*
 20. equisaeti] *Urlichs vind.* 371. equiselis, *E.* aequiselis, *r.* 21. secandi] *D*². secundi. *r.* 23. secato] *Vid. Cato r. r.* 53. *om. C.* 24. *dist. ego.*
 non] *D.* *om. r.* 27. cotibus] *E.* cubitis, *r.* falcis] *D*². facis, *r.* 30. *lac. significavit Ianus.* 32. latius. unde etiam] *ego.*
 latius fundia, *F*². latifundia, *r.* maioris, *D.* 33. italii, *E.* faenusex, *DF.* fenumex, *E.* 34. secant, *E.*

manipulos MCC quaterna pondo. sectum verti ad solem nec nisi siccum construi oportet. ni fuerit observatum hoc diligenter, exhalare matutino nebulam quandam metas, mox sole accendi et conflagrare certum est. Rursus rigari desecta oportet, ut secetur autumnale fenum quod vocant cordum. Interamnae in Umbria quater anno secantur, etiam non rigua, rigua vero ter plerisque in locis, et postea in ipso pabulo non minus emolumenti est quam e feno. armentorum ideo cura iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit, optimo maxime quadrigarum quaestu.

(68.) [1] Solstitium peragi in octava parte cancri et VIII kal. Iul. diximus. magnus hic anni cardo, magna res mundi. in hoc usque a bruma crescunt dies, creverunt sata. sex mensibus sol ipsa ad aquilonem scandens ac per ardua emissus ab ea meta incipit flecti ac degredi ad austrum, aucturus noctes aliis sex mensibus ablaturusque diei mensuram. Ex hoc deinde rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus, et praeparandi se contra saevam feramque hiemem, decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique iussit ipsa die folia et esse confecti sideris signum, nec silvestrium arborum remotarumque, ut in saltus devios montesque eundum esset quaerentibus signa, non rursus urbanarum et quae topiario tantum coluntur, quamquam his et in villa visendis. vertit oleae ante pedes satae, vertit tiliae ad mille usus petendae, vertit populi albae etiam vitibus nuptae. adhuc parum est. ulmum, inquit, vite dotatam habes, et huius vertam. pabulo folia eius stringis aut deputas, aspice et tenes sidus. alia parte caelum respiciunt quam qua spectavere pridie. salice omnia alligas, humillima arborum ipse toto capite altior, et huius circumagam. quid te rusticum quereris? non stat per me quo minus caelum intellegas et caelestia scias. dabo et auribus signum: palumbium utique exaudi gemituus. transisse solstitium caveto putes,

3. exhalare] *D*². et halare, *E*. et balare, *r*. 4. desecta] *d*. defecta, *r*. 6. rigua vero ter] *D*². vero propter, *r*. 8. e] *a*, *EF*¹. argumentorum, *E*. ideo] *Urlichs. vind. 374. id, C*. 10. quaestu] *d*. quae ius, *D*². quaestus, *r*. 13. creverint, *E*¹. sata] *D*². at, *E*. *a*, *r*. sex mensibus] *om. DF*. 14. ac per] *D*. asper, *r*. emsus, *D*¹*F*. 18. decebatque] *E*. que (quae, *D*²) decebat (decebit, *F*²)*r*. 19. addubitatis, *EF*. 20. ingessit] *d*. ingressi, *r*. 22. eundem, *EF*. esset] *d*. esse, *r*. 23. urbanarumque, *C*. 24. in] *om. E*. visendis] *d*. visendi, *r*. 26. vitibus] *d*. vilibus, *r*. ulmum] ultimum, *E*. ultimum, *r*. 27. inquit] *om. E*. 29. qua] quam, *C*. 30. humilia, *C*. 31. quid] *d*, qui, *r*. quereris] *d*. quereres, *F*. quaere res, *r*. 33. caveto] *d*. cautto, *DF*¹. cauto, *r*.

268 nisi cum incubantem videris palumbem. [2] Ab solstitio ad
fidiculae occasum VI kal. Iul. Caesari Orion exoritur, zona au-
tem eius III non. Assyriae, Aegypto vero procyon matutino
aestuosus, quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi
caniculam hanc volumus intellegi, hoc est minorem canem,
[272 269 sicut paulo mox docebimus. III non. Chaldaeis corona occidit
matutino, Atticae Orion totus eo die exoritur. prid. id. Iul.
Aegyptis Orion desinit exoriri, XVI kal. Aug. Assyriae procyon
exoritur, dein post triduum fere ubique confessum inter omnes
sidus ingens quod canis ortum vocamus, sole partem primam
270 leonis ingresso. Hoc fit post solstitium XXIII die. sentiunt
id maria et terrae, multae vero et ferae, ut suis locis diximus.
2, 107
9, 58 neque est minor ei veneratio quam descriptis in deos stellis,
accenditque solem et magnam aestus obtinet causam. XIII kal.
Aegypto aquila occidit matutino etesiarumque prodromi flatuus
271 incipiunt, quod Caesar X kal. sentire Italiam existimavit. aquila
Atticae matutino occidit, III kal. regia in pectore leonis stella
matutino Caesari emergit. VIII id. Aug. arcturus medius occidit,
III id. fidicula occasu suo autumnum indicat, ut is adnotavit.
272 sed vera ratio id fieri invenit VI id. easdem. [3] In hoc temporis
intervallo res summa vitium agitur decretorio uvis sidere illo
268 quod caniculam appellavimus, unde carbunculare dicuntur ut
quodam uredinis carbone exustae. non comparantur huic malo
grandines, procellae quaeque umquam annonae intulere caritatem.
agrorum quippe mala sunt illa, carbunculus autem regionum
late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam
273 rerum homines quam sibi prodesse mallent. ferunt Democritum,
qui primus intellexit ostenditque caeli cum terris societatem,
spernentibus hanc curam eius opulentissimis civium, praevisa
17, 11 olei caritate ex futuro vergiliarum ortu qua diximus ratione
ostendemusque iam planius, magna tum vilitate propter spem
olivae coemisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui
paupertatem quietemque doctrinarum ei sciebant in primis cordi

1. palumbum, *D¹EF*. 3. $\overline{\text{NON}}$. syriae, *D²*. 6. *uncos adposui*.
ad aestum] Est autem, *C*. 9. aegyptiis, *D²*. ex aegyptis, *r*.
[///] siriae, *D*. 10. post triduum] *schol. Germanici*. postridie, *C*. 11.
ingens] *D²*. indicans, *r*. 12. post] *om. DE*. dies, *C*. 15. XIII]
D². XVIII, *E*. XVII, *r*. 18. III, *D²*. 19. emergit] *D²*. inmergit, *r*.
20. indicat] inchoat, *E*. adnotavit. sed] *D²*. adnotat ut sed (sed
ut, *E*)*r*. 25. umquam] *cod. Tol.* numquam, *C*. claritatem, *DF*.
30. civibus, *E*. praevisa] *d.* provisa, *r*. 31. claritate, *E*. 33. que,
C. 34. sciebant] *d.* sciebat, *r*.

esse, atque ut apparuit causa et ingens divitiarum cursus, re- 274
stituisse mercedem anxiae et avidae dominorum poenitentiae,
contentum *ita* probavisse opes sibi in facili, cum vellet, fore.
Hoc postea Sextius e Romanis sapientiae adsectatoribus Athenis
fecit eadem ratione. tanta litterarum occasio est, quas equidem
miscebo agrestibus negotiis quam potero dilucide atque perspicue.
Plerique dixerunt rorem inustum sole acri frugibus robiginis causam 275
esse et carbunculi vitibus, quod ex parte falsum arbitror, om-
nemque uredinem frigore tantum constare sole innoxio. id
manifestum fiet adtendentibus. nam primum omnium non hoc
evenit nisi noctibus et ante solis ardorem deprehenditur, totum-
que lunari ratione constat, quoniam talis iniuria non fit nisi
interlunio plenave luna, hoc est praevalente. utroque enim
habitu plena est, ut saepius diximus, sed interlunio omne lumen 2, 46
quod a sole accepit caelo regerens differentia utriusque habitus
magna, sed manifesta. namque interlunio aestate calidissima 276
est, hieme gelida. e diverso in plenilunio aestate frigiditas facit
noctes, hieme tepidas. causa evidens, sed alia quam redditur
a Fabiano Graecisque auctoribus. aestate enim interlunio necesse 277
est cum sole proximo nobis circulo currat igne eius comminus
recepto candens, eadem interlunio absit hieme, quoniam abscedit
et sol, item in plenilunio aestivo procul abeat adversa soli, hieme
autem ad nos per aestivum circulum accedat. ergo per se
roscida quotiens alget, infinitum quantum illo tempore cadentes
pruinis congelat.

(69.) [1] Ante omnia autem duo genera esse caelestis in- 278
iuriae meminisse debemus: unum quod tempestates vocamus,
in quibus grandines, procellae ceteraque similia intelleguntur,
quae cum acciderint, vis maior appellatur. haec ab horridis
sideribus exeunt, ut saepius diximus, veluti arcturo, Orione, 223.
haedis. alia sunt illa quae silente caelo serenisque noctibus 2, 106
fiunt nullo sentiente nisi cum facta sunt. publica haec et 279
magnae differentiae a prioribus, aliis robiginem, aliis uredinem,
aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem. De

2. avidire, *F.* audire, *r.* 3. *ita*] in, *C.* 4. sextius] *D*². sextitus,
E. sexius, *r.* 6. notis, *D*¹*F.* 7. acri] *D*². agri, *r.* 11. evenire,
E. 12. fit] *d.* sit, *r.* 13. praevalescentes, *C.* 15. regerens] *D*². re-
giret, *E.* regerent, *r.* 17. gelida e] *F*². gelida, *D*². gelide, *r.* 18.
quam] *om.* *E.* 20. ignem, *F.* 21. receptum candere, *F*². absit]
alget, *F*². 22. et sol] a sole, *F*². 32. haec et] *D*². hae, *D*¹. haud,
F. haec id et, *E.* 33. magna differentia, *F*². a] *om.* *F*². 34. car-
bunculum] *D*². caniculum, *r.*

his nunc dicemus a nullo ante nos prodita, priusque causa
reddemus.

280 29. [2] Duae sunt praeter lunarem, paucisque caeli lo-
cis constant. namque vergiliae privatim attinent ad fructus, ut
quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio
intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae.
est praeterea in caelo qui vocatur lacteus circulus, etiam visu
281 facilis. huius defluvio velut ex ubere aliquo sata cuncta lactes-
cunt duorum siderum observatione, aquilae in septentrionali
parte et in austrina caniculae, cuius mentionem suo loco feci-
282 mus. ipse circulus fertur per sagittarium atque geminos, solis
centro bis aequinoctialem circulum secans commissuras eorum
optinente hinc aquila illinc canicula. ideo effectus utriusque
ad omnes frugiferas pertinent terras, quoniam in his tantum
locis solis terraeque centra congruunt. igitur horum siderum
diebus si purus atque mitis aer genitalem illum lacteumque
sucum transmisit in terras, laeta adulescunt sata. si luna qua
283 dictum est ratione roscidum frigus aspersit, admixta amaritudo
ut in lacte puerperium necat. modus in terris huius iniuriae,
quem fecit in quacumque convexitate comitatus utriusque causae,
et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. aquilam
diximus in Italia exoriri a. d. XIII kal. Ian. nec patitur ratio
naturae quicquam in satis ante eum diem spei esse certae. si
vero interlunium incidat, omnis hibernos fructus et praecoces
284 laedi necesse est. [3] Rudis fuit priscorum vita atque sine
litteris. non minus tamen ingeniosam fuisse in illis observationem
apparebit quam nunc esse rationem. tria namque tempora
fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias diesque
285 festos, Robigalia, Floralia, Vinalia. Robigalia Numa constituit
anno regni sui XI, quae nunc aguntur a. d. VII kal. Mai.,
quoniam tunc fere segetes robigo occupat. hoc tempus Varro
determinavit sole tauri partem X obtinente, sicut tunc ferebat
ratio. sed vera causa est quod post dies undeviginti ab aequinoctio
verno per id quatrimum varia gentium observatione in IIII kal.
Mai. canis occidit, sidus et per se vehemens et cui praeoccidere
286 caniculam necesse sit. itaque idem Floralia IIII kal. easdem

1. a] quae a, *F*². prodita sunt, *F*². 4. privatim, *F*². primatim,
*D*¹. primatum, *D*². 5. aestus, *DF*. semen tris, *F*². semestris, *r*.
6. maturitate, *DE*. complexas, *D*². complectitur, *F*². complexit, *E*. con-
plexit, *r*. 15. centra] *d*. genera, *D*². contra, *r*. 17. lunae] *DF*:
20. quem] *D*². *om.* *F*². qua, *r*. 26. ingeniosam] *d*. ingenii iam, *F*².
ingenio iam, *r*. 28. fructibus] *F*². fructus, *r*. quos, *DF*. 32. de-
terminat, *E*.

Constituerunt urbis anno DXVI ex oraculis Sibyllae, ut omnia
 bene deflorescerent. hunc diem Varro determinat sole tauri
 partem XIII obtinente. ergo si in hoc quatrimum incidit
 plenilunium, fruges et omnia quae florebunt laedi necesse erit.
 Vinalia priora, quae ante hos dies sunt VIII kal. Mai. degu- 287
 standis vinis instituta, nihil ad fructus attinent, nec quae adhuc
 diximus ad vites oleasque, quoniam earum conceptus ab exortu
 vergiliarum incipit a. d. VI id. Mai., ut docuimus. aliud hoc 248
 quatrimum est, quo neque *rura rore sordida esse velim*, —
 exurit enim frigidum sidus arcturi postridie occidens — et
 multo minus plenilunium incidere. [4] III non. Iun. iterum 288
 aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque,
 si plenilunium in eum incidat. equidem et solstitium VIII kal.
 Iul. in simili causa duxerim et canis ortum post dies a solstitio
 XXIII, sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa
 acinique praecocuntur in callum. rursus plenilunium nocet a.
 d. III non. Iul., cum Aegypto canicula exoritur, vel certe
 XVI kal. Aug. cum Italiae, item XIII kal. Aug., cum aquila
 occidit, usque in X kal. easdem. extra has causas sunt Vinalia 289
 altera, quae aguntur a. d. XIII kal. Sept. Varro ea fidicula
 incipiente occidere mane determinat, quod vult initium autumni
 esse et hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum.
 nunc fidiculam occidere a. d. VI id. Aug. servatur. [5] Intra 290
 haec constat caelestis sterilitas, neque negaverim posse eam
 permutare *argentium locorum et aestuantium naturas*. a nobis
 rationem demonstratam esse satis est, reliqua observatione cuius-
 que constabunt. alterutrum quidem fore in causa, hoc est plenu-
 lunium aut interlunium, non erit dubium. et in hoc mirari 291
 benignitatem naturae succurrit, iam primum hanc iniuriam
 omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cur-
 suus, nec nisi paucis noctibus anni, idque quando sit futurum
 facile nosci ac, ne per omnes menses timeretur, earum quo-
 que lege divisum aestate interlunia praeterquam biduo segura

1. ut] *D²F²*. et, *r*. 5. mai.] *D²*. mar., *r*. 7. ab] *F²*. om. *r*.

9. quo] *ego*. quod, *C*. rura rore sordida esse] *ego coll. l. 17, 11*. ro-
 rare sorbidae, *D²*. rore sordidae, *D¹*. rore sorbidae, *F*. rore sorbide, *E*.

10. exurit] *D*. exaurit, *F¹*. exaruit, *E*. quo exaurit sata, *F²*. in marg.

10. 11. et multo minus] si, *F²*. 11. incidit, *F²*. 15. accidente] *d*.
 occidente, *r*. 19. earundem, *F²*. 20. ea] *Ianus*. et a, *C*. 22. le-

niendis] liniendis, *E*. finiendis, *r*. 25. permutari, *E*. argentium] *Pint*.
 argentium, *C*. et] *Ianus*. om. *C*. a] *ego*. et a, *C*. 28. mirari]

Hard. mirabili, *F²*. mirabilem, *r*. 29. benignitate natura, *F²*. 30.

statutos, *EF²*. 32. timeretur] *F²*. teneretur, *E*. temeretur, *r*. 32. 33.

quoque] *d*. om. *F²*. que, *r*. 33. divisa, *F*.

esse, hieme plenilunia, nec nisi aestivis brevissimisque noctibus
 292 metui, diebus non idem valere, praeterea tam facile intellegi
 ut formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam
 noctibus operetur, avem parram oriente sirio ipso die non appa-
 rere, donec occidat, e diverso chlorionem prodire ipso die solstitii,
 neutrum vero lunae statum noxium esse ne noctibus quidem
 nisi serenis et omni aura quiescente, quoniam neque in nube
 neque in flatu cadunt rores, sic quoque non sine remedio.

293 (70.) Sarmenta aut palearum acervos et evulsas herbas
 fruticesque per vineas camposque, cum timebis, incendito, fu-
 mus medebitur. hic e paleis et contra nebulas auxiliatur, ubi
 nebulae nocent. quidam tres caneros vivos cremari iubent in
 294 arbustis, ut carbunculus non noceat, alii siluri carnem leniter
 uri a vento, ut per totam vineam fumus dispergatur. Varro
 auctor est, si fidiculae occasu, quod est initium autumnii, uva
 picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archi-
 bius ad Antiochum Syriae regem scripsit, si fictili novo obrua-
 tur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates.

295 (71) Opera rustica huius intervalli: terram iterare, arbores
 circumfodere aut, ubi aestuosa regio poscat, adcumulare —
 germinantia nisi in solo luxurioso fodienda non sunt — semi-
 naria purgare sarculo, messem hordeaciam facere, aream messi
 praeparare, Catonis sententia amurca temperatam, Vergili ope-
 rosius. maiore ex parte aequant tantum et fimo bubulo dilu-
 tiore inlinunt. id satis ad pulveris remedium videtur.

296 30. (72.) Messis ipsius ratio varia. Galliarum latifundis valli
 praegrandes dentibus in margine insertis, duabus rotis per segetem
 inpelluntur, iumento in contrarium iuncto. ita dereptae in vallum
 cadunt spicae. stipulae alibi mediae falce praeciduntur atque inter
 duas mergites spica destringitur. alibi ab radice caeduntur, alibi cum
 radice evelluntur, quique id faciunt proscindi ab se obiter agrum
 297 interpretantur, cum extrahant sucum. differentia haec: ubi

4. parram] *d.* parvam, *r.* 5. donec] *D.* et donec, *r.* chlorionem]
d. dorionem, *DF*¹. orionem, *r.* prodire] *d.* prodere, *r.* 6. ne] nec,
C. 7. aura] *d.* ora, *D*². a vera, *r.* 9. aut] *D.* apud, *F*¹. apud, *r.*
 13. carbunculus] *D.* carbunculis, *F.* carbunculi, *E.* noceant, *E.*
 15. est si] *D*². et si, *r.* 17. 18. obruatur] *D*². opsevatur, *F*². opservatur,
*F*¹. observatur, *r.* 19. terram] tempore, *F*². 20. circumfoderet,
*D*¹*F*¹. aut ubi] *D*². avi et ubi, *F*². ubi, *E.* avi ubi, *r.* 22. purgare]
Sillig. purgari, *C.* messi] *D*². messem creta, *d.* messem, *r.* 25. in-
 linunt, *DF*. 27. insertis] *Urlichs vind.* 377. infestis, *C.* 28. dire-
 ptae, *F*². 29. media, *C.* 30. spica destringitur] *D*². spicandi (spicande,
E) stringitur, *r.* ceduntur alibi cum radice] *D*². *om.* *r.* evellun-
 tur] *ego.* velluntur, *D.* evellunt, *F*². vellunt, *r.*

stipula domos contegunt quam longissimam servant, ubi feni inopia est, stramento paleam quaerunt. panici culmo non tegunt, milii culmum fere inurunt, hordei stipulam bubus gratissimam servant. panicum et milium singillatim pectine manuali legunt Galliae. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exeritur, alibi perticis flagellatur. triticum quo serius metitur hoc copiosius invenitur, quo celerius vero hoc speciosius ac robustius. lex apertissima, antequam granum indurescat et cum iam traxerit colorem, oraculum vero bi duo celerius messem facere potius quam bi duo serius. siliginis et tritici eadem ratio in area horreoque. far, quia difficulter excutitur, convenit cum palea sua condi, et stipula tantum et aristis liberatur. Palea plures gentium pro feno utuntur. melior ea quo tenuior minutiorque et pulveri propior, ideo optima e milio, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, praeterquam iumentis opere laborantibus. culmum, saxosis locis cum inaruit, baculo frangunt. subtracta animalibus si palea defecit, et culmus teritur. ratio haec: maturius desectus, muria dura sparsus, dein siccatus in manipulos convolvitur atque ita pro feno bubus datur. sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Vergili praeconio. summa autem eius ratio ut herbarum semen exurant. ritus diversos magnitudo facit messium et raritas operariorum.

(73.) Conexa est ratio frumenti servandi. Horrea operose tripedali crassitudine parietis laterici exaedificari iubent aliqui, praeterea superne impleri nec adflatus admittere aut fenestras habere ullas, alii ab exortu tantum aestivo aut septentrione, eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima; nam quae de amurca praeciperentur indicavimus. alibi contra suspendunt granaria lignea columnis et perflari undique malunt, atque etiam a fundo. alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur et, si tegulis subiaceat, confervescere. multi

2. inopia est] inopia, *F*². inopiae, *r*. 5. area] *D*². artatur, *F*². arta, *r*. gressibus] *E**F*². gregibus, *D*². grecibus, *r*. 7. hoc] *F*². *om. r*. 8. apertissima] *F*². aptissima, *r*. 10. serius] *D*². celerius seri, *F*². seritur, *r*. 11. eadem] *Pint.* etiam, *C*. 14. quo] quae, *F*². 15. optima e] *F*². optime, *r*. 17. *dist. ego.* 18. deficit, *E*. 19. sparsus] *D*². spartos, *F*¹. spartus, *r*. siccatis, *DF*. 22. diverso, *D*¹*F*¹. diversa, *E*. 23. raritas] *F*². caritas, *r*. operarum, *DF*¹. 24. operose] *ego.* operosae, *D*². operosiora, *F*². operosi, *r*. 25. trepedali, *D*¹*F*¹. pedali, *F*². parietis] *D*². opere, *F*². pariter ut, *E*¹. pariter, *r*. latericio, *F*². 27. alii] *F*². alia, *r*. 29. praeceperunt, *E*. 31. a] *om. C.* pendente tabulato] *d.* pendante tabulato, *DF*¹. pendant et ab flato, *E*. perire et flatu, *F*². 32. tegulae] subiaceant, *F*².

ventilare quoque vetant; curculionem enim non descendere in-
 303 fra quattuor digitos, nec amplius periclitari. Columella et fa-
 vonium ventum confecto frumento praedicat, quod miror equi-
 dem, siccissimum alioqui. sunt qui rubeta rana in limine hor-
 rei pede e longioribus suspensa invehere iubeant. nobis referre
 plurimum tempestivitas condendi videbitur. nam si parum tos-
 tum atque robustum collectum sit aut calidum conditum, vitia
 304 innasci necesse est. Diuturnitatis causae plures: aut in ipsius
 grani corio, cum est numerosius, ut milio, aut suci pinguedine,
 qui pro umore sufficiat tantum, ut sesimae, aut amaritudine, ut
 lupino et cicerculis. In tritico maxime nascuntur animalia,
 quoniam spissitate sua concælescit et furfure crasso vestitur.
 tenuior hordeo palea, exilis et legumini, ideo non generant.
 305 faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc effervescit. Quidam
 ipsum triticum diuturnitatis gratia adspargunt amurca, mille
 modios quadrantali, alii Chalcidica aut Carica creta aut etiam
 absinthio. est et Olynthi ac Cerinthi Euboeae terra quae cor-
 306 rumpi non sinat, nec fere condita in spica laeduntur, utilissime
 tamen servantur in scrobibus, quos siros vocant, ut in Cappa-
 docia ac Thracia et Hispania. Africae ante omnia ut sicco
 solo fiant curatur mox ut palea substernantur. praeterea cum
 spica sua conduntur. ita frumenta si nullus spiritus penetret,
 307 certum est nihil maleficum nasci. Varro auctor est sic condi-
 tum triticum durare annis L, milium vero C, fabam et legumina in
 oleariis cadis oblita cinere longo tempore servari. idem refert
 fabam a Pyrrhi regis aetate in quodam specu Ambraciae usque
 ad piraticum Pompei Magni bellum durasse annis circiter CCXX.
 308 Ciceri tantum nullae bestiolae in horreis innascuntur. sunt
 qui urceis cinere substratis et inlitis acetum habentibus legu-
 minum acervos superingerant ita non nasci malificia credentes,
 alii qui in salsamentariis cadis gypso inlinant, alii qui lentem
 aceto laserpiciato respergant siccataque oleo unguant. sed
 brevissima observatio quod vitiis carere velis interlunio legere.
 quare plurimum refert condere quis malit an vendere. cres-
 cente enim luua frumenta grandescunt.

3. praedicat] *Ianus*. praedicit, *C*. 4. rubetam ranam, *EF*². 5.
 suspensam, *F*². 7. vitia] *D*². *F*. initia, *r*. 9. ut] *F*². aut, *r*.
 10. sufficiat] *D*². sufficit, *EF*. suffici, *D*¹. *om.* *F*¹. 11. cicerculis] *F*².
 cicerculo, *E*. cicerculus, *r*. 12. vestitur] *F*². vertitur, *r*. 17. Ce-
 rinthi] *Barb*. perinthe et, *D*. perinti, *F*. perinte, *E*. 20. *dist. ego*.
 21. curatur] *F*². curantur, *r*. paleae, *F*². 25. refert] *F*². *om.* *r*.
 26. fabam a] *F*. faba, *r*. 27. CCXX] *Pontedera*. CXX, *C*. 28.
 cineri, *E*. 31. qui] *om.* *C*. 32. laserpici odore spergant, *D*².

31. (74.) Sequitur ex divisione temporum autumnus a 309
fidiculae occasu ad aequinoctium ac deinde vergiliarum occasum
initiumque hiemis. in his intervallis significant prid. id. Aug.
Atticae equos oriens vespera, Aegypto et Caesari delphinus occi-
dens. XI kal. Sept. Caesari et Assyriae stella quae vindemitor
appellatur exoriri mane incipit vindemiae maturitatem promit-
tens. eius argumentum erunt acini colore mutati. Assyriae
V kal. et sagitta occidit et etesiae desinunt. vindemitor Aegypto 310
nonis exoritur, Atticae arcturus matutino, et sagitta occidit mane.
V id. Sept. Caesari capella oritur vesperi, arcturus vero medius
prid. id. vehementissimo significatu terra marique per dies quin-
que. ratio eius haec traditur: si delphino occidente imbres 311
fuerint, non futuros per arcturum. signum orientis eius sideris
servetur hirundinum abitus, namque deprehensae intereunt.
XVI kal. Oct. Aegypto spica quam tenet virgo exoritur matu-
tino etesiaeque desinunt. hoc idem Caesari XIII kal., XIII As-
syriae significant, et XI kal. Caesari commissura piscium occidens
ipsumque aequinocti sidus VIII kal. Oct. dein consentiunt, quod 312
est rarum, Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon,
Criton, Democritus, Eudoxus VIII kal. Oct. capellam matutino
exoriri et III kal. haedos. VI non. Oct. Atticae corona exori-
tur mane, Asiae et Caesari V heniochus occidit matutino. III
Caesari corona exoriri incipit, et postridie occidunt haedi ve-
spere. VIII id. Oct. Caesari fulgens in corona stella exoritur, 313
et VI id. vergiliae vesperi, idibus corona tota. XVII kal. Nov.
saculae vesperi exoriuntur. prid. kal. Caesari arcturus occidit
et saculae exoriuntur cum sole. III non. arcturus occidit ve-
spere. V id. Nov. gladius Orionis occidere incipit. dein III id. ver-
giliae occidunt. In his temporum intervallis opera rustica: 314
rapa, napos serere quibus diximus diebus. vulgus agreste rapa 131
post ciconiae discessum male seri putat, nos omnino post Vul-
canalia, et praecocia cum panico, a fidiculae autem occasu vi-
ciam, passiolos, pabulum. hoc silente luna seri iubent. Et fron-

4. vespera] *D*². vespero, *r*. 5. vindemiator, *D*². 8. et etesiae,
H. etesiae, *r*. vindemiator, *D*². vindemior, *H*. 10. cappella, *D*². cap-
pellat, *E*. ae appellat, *r*. uritur, *E*. modius, *H*. modios, *DF*.
13. futuros] *E*. futuro, *D*². futurus, *r*. 14. abitus] *d*. habitum, *H*. ha-
bitur, *F*¹. habitus, *r*. 17. et] *d*. ex, *r*. 20. III] IV, *d*(). ion. *E*.
iun, *D*¹*F*. ipn, *D*². iunt, *H*. 22. V heniochus] *ego*. V. k. eniochus. *FH*.
V kl. eniochus, *D*. V. cal. heniochus, *E*(?). III] IV. k, *H*. III. k., *F*.
III. kl., *D*. III. cal, *E*. 25. VI] *Pontedera*. III, *C*. XVII] *Pon-*
tedera. sexto, *E*. XVI, *r*. 30. rapa napos] *Pint*. pauaphos (napos *F*².
paphanos, *E*.) raphanos, *C*. 32. 33. vitium, *E*. vitiam, *r*. 33. hoc si-
lente] incipiente, *F*². *in ras*.

dis praeparandae tempus hoc est. unus frondator quattuor
frondarias fiscinas complere in die iustum habet. si decrescente
315 luna praeparetur, non putrescit. aridam colligi non oportet.
Vindemiam antiqui numquam existimavere maturam ante aequino-
ctium, iam passim rapi cerno. quamobrem et huius tempora 5
notis argumentisque signentur. leges ita se habent: uvam
caldam ne legito, hoc est in nimia siccitate ac nisi imber
intervenerit. uvam rorulentam ne legito, hoc est si ros
316 nocturnus fuerit, nec prius quam sole discutiatur. vindemiare
incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere
coeperit aut cum exempto acino ex densitate inter-
vallum non conpleri apparuerit, ac iam non augeri
acinos. plurimum refert, si contingat crescente luna vinde-
317 miare. Pressura una culleos XX implere debet. hic est pes
iustus. ad totidem culleos et lacus XX iugeribus unum sufficit 1
torculum. premunt aliqui singulis, utilius binis, licet magna sit
vastitas singulis. longitudo in his refert, non crassitudo. spati-
osa melius premunt. antiqui funibus vittisque loreis ea detrahe-
bant et vectibus. intra C annos inventa Graecanica, mali rugis
per cocleas ambulantes, ab alis adfixa arbori stella, ab alis 2
arcas lapidum adtollente secum arbore, quod maxime probatur.
intra XXII hos annos inventum parvis prelis et minore torcu-
lario aedificio, brevior malo in media directo, tympana inpo-
sita vinaceis superne toto pondere urguere et super prela con-
318 struere congeriem. Hoc et poma colligendi tempus observatur, 2
cum aliquod maturitate, non tempestate, deciderit. hoc et fae-
ces exprimendi, hoc et defrutum coquendi silente luna noctu
aut, si interdiu, plena, ceteris diebus aut ante exortum lunae
aut post occasum, nec de novella vite aut palustri, nec nisi e
matura uva, quia, si ligno contingatur vas, adustum et fumo- 3
319 sum fieri putant. Iustum vindemiae tempus ab aequinoctio ad
vergiliarum occasum dies XLIII. ab eo die oraculum occurrit
frigidum picari pro nihilo ducentium. sed iam et kal. Ian.
defectu vasorum vindemiantis vidi piscinisque musta condi

7. ne] *D*². nec, *r*. nimia] *F*². ea, *r*. ac] *om.* *F*². 8. uvam]
quam uvam, *D*². quam, *r*. 11. coepit, *C*. 12. non] *om.* *F*². con-
pletur et, *F*². ac iam] *Ianus*. acinum, *D*²*E*. acinam, *r*. 13. pluri-
mum refert] *Sillig.* plurime (plurimos, *E*. plurimum, *F*²) fert, *C*. 14.
Pressura — 25. congeriem, *om.* *H*. 17. 18. spaciosa, *D*². speciosa, *r*.
20. ambulantes] *D*². bubantes, *F*¹. bulantes, *r*. ab aliis, *D*². pa-
lis, *E*(?). balis, *r*. arboris, *d*. arbores, *r*. ab alis] ab aliis, *F*².
a palis, *E*(?). 21. argas, *DF*. 23. *dist. ego.* directo] *Sillig*
coni. decreto, C. 25. *dist. ego.* observatur] *F*². observatio, *r*.
29. 30. e matura uva quia si] *D*². ematur (e matura, *E*) quasi (uva si, *H*)*r*.

aut vina effundi priora, ut dubia reciperentur. hoc non tam 320
 saepe proventu nimio evenit quam segnitia aut avaritia insidian-
 tium caritati civili. aequi patrisfamilias modus est annona cuius-
 que anni uti. id peraeque etiam lucrosissimum. Reliqua de vi-
 5 nis adfatim dicta sunt, item vindemia facta olivam esse rapien-^{14,59 sqq.}
 dam, et quae ad oleum pertinent quaeque a vergiliarum occasu^{15, 5 sqq.}
 49 agi debent.

32. (75.) His quae sunt necessaria adicientur de luna 321
 ventisque et praesagiis, ut sit tota sideralis ratio perfecta. nam-
 10 que Vergilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam pu-
 tavit Democriti secutus ostentationem. nos legum utilitas, quae
 in toto opere, in hac quoque movet parte. omnia quae
 caeduntur, carpuntur, tondentur innocentius decrescente luna
 quam crescente fiunt. stercus nisi decrescente luna ne 322
 15 tangito, maxime autem intermenstrua dimidiaque stercoreto.
 verres, iuencos, arietes, haedos decrescente luna castrato.
 ova luna nova supponito. scrobes luna plena noctu facito. ar-
 borum radices luna plena operito. umidis locis interlunio serito
 et circa interlunium quatruiduo. ventilari quoque frumenta ac
 20 legumina et condi circa extremam lunam iubent, seminaria, cum
 luna supra terram sit, fieri, calcari musta, cum luna sub terra,
 item materias caedi quaeque alia suis locis diximus. Neque est 323
 facilior observatio ac iam dicta nobis secundo volumine, sed ^{2,41 sqq.}
 quod intellegere vel rustici possint: quotiens ab occidente sole
 25 cernetur prioribusque horis noctis lucebit, crescens erit et ocu-
 lis dimidiata iudicabitur, cum vero occidente sole orietur ex
 adverso, ita ut pariter aspiciantur, tum erit plenilunium. quo-
 tiens ab ortu solis orietur prioribusque noctis horis detrahet
 lumen et in diurnas extendet, decrescens erit iterumque di-
 30 midia, in coitu vero, quod interlunium vocant, cum apparere
 desierit. supra terras autem erit quamdiu et sol interlunio et 324
 prima tota die, secunda horae noctis unius dextante sicilico, ac
 deinde tertia et usque XV multiplicatis horarum isdem portio-
 nibus. XV tota supra terras noctu erit eademque sub terris
 35 tota die. XVI ad primae horae nocturnae dextantem sicilicum 325

1. reciperentur] *D*². reciperetur, *r*. 2. aut avaricia, *D*². *om.* *r*.
 3. caritatis, *C*. civili] *F*. civilis, *r*. est annona] *H*. etiam nona, *r*.
 4. reliquia, *E*. rei qua, *D*². teliqua, *r*. 4. 5. de vinis] divinis, *C*.
 13. tondentur] *F*². tunduntur, *H*. tonduntur, *r*. 21. sit] *D*². est, *F*².
 se, *r*. 22. materias] *D*². areas, *F*². materia ex, *H*. marias, *r*. 25.
 cernetur] *H*. cernitur, *r*. 27. ut] et, *EF*¹. aspiciantur] *F*². aspicie-
 bantur, *r*. 32. tota] *H*. toto, *r*. horae] *H*. hora, *r*. dextante
 sicilico] *Barb.* destante silico, *C*. 35. silicum, *C*.

sub terra aget, easdemque portiones horarum per singulos dies adiciet usque ad interlunium, et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantundem novissimis ex die adiciet supra terram. alternis autem mensibus XXX implebit numeros, alternis vero detrahet singulos. Haec erit ratio luna- 5 ris; ventorum paulo scrupulosior.

326 33. (76.) Observato solis ortu quocumque die libeat stan-
tibus hora diei sexta sic ut ortum eum a sinistro umero habe-
ant, contra mediam faciem meridies et a vertice septentrio erit.
qui ita limes per agrum currit cardo appellabitur. circumagi 10
deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat, alioquin
327 post hominem erit. ergo permutatis lateribus, ut ortus illius
diei ab dextro umero fiat, occasus a sinistro, tunc erit hora
sexta, cum minima umbra contra medium fiet hominem. per hu-
ius mediam longitudinem duci sarculo sulcum vel cinere liniam 15
verbi gratia pedum XX conveniet, mediamque mensuram, hoc
est in decumo pede, circumscribi circulo parvo, qui vocetur
328 umbilicus. quae pars fuerit a vertice umbrae, haec erit venti
septentrionis. illo tibi, putator, arborum plagae ne spectent,
neve arbusta vineaeve nisi in Africa, Cyrenis, Aegypto. illinc 20
334 flante vento ne arato, quaeque alia praecipiemus. quae pars
linae fuerit a pedibus umbrae meridiem spectans, haec ventum
329 austrum dabit quem a Graecis notum diximus vocari. illinc
2, 119 flatu veniente materiam vinumque, agricola, ne tractes. umidus
aut aestuosus Italiae est, Africae quidem incendia cum sereni- 25
tate adfert. in hunc Italiae palmites spectent, sed non plagae
arborum vitiumve. hic oleae timeatur vergiliarum quatrduo,
330 hunc caveat insitor calamis gemmisque inoculator. De ipsa re-
gionis eius hora praemonuisse conveniat. frondem medio die,
arborator, ne caedito. cum meridiem adesse senties, pastor, 30
aestate contrahente se umbra, pecudes a sole in opaca
cogito. cum aestate pasces, in occidentem spectent ante meri-
diem, post meridiem in orientem; aliter noxium, sicut hieme
et vere in rorulentum educere. nec contra septentrionem

2. adicit, *C.* 9. et] *E.* sed, *F.* ed, *r.* 10. appellatur, *E.*
16. conveniet] *F*². conveniat, *r.* 18. venti] *F*². ventis, *D*². ventris, *r.*
19. septentrionalis, *E.* 20. vineaeve] *d.* vineaevet, *F*¹. vel vinetae-
vet, *F*². vinea et, *r.* 21. vento] *F*². *om.* *r.* praecipiemus] *Pint.*
praecipimus, *H.* praecepimus, *r.* 25. aut aestuosus] *antem* aest nothus,
*F*². est] *om.* *F*². 26. adfert] *D*²*E.* adferens, *F*². adfers, *r.*
spectant, *DEF*¹. 27. hic oleae] *ego.* hic olae, *DF*¹. icule, *H.* incolae,
*F*². hic olive, *E.* 30. senties] *H.* sentias, *r.* 31. aestate] *F*². ae-
statem, *r.* pecudes a] *F*². pecudem, *E.* pecude, *r.* 32 spectent ante]
*F*²*H.* spectante, *r.* 34. rorulentum educere] *ego.* rorulentum ducet, *E.*

paveris; *sit* praedictum. cruciantur ita lippiuntque ab adflatu et alvo cita pereunt. qui feminas concipi voles, in hunc ventum spectantes iniri cogito.

34. (77.) [1] Diximus ut in media linea designaretur um-³²⁷
 5 bilicus. per hunc medium transversa currat alia. haec erit ab 331
 exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctialem, et limes qui
 ita secabit agrum decumanus vocabitur. ducantur deinde aliae
 duae liniae in decussis obliquae, ita ut ab septentrionis dextra
 laevaue ad austri dextram ac laevam descendant. omnes per 332
 10 eundem currant umbilicum, omnes inter se pares sint, omnium
 intervalla paria. quae ratio semel in quoque agro ineunda erit
 vel, si saepius libeat uti, e ligno facienda, regulis paribus in
 tympanum exiguum sed circinatum adactis. ratione qua doceo
 occurrendum ingeniis quoque inperitorum est. meridiem excuti 333
 15 placet, quoniam semper idem est, sol autem cotidie ex alio
 caeli momento quam pridie oritur, ne quis forte ad exortum
 capiendam putet liniam. Ita caeli exacta parte quod fuerit
 liniae caput septentrioni proximum a parte exortiva solstitialem
 habebit exortum, hoc est longissimi diei, ventumque aquilonem
 20 borean Graecis dictum. in hunc ponito arbores vitesque. sed 334
 hoc flante ne arato, frugem ne serito, semen ne iacito. prae-
 stringit enim atque praegelat hic radices arborum quas positurus
 adferes. praedictum esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. —
 nec sum oblitus in hac parte ventum Graecis poni quem *καυρίαν* 335
 25 vocant. sed idem Aristoteles, vir inmensae subtilitatis, qui id
 ipsum fecit, rationem convexitatis mundi reddit, qua contrarius
 aquilo Africo flat. — nec tamen eum toto anno in praedictis
 timeto agricola. mollitur sidere aestate media mutatque nomen
 et etesias vocatur. ergo cum frigidum senties, caveto, atque
 30 cum aquilo praedicitur tanto perniciosior septentrio est. In 336
 hunc Asiae, Graeciae, Hispaniae, maritimae Italiae, Campaniae,
 Apuliae arbusta vineaeque spectent. qui mares concipi voles,

rorulente ducerent, *H.* rorulento die, *F*². rorulente duces (ducet, *D*)*r*.

1. *sit* praedictum] *Hard.* supra dictum, *C.* cruciantur] *ego.* cludantur,
*D*². dotantur. *E* clodantur, *r*. lippiuntquae, *D*². lippiuntvae, *F*. lippi-
 umtve, *E*. lippiuntve, *r*. 8. decussis] *D*² *in ras.* decus his, *F*. decu-
 sis, *r*. 9. omne-] *E*. omne, *D*². et omnino, *F*². omni. *r*. 12. uti e]
E. vitae, *F*¹. *om* *F*². vite, *r*. 16. quam] prius quam, *F*². 17. capien-
 dum, *DFH*. 18. liniae caput] linea caput, *E*. linae capud, *D*². lina et
 apud, *r*. septentrionem, *EF*². 22 praegelat] *H.* praecellit, *E*. prae-
 cellat, *r*. radicibus, *C*. 23. praedictum] *Urlichs vind.* 379. praedictos,
E. predictus, *H.* praedictus, *r*. 24. *καυρίαν*] *caltian.* *EF*¹. *calcian.* *r*.
 25. qui id] quod, *E*. quid, *r*. 28 timet. *E* 29. et] *om.* *C*. 29. 30.
 atque cum] *ego.* atque (adque, *D*. atqui, *E*. ad quem, *H.*) cumque, *C*.

in hunc pascito, ut sic ineuntem ineat. Ex adverso aquilonis
 ab occasu brumali Africus flabit, quem Graeci liba vocant. in
 hunc a coitu cum se pecus circumegerit, feminas conceptas esse
 337 scito. [2] Tertia a septentrione linia, quam per latitudinem
 umbrae duximus et decumanam vocavimus, exortum habebit 5
 aequinoctialem ventumque subsolanum, Graecis apelioten dictum.
 in hunc salubribus locis villae vineaeque spectent. ipse leniter
 pluvius, tamen est siccior favonius, ex adverso eius ab aequi-
 noctiali occasu, zephyrus Graecis nominatus. in hunc spectare
 oliveta Cato iussit. hic ver inchoat aperitque terras tenui fri- 10
 gore saluber, hic vites putandi frugesque curandi, arbores se-
 rendi, poma inserendi, oleas tractandi ius dabit adflatuque
 338 nutricium exercebit. Quarta a septentrione linia, eadem austro
 ab exortiva parte proxima, brumalem habebit exortum ventumque
 volturnum, eorum Graecis dictum, siccio remque et ipsum tepidio- 15
 remque. in hunc apiaria et vineae Italiae Galliarumque spe-
 ctare debent. ex adverso voltur ni flabit corus, ab occasu solsti-
 tiali et occidentali latere septentrionis, Graecis dictus argestes,
 ex frigidissimis et ipse, sicut omnes qui a septentrionis parte
 339 spirant. hic et grandines infert, cavendus et ipse non secus 20
 ac septentrio. volturnus si a serena caeli parte coeperit flare,
 non durabit in noctem, at subsolanus in maiorem partem noctis
 extenditur. quisquis erit ventus, si fervidus sentietur, pluribus
 diebus permanebit. aquilonem praenuntiat terra siccescens re-
 pente, austrum umescens rore occulto. 25

340 35. (78.) Etenim praedicta ventorum ratione, ne saepius
 eadem dicantur, transire convenit ad reliqua tempestatum prae-
 sagia, quoniam et hoc placuisse Vergilio magno opere video,
 siquidem in ipsa messe saepe concurrere proelia ventorum
 341 damnosa imperitis refert. tradunt eundem Democritum metente 30
 fratre eius Damaso ardentissimo aestu orasse ut reliquae segei
 parceret raperetque desecta sub tectum, paucis mox horis saevo
 imbre vaticinatione adprobata. quin immo et harundinem non

2. flabit] *H.* flat, *F*². flavit, *r.* 5. duximus] *E*²*H.* diximus, *r.*
 et] *om.* *DF.* 6. aphelioten, *H.* ephelioten, *r.* 15. eorum] *a,* *F*². eo-
 rum, *r.* 16. apiaria] *D*². apparia, *EF.* aitaria, *r.* 17. debent] *F*².
 debeat, *H.* debeant, *r.* flabit] *E.* flat, *F*². flaviti, *G.* flavit, *r.* 18.
 occidentali] occasu, *C.* 22. durabit] *F*²*G.* duravit, *r.* nocte, *DFG.*
 at subsolanus] *D*². at ubi solanus, *F*². at ubi subsolanus, *E.* ad sub-
 solanum, *H.* ad subisolanos, *r.* 23. extenditur] *d.* extendit, *r.* 24.
 siccescens, *C.* 25. umescens ///, *D.* mumescens, *H.* inmiscens, *EF*².
 ///mescens, *F*¹. iimescens, *G.* rore] *DH.* in rore, *E.* sorore, *r.*
 26. rationem, *H.* ne] *F*². *om.* *r.* 29. in] *cod.* *Tol.* *om.* *C.* 32.
 33. seva imbre, *E.* seu humore, *H.* seu cimbrae, *r.* 33. harundine,

nisi inpendente pluvia seri iubent et fruges insecuturo imbre. quamobrem et haec breviter attingimus, scrutati maxime pertinentia, primumque a sole capiemus praesagia. Purus oriens 342 atque non fervens serenum diem nuntiat, at hibernam pallidus grandinem. si et occidit pridie serenus et oritur, tanto certior fides serenitatis. concavos oriens pluvias praedicit, idem ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quod si et nigrae rubentibus intervenerint, et pluvias, cum occidentis aut orientis radii videntur coire, pluvias. si circa occidentem rube- 343 scunt nubes, serenitatem futuri diei spondent. si in exortu spargentur partim ad austrum partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt, si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem. si in occasu eius pluet aut radii nubem in se trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. cum oriente 344 radii non inlustres eminebunt, quamvis circumdatae nubes non sint, pluviam portendent. si ante exortum nubes globabuntur, hiemen asperam denuntiabunt, si ab ortu repellentur et ad occasum abibunt, serenitatem. si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent tanto turbidior tempestatas erit, si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. quod si in exortu 345 aut in occasu fiet, ita ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestatas. si non ambibunt sed incumbent, a quocumque vento fuerint eum portendent, si a meridie, et imbrem. si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se ruperit expectetur ventus. si totus defluerit aequaliter, serenitatem dabit. si in exortu longe 346 radios per nubes porriget et medius erit inanis, pluviam significabit, si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum, si circa occidentem candidus circulus erit, noctis levem tempestatem, si nebula, vehementiorem, si candente sole, ventum, si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum.

(79.) Proxima sint iure lunae praesagia. Quartam eam 347 maxime observat Aegyptus. si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem, si rubicunda, ventos, si nigra, pluvias por-

DFG. arundine, *H.* 1. pluvias, *DFG.* 2. scrutatim, *DEFG.* servatim, *H.* 4. at] *EH.* ad, *r.* hibernam] *G.* hivernum, *H.* hibernum, *r.* 10. futuri] et (etiam, *F*².) futuri, *DFG.* 19. abibunt] *F*²*G.* habebunt, *r.* circumcludunt, *DFG.* 21. eo] *EF*¹. ea, *r.* 22. ita ut] *D*²*F*²*H.* ut aut, *r.* maxima] *F* *H.* maximae, *F*¹. maxime, *r.* 25. se ruperit] se roperit, *D*¹*F*¹*G.* eruperit, *F*². 28. ostendunt, *DEG.* 29. levem] *H.* lenem, *F*¹. linet, *E.* lenem, *r.* 30. 31. si ater] siat, *F*¹. si autem, *F*². fiat, *E.* 31. ruperit se] *H.* eruperit, *F*². ruperit, *E.* ruperisi, *r.*

tendere creditur. in V cornua eius obtusa pluviam, erecta et infesta ventos semper significant, quarta tamen maxime. cornu eius septentrionale acuminatum atque rigidum illum praesagit ventum, inferius austrum, utrumque rectum noctem ventosam. si quartam orbis rutilus cinget, et ventos et imbres praemonebit. Apud Varronem ita est: Si quarto die luna erit directa, magnam tempestatem in mari praesagiet, nisi si coronam circa se habebit et eam sinceram, quoniam illo modo non ante plenam lunam hiematurum ostendit. si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit, si rutila, ventos, nigrescens imbres. si caligo orbis nubem incluserit, ventos quae se ruperit, si gemini orbis cinxerint, maiorem tempestatem, et magis, si tres erunt aut nigri, interrupti atque distracti. nascens luna si cornu superiore obatrato surget, pluvias decrescens dabit, si inferiore, ante plenilunium, si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxime splendet ex ea ventum ostendet, si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. si ante quartam non apparuerit vento favonio flante, hiemalis toto mense erit. si XVI vehementius flammea apparuerit, asperas tempestates praesagiet. Sunt et ipsius lunae VIII articuli, quotiens in angulos solis incidat, plerisque inter eos tantum observantibus praesagia eius, hoc est III, VII, XI, XV, XVIII, XXIII, XXVII et interlunium.

(80.) Tertio loco stellarum observationem esse oportet. Discurrere hae videntur interdum, ventique protinus secuntur, in quorum parte ita praesagiare. caelum cum aequaliter totum erit splendidum articulis temporum quos proposuimus, autumnum serenum praestabit et frigidum, si ver et aestas non sine refrigerio aliquo transierint, autumnum serenum ac tersum minusque ventosum facient. autumnus serenitas ventosam hiemem facit. cum repente stellarum fulgor obscuratur, ut id

1. V] quinta, *E*(?), XV, *r*. 4 utrumque] *ego*. utrimque, *F*². utraque, *r*. rectum] *F*^o. recta, *E*. rectam. *r*. 5. cinget et] *d*. cingebit et, *F*². cingebat, *E*. cingebat e, *r*. 7. 8. nisi si] *F*². et nisi. *D*². nisi sit. *r*. 13. orbe, *F*². orbem, *H*. 16. obatrato] obrecto, *F*². adtrato, *D*². 28. loci, *DG*. locis, *F*¹. 30 ista, *F*². 32. prestabit et, *F*². prestabitur, *F*^{1G}. praestabitur, *D*. praesagiabitur, *r*. 32. 33. sine refrigerio] *H*. sint regio, *r*. 33. tersum] *Hoff* in *Zeitschr. f. Alt. Wiss.* 1854, 701. densum, *C*.

neque nubilo nec caligine fiat, graves denuntiantur tempestates. si volitare plures stellae videbuntur, quo ferentur albescentes ventos ex is partibus nuntiabunt, una si cursitabunt, certos, si id in pluribus partibus fiet, inconstantis ventos et undique, si stellarum errantium aliquam orbis incluserint, imbrem. Sunt in signo cancri duae stellae parvae aselli appellatae, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula quam praesepia appellant. haec cum caelo sereno apparere desiit, atrox hiems sequitur. sin alteram earum aquiloniam caligo abstulit, auster saevit, si austrinam, aquilo. Arcuus cum sunt duplices, pluvias nuntiant, a pluviis serenitatem non perinde certam, circulus nubis circa sidera aliqua pluviam.

(81.) Cum aestate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat, contra si minus tonuit, imbrem. cum sereno caelo fulgetrae erunt et tonitrua, hiemabit, atrocissime autem, cum ex omnibus quattuor partibus caeli fulgurabit, cum ab aquilone tantum, in posterum diem aquam portendet, cum a septentrione, ventum eum. cum ab austro vel coro aut favonio nocte serena fulgurabit, ventum et imbrem ex isdem regionibus demonstrabit. tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.

(82.) Nubes cum sereno in caelum feruntur, ex quacumque parte id fiet venti expectentur. si eodem loco globabuntur adpropinquanteque sole discutientur et hoc ab aquilone fiet, ventos, si ab austro, imbres portendent. sole occidente si ex utraque parte eius caelum petent, tempestatem significabunt. vehementius atrae ab oriente in noctem aquam minantur, ab occidente in posterum diem. si nubes ut vellera lanae spargentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient. cum in cacuminibus montium nubes consident, hiemabit. si cacumina pura fient, disserenabit. nube gravida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit. caelo quamvis sereno nubecula quamvis parva flatum procellosum dabit.

1. fiat] *Sillig.* fiant, *D*². accidat, *F*^o. fluvians, *E.* fluviant, *r.* fiat, pluvia aut, *Ianus*. 3. una] *Ianus* aut, *C.* cursitabunt] cura stabunt, *C.* 4. et undique] *D*². et untiti, *H*¹. et cunditi, *H*². efunditi, *G.* effundit, *D*¹. effundit, *E.* effundi, *F*². effunditi, *F*¹. 5. stellarum] *d.* stellam, *r.* aliquam] *F*²*H.* aliquae, *E.* alique, *r.* 8. desiit] *D*²*H.* desierit, *EF*². desesit, *r.* 9. sin] *D.* si in, *r.* 11. circulus] *F*²*H.* circulis, *r.* 15. fulgetrae] *D.* fulgere, *H.* fulget pluviae, *E.* fulgetre, *r.* tonitrua] *D*². tonitru ab, *D*¹*G.* tonitrua ab, *r.* 19 fulgurabit] *F*². fulgurant, *E.* fulgura, *H.* fulgur aut, *r.* 22. ex] *F*²*H.* ea, *r.* 24. adpropinquanteque] *F*². adpropinquati quae, *H.* adpropinquantisque, *E.* adpropinquantique, *r.* sole] *F*². solo, *H.* soli, *r.* 33. quamvis] *EF*².

357 (83.) Nebulae montibus descendentes aut caelo cadentes
vel in vallibus sidentes serenitatem promittent.

(84.) Ab his terreni ignes proxime significant. pallidi
namque murmurantesque tempestatum nuntii sentiuntur, plu-
viae iam in lucernis fungi. si flexuose volitet flamma, ventum. 5
358 et lumina, cum ex sese flammam elidunt aut vix accenduntur,
item cum in aenō pendente scintillae coacervantur, vel cum
tollentibus ollas carbo adhaerescit, aut cum contactus ignis e
se favillam discutit scintillamve emittit, vel cum cinis in foco
concrevit et cum carbo vehementer perlucet. 10

359 (85.) Est et aquarum significatio: mare si tranquillum in
portu cursitabit murmurabitve intra se, ventum praedicat, si idem
hieme, et imbrem, litora ripaeque si resonabunt tranquillo,
asperam tempestatem, item maris ipsius tranquillo sonitus spu-
maeve dispersae aut aquae bullantes. pulmones marini in pe- 15
lago plurium dierum hiemem portendunt. saepe et silentio
intumescit flatumque altius solito iam intra se esse ventos fatetur.

360 (86.) Et quidam et montium sonitus nemorumque mugitus
praedicunt et sine aura quae sentiatur folia ludentia, lanugo
populi aut spinae volitans aquisque plumae innatantes, atque 20
etiam in campanis venturam tempestatem praecedens suus fra-
gor. caeli quidem murmur non dubiam significationem habet.

361 (87.) Praesagiunt et animalia: delphini tranquillo mari
lascivientes flatum ex qua venient parte, item spargentes aquam,
idem turbato tranquillitatem. loligo volitans, conchae adhae- 25
rescentes, echini adfigentes sese aut harena saburrantes tempe-
statis signa sunt. ranae quoque ultra solitum vocales et fuli-
362 cae matutino clangore, item mergi anatesque pinnas rostro
purgantes ventum, ceteraeque aquaticae aves concursantes, grues
in mediterranea festinantes, mergi, gaviae maria aut stagna 30
fugientes. grues silentio per sublime volantes serenitatem,

quam visa, *r.* 4. 5. pluviae] et pluviae, *F*². 7. aenō] *F*²*H.* aeone, *D.*
eo, *E.* eone, *r.* 8. contactus] *H.* contentus, *r.* 8. 9. e se] e si, *H.*
est, *r.* 12. cursitabit] *D*²*F*². cursu (cursus, *H.*) stabit, *r.* murmura-
bitve] *F*². murmurabit ut, *H.* murmurant ut, *G.* murmurabit, *E*¹. murmu-
ravit, *E*². murmuravit ut, *r.* idem] *E.* id, *r.* 13. hieme] *F*². hie, *G.*
hiemem, *r.* - si resonabunt] *EF*²*H.* resonabunt, *D*². extresonabunt, *G.*
straesonabunt, *r.* tranquillo] *F*². tranquillos, *r.* 14. tranquillo] *H.*
tranquillus, *EF*². tranquillos, *r.* 15. pulmonesve, *F*². 16. plurium]
H. plurimorum, *F*². plurimum, *r.* 17. inflaturque, *F*². flatuque, *EH.*
18. quaedam, *F*². 19. et] et est, *F*². 20. pluma, *E.* plumis, *H.*
innatans, *E.* 21. oampanis, *H.* campanus, *E.* campis, *v.* 23. ani-
malia] *D*²*H.* animalia ac, *EF*². animalia a, *r.* 24. veniunt, *E.* 27.
solitum] *H.* sonitum, *r.* 30. gaviae] *Pint.* cavicae, *F*¹. caviae, *r.*

sic et noctua in imbre garrula, at sereno tempestatem, corvique singultu quodam latrantes seque concutientes, si continuabunt, si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem. graculi sero a pabulo recedentes hiemem, et albae aves cum congregantur et cum terrestres volucres contra aquam clangores dabant perfundentesque sese, sed maxime cornix, hirundo tam iuxta aquam volitans ut pinna saepe percutiat, quaeque in arboribus habitant fugitantes in nidos suos, et anseres continuo clangore intempestivi, ardea in mediis harenis tristis.

(88.) Nec mirum aquaticas aut in totum volucres praesagia aeris sentire, pecora exultantia et indecora lascivia ludentia easdem significationes habent, et boves caelum olfactantes seque lambentes contra pilum, turpesque porci alienos sibi manipulos feni lacerantes, segniterque et contra industriam suam apes conditae, vel formicae concursantes aut ova progerentes, item vermes terreni erumpentes.

(89.) Trifolium quoque inhorrescere et folia contra tempestatem subrigere certum et. (90.) nec non et in cibis mensisque nostris vasa quibus esculentum additur sudorem repositoris relinquentia diras tempestates praenuntiant.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XVIII.

(Sect. 1.) Siderum quoque tempestatumque ratio vel imperitis 1
facili atque indubitato modo demonstrata est, vereque intellegentibus non minus conferunt rura deprehendendo caelo quam sideralis scientia agro colendo. proximam multi hortorum curam fecere. nobis non protinus transire ad ista tempestivum 2
videtur, miramurque aliquos scientiae gratiam eruditionisve gloriam ex his petentes tam multa praeterisse nulla mentione 30
habita tot rerum sponte curave provenientium, praesertim cum

1. sic et] *ego. sic, E. sic̄, F. sicut, r.* at] *H. aut̄, F. aut, r.*
4. pabulo] *D²F². pavulo, H. pabulis, E. fabulo, r.* 8. nidos suos] *idis suis, H. nidis suis, r.* 14. segniterve, *H. segnitervae, F². signitervae, F¹. signiterve, r.* apes] *abs, C.* 15. vel] *om. E.* 18. cibis] *D²F²H. civis, E. cuius, r.* 25. indubitata, *DF.* 29. aliquos] *D². quos, r.*

plerisque earum pretio usuque vitae maior etiam quam frugibus perhibeatur auctoritas. atque, ut a confessis ordiamur utilitatibus quaeque non solum terras omnis verum etiam maria replevere, seritur ac dici neque inter fruges neque inter hortensia
 3 potest linum. Sed in qua non occurret vitae parte, quodve miraculum maius, herbam esse quae admoveat Aegyptum Italiae in tantum ut Galerius a freto Siciliae Alexandriam septimo die pervenerit, Balbillus sexto, ambo praefecti, aestate vero post XV annos Valerius Marianus ex praetoris senatoribus a Puteolis
 4 nono die lenissimo flatu? herbam esse quae Gadis ab Herculis columnis septimo die Ostiam adferat et citeriorem Hispaniam quarto, provinciam Narbonensem tertio, Africam altero, quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flavio legato Vibi Crispi procos.? audax vita, scelerum plena, aliquid seri ut ventos procellasque
 5 capiat, et parum esse fluctibus solis vehi, iam vero nec vela satis esse maiora navigiis, sed, quom vix amplitudini velorum antemnarum singulae arbores sufficient, super eas tamen addi alia vela praeterque in proris et alia in puppibus pandi, ac tot modis provocari mortem, denique tam parvo semine nasci quod orbem terrarum ultro citro portet, tam gracili avena, tam non
 6 alte a tellure tolli, neque id viribus suis nexum, sed fractum tunsumque et in mollitiem lanae coactum iniuria ad summa audaciae pervenire. nulla exsecratio sufficit contra inventorem dictum suo loco a nobis, cui satis non fuit hominem in terra
 7, 206
 18, 326
 sqq.
 7 mori, nisi periret et insepultus. at nos priore libro imbres et flatuus cavendos frugum causa victusque praemonebamus, ecce seritur hominis manu, metitur eiusdem hominis ingenio quod ventos in mari optet. praeterea, ut sciamus favisse Poenas, nihil gignitur facilius, ut sentiamus nolente id fieri natura, urit agrum deterioremq; etiam terram facit.

7 Cap. 1. (2.) [1] Seritur sabulosis maxime unoque sulco, nec magis festinat aliud. vere satum aestate vellitur, et hanc

2. perhibetur, C. 8. Balbillus] *Lipsius ad. Tac. ann. 12, 22.*
 Babillus, C. 8. 9. post XV annos] p'. XV a, *FG. p. XVa, D'. post XV, E. proxima, D².* 10. herbas, C. ab] *QD². ad, r.* 11. columnas, E. 13. flavio] *D². flatito, r.* 14. 15. procellasque capiat] *D²S. procellas recipiat, E. procellas ut capiat, r.* 15. esse] *E. esse et, r.* 16. navigiis] *d². navigii, r.* quom vix] *ego. cum vix Pint. quamvis, C.* velorum] *hoc loco posuit Urlichs chrest. 230, C infra voci addi subiciunt.* 20. citro] *Q¹D. citroque, r.* 21. nexum] *Sillig. nexu, Q. necti, r.* fractum] *QD². praetium, D¹F. pretium, r.* 22. ad] *Urlichs chrest. 231. ac, C.* 23. audaciae] *Urlichs ibid. audacia, D². audacia eo, S. audacia Et, r.* 24. a] *E. om. r.* 28. propterea, *DFGS.*
 29. id] *E. om. r.*

quoque terrae iniuriam facit. ignoscat tamen aliquis Aegypto
 serenti ut Arabiae Indiaeque merces inportet. itane et Galliae
 censentur hoc reditu? montesque mari oppositos esse non est
 satis et a latere oceani obstare ipsum quod vocant inane? Ca-
 durci, Caleti, Ruteni, Bituriges ultumique hominum existimati 8
 Morini, immo vero Galliae universae vela texunt, iam quidem
 et transrhenani hostes, nec pulchriorem aliam vestem eorum
 feminae novere. qua admonitione succurrit quod M. Varro
 tradit, in Serranorum familia gentilicium esse feminas lintea
 veste non uti. in Germania autem defossae atque sub terra id 9
 opus agunt. similiter etiam in Italiae regione Aliana inter Pa-
 dum Ticinumque amnes, ubi a Saetabi tertio in Europa lino
 palma, secundam enim in vicino Alianis capessunt Retovina et
 in Aemilia via Faventina. candore Alianis semper crudis Faven-
 tina praeferuntur, Retovinis tenuitas summa densitasque, candor
 qui Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud
 alios offensionem habet. nervositas filo aequalior paene quam
 araneis tinnitusque, cum dente libeat experiri. ideo duplex
 quam ceteris pretium. [2] Et ab his Hispania citerior habet 10
 splendorem lini praecipua torrentis in quo politur natura, qui
 adluit Tarraconem. et tenuitas mira ibi primum carbasis re-
 pertis. non dudum ex eadem Hispania Zoelicum venit in Ita-
 liam plagis utilissimum, civitas ea Gallaeciae et oceano propin-
 qua. est sua gloria et Cumano in Campania ad piscium et
 alitum capturam. eadem et plagis materia. neque enim mino- 11
 res cunctis animalibus insidias quam nobismet ipsis lino tendi-
 mus. sed Cumanae plagae concidunt apros, saetas ceu ferri
 acie vincunt, vidimusque iam tantae tenuitatis ut anulum hominis
 cum epidromis transirent uno portante multitudinem qua saltus

4. a latere] *D*². alia terre, *F*². alia terrae, *E*. aliatere, *r*. 6. mo-
 rini] *D*². murini, *r*. 10. defossae] *S*. defossi, *E* defossa, *r*. 11.
 italiae] *QS*. italia, *r*. regione] *QE*. ratione, *r*. Aliana] *Turnebus adv.*
 10, 20. aeliana, *Q*. aliae nam, *D*². aliam a, *S*. aliena. *r*. 11. 12. pa-
 tum, *Q*. panum, *DF*¹. 12. a Saetabi] a setabi, *D*¹*F*¹*G*. a setabia, *D*². ac
 setabi, *F*². a cetabi, *E*. a petabo, *S*. 13. secundam] *D*. secanda, *r*.
 retovina] *Q*. retolina, *D*². cretovina, *r*. 14. aalianis, *F*. 15. re-
 tovinis] *D*¹*F*. retolinis, *D*². retiis vinis, *Q*. cretovinis, *r*(?). 15. 16. candor
 qui] *Sillig*. candorque, *D*². candoreque, *D*¹*F*. candoraeque, *r*. 18. ara-
 neis] *DG*. coraneis, *F*. coronae his, *E*. maris, *Q*. 19. et ab his] *F*. et
 ab, *D*. et ad, *G*. et, *E*. sed in, *Q*. citeriore, *D*². citeriorem, *S*. 20.
 splendorem] *QD*². splendore, *r*. praecipua] *Q*. praecipuam, *r*. 21.
 adluit] *Q*. adlatuit, *r*. 22. non] nam, *E*. 23. galliciae, *D*. gallitiae,
r. 24. ad] *D*²*E*. aut, *r*. 25. capturam] *E*. capturas, *r*. 26. quam]
E. quas, *r*. 27. saetas ceu] setas ceu, *D*²*S*. aetas (et aetas, *E*) ceu
e, *r*. 28. acie] *ego*. aciem, *C*. 29. qua] que, *C*.

cingerentur — nec id maxime mirum, sed singula earum stammina centeno quinquageno filo constare — sicut paulo ante
 12 Iulio Lupo qui in praefectura Aegypti obiit. mirentur hoc ignorant
 in Aegypti quondam regis quem Amasim vocant thorace
 in Rhodiorum insula Lindi in templo Minervae CCCLXV filis 5
 singula fila constare, quod se expertum nuperrime prodidit
 Mucianus ter cos., parvasque iam reliquias eius superesse hac
 13 experientium iniuria. Italia et Paelignis etiamnum linis honorem
 habet, sed fullonum tantum in usu. nullum est candidius
 lanaeve similis, sicut in culcitis praecipuam gloriam Cadurci 10
 obtinent. Galliarum hoc et tomenta pariter inventum. Italiae
 quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti. [3]
 14 Aegyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. quattuor
 ibi genera: Taniticum, Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum re-
 gionum nominibus in quibus nascuntur. superior pars Aegypti in 15
 Arabiam vergens gignit fruticem quem aliqui gossypion vocant,
 plures xylon et ideo lina inde facta xylina. parvos est similemque
 barbatae nucis fructum defert cuius ex interiore bombyce lanugo
 netur. nec ulla sunt cum candore molliora pexiorave. vestes
 15 inde sacerdotibus Aegypti gratissimae. quartum genus othoninum 20
 appellant. fit e palustri velut harundine, dumtaxat panicula
 eius. Asia e genista facit lina ad retia praecipue in piscando
 durantia, frutice madefacto X diebus, Aethiopes Indique e malis,
 12, 18 Arabes e curcurbitis in arboribus, ut diximus, genitis.
 16 (3.) Apud nos maturitas eius duobus argumentis intellegi- 25
 tur, intumescente semine aut colore flavescente. tum evolsum
 et in fasciculos manuales colligatum siccatur in sole pendens
 conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis con-
 trariis in se fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat.
 inter medicamina huic vis et in quodam rustico ac praedulci Ita- 30
 liae transpadanae cibo, sed iam pridem sacrorum tantum gratia.

1. sed] se in *G.* sed in, *r.* 4. quem] quae *DF.* 5. Lindi in] *Pint.* tendi, *C.* (civitas est lindos in rhodo insula ibi in, *Q.*) 6. se expertum nuper romae, *D*². se nuperrime expertum, *Q.* se (per se, *E.*) exemplum nuper (noper *D*¹. ne per, *F.*) romae, *r.* 8. pelignis, *C.* etiam, *D*². 11. tomenta] *QD*²*E.* tormenta, *r.* 14. taniticum] *D*². taneticum, *Q.* taenitium ad, *E.* tainitium ad, *F.* tainicum ad, *r.* 17. xylon] *D*². exylon, *D*¹. filon, *r.* xylina] *d.* xylena, *r.* similemque — 18. defert] *D*². *om.* *r.* 19. ulla sunt] *D*². nullas, *F.* nulla sunt, *r.* molliora] *Salm.* meliora, *S.* molliore, *r.* pexiorave] *D*²*S.* pix fora, *r.* 20. othoninum] *D*². othoneinum, *Q.* ut homines, *E.* ut hominum, *r.* 24. arabes e] *Q.* arabes, *r.* gentis, *Q.* de genistis, *S.* genistis, *r.* 28. aliis] *cod.* *Tol.* aliis in, *C.* 29. fascium] *d.* facitium, *E.* faciunt, *F*². facium, *r.*

post deinde messem triticiam virgae ipsae merguntur in aquam 17
solibus tepefactam, pondere aliquo depressae, nulli enim levitas
maior. maceratas indicio est membrana laxatior, iterumque in-
versae ut prius sole siccantur, mox arefactae in saxo tunduntur
stuppario malleo. quod proximum cortici fuit, stuppa appella-
tur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. et ipsa
tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorti-
cetur. medullae numerosior distinctio candore, mollitia. cor- 18
tices quoque decussi clibanis et furnis praebent usum. ars
depectendi digerendique — iustum e quinquagenis fascium libris
quinas denas carminari — linumque nere et viris decorum est.
iterum deinde in filo politur, inlimum crebro silici ex aqua, tex-
tumque rursus tunditur clavis, semper iniuria melius.

(4.) Inventum iam est etiam quod ignibus non absumere- 19
tur. vivom id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo
vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis quam
possent aquis. regum inde funebres tunicae corporis favillam
ab reliquo separant cinere. nascitur in desertis adustisque In-
diae locis, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes, adsue-
scitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter
brevitatem. rufus de cetero colos splendescit igni. Cum in- 20
ventum est, aequat pretia excellentium margaritarum. vocatur
autem a Graecis ἀσβέστινον ex argumento naturae suae. Ana-
xilaus auctor est linteo eo circumdatam arborem surdis ictibus
et qui non exaudiantur caedi. ergo huic lino principatus in
toto orbe. proximus byssino, mulierum maxime deliciis circa
Elim in Achaia genito, quaternis denaris scripula eius permutata
quondam ut auri reperio. Linteorum lanugo, e velis navium 21
maritimarum maxime, in magno usu medicinae est, et cinis
spodii vim habet. Est et inter papavera genus quoddam quo
candorem lintea praecipuum trahunt.

(5.) Temptatum est tingui linum quoque, ut vestium in- 22
saniam acciperet, in Alexandri Magni primum classibus Indo

1. triticiam] *S.* tritici aut, *C.* 2. tepefacta, *F.* tepefactum, *EG.*
3. indicio est] *D*². indie idem (id est *F*¹)*r.* 5. stuppario] *D*². stipario,
EF. stipario, *r.* 7. hamis] *Barb.* aenis, *C.* 8. destinatio, *E.* 8. 9.
cortices — 11. carminari] *Ianus hoc loco posuit; C. voci est v. 11 sub-*
iciunt. 12. silici] in silice, *E.* 12. 13. testumque, *D*¹. testuque, *F.*
18 19. indie locis, *Q.* sole indiae, *r.* 20. texto, *D*². exto, *D*¹*F.* tectum, *Q.*
21. brevitatem, *Q.* utitatem, *F.* utiatem, *D*¹. 23. abestinum, *D*².
ac vectinon, *Q.* avestinum, *r.* suae] *D*²*S.* om. *r.* 24. linteo eo]
lineteolo, *D*². ictibus] ictus, *Q.* actibus, *C.* 28. velis] *Q.* villis, *C.*
30. spodii] *Q.* pondi, *C.* 32. ut] *Q*¹*F.* et, *r.* vestium] *E.* ve-
stitum, *Q.* vecium, *D*². vestigium, *r.* 32. 33. infamiam, *Q.* 33. acciperet]

amne navigantis, cum duces eius ac praefecti certamine quodam variassent et insignia navium, stupueruntque litora flatu versicoloria. Pellente velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit eodemque fugit. hoc fuit imperatoriae navis insigne.

- 23 (6.) Postea in theatris *extenta* umbram fecere, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. mox Caesar dictator totum forum Romanum intexit viamque sacram ab domo sua et cli- 10
vum usque in Capitolium, quod munere ipso gladiatorio mira-
24 bilius visum tradunt. deinde et sine ludis Marcellus Octavia Augusti sorore genitus in aedilitate sua avunculo XI cos. a kal. Aug. velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent, quantum mutatis moribus Catonis censorii qui sternendum quo- 11
que forum muricibus censuerat! Vela nuper et colore caeli, stellata, per rudentes *stetere* etiam in amphitheatris principis Neronis. rubent in cavis aedium et muscum *ab* sole defendunt.
25 cetero mansit candori pertinax gratia. Honor etiam *ex* Troiano bello. cur enim non et proeliis intersit ut naufragiis? thora- 2
cibus lineis paucos tamen pugnasse testis est Homerus. hinc fuisse et navium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores, quoniam, cum *σπαρτὰ* dixit, significaverit sata.
26 2. (7.) Sparti quidem usus multa post saecula coeptus est, nec ante Poenorum arma quae primum Hispaniae intulerunt. 2
Herba et haec, sponte nascens et quae non queat seri, iuncusque proprie aridi soli, uni terrae dato vitio. namque id malum telluris est, nec aliud ibi seri aut nasci potest. in Africa exiguum et inutile gignitur. Carthaginensis Hispaniae citerioris portio, nec haec tota sed quatenus parit, montes quoque sparto 3
27 operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina et pastorum vestes. animalibus noxium praeterquam cacuminum teneritate. ad reliquos usus laboriose evellitur ocreatis cruribus manuque textis manicis convoluta, osseis iligneisve

Q. accipere, *C.* 1. in certamine, *E.* 3. *dist. ego.* pellente] *D*²*S.* spendeute, *E.* spellente, *r.* 3. antonium, *QC.* 4. effugit, *EF.*
6. *extenta*] *ego.* tantum, *C.* 9. apollinaribus] *D*². acollinaribus, *r.*
11. munere] *Barb.* muneri, *C.* 13. avunculo] *d.* avunculi, *r.* a]
DFS. a. d., *r*(?). 14. consistere, *DF.* 17. *stetere*] *Sillig.* feret, *D*².
fere, *S.* terrae, *r.* 18. *ab*] *Sillig.* ad, *C.* 19. candori] *d.* candore, *r.*
ex] et, *C.* 20. 21. thoracibus] *D*². thoracaeis, *F.* thoraceis, *r.*
33. evellitur] *E.* vellitur, *r.* 33. 34. ocreatis] *d.* ocrea, *E.* hoc reatus, *r.*
34. manuque textis] *Salm.* manu textisque, *C.* convoluta] *Salm.* convolutum, *C.*

conamentis, nunc iam in hiemem iuxta, facillime tamen ab idibus
Mais in Iunias. hoc maturitatis tempus.

(8.) Volsum fascibus in acervo *cumulatum* biduo, tertio re- 28
solutum, spargitur in sole siccaturque et rursus in fascibus re-
dit sub tecta. postea maceratur, aqua marina optime, sed et
dulci, si marina desit, siccaturque sole iterum rigatur. si re-
pente urgeat desiderium, perfusum calida in solio ac siccatur
stans compendium operae fatetur. hoc autem tunditur ut fiat 29
utile, praecipue in aquis marique invictum. in sicco praeferunt
e cannabi funes. set spartum alitur etiam demersum, veluti
natalium sitim pensans. est quidem eius natura interpolis, rur-
susque quam libeat vetustum novo miscetur. veruntamen con- 30
plectatur animo qui volet miraculum aestumare, quanto sit in
usu omnibus terris navium armamentis, machinis aedificationum,
aliisque desideriiis vitae. ad hos omnis usus quae sufficient
minus XXX passuum in latitudinem a litore Carthagini Novae
minusque C in longitudinem esse reperientur. longius vehi
impedia prohibent.

(9.) Iunco Graecos ad funes usos nomini credamus quo 31
herbam eam appellant, postea palmarum foliis philuraque ma-
nifestum est. inde translatum a Poenis sparti usum perquam
simile veri est.

(10.) Theophrastus auctor est esse bulbi genus circa ri- 32
pas annuum nascens, cuius inter summum corticem eamque
partem qua vescuntur esse laneam naturam ex qua inpilia ve-
stesque quaedam conficiantur. sed neque regionem in qua id
fiat nec quicquam diligentius praeterquam eriophoron id ap-
pellari in exemplaribus quae equidem invenerim tradit, neque
omnino ullam mentionem habet sparti cuncta magna cura per-
secutus CCCXC annis ante nos, ut iam et alio loco diximus, 15, 1
quo apparet post id temporis in usum venisse spartum.

(11.) Et quoniam a miraculis rerum coepimus, sequemur 33
eorum ordinem, in quibus vel maximum est aliquid nasci ac
vivere sine ulla radice. Tubera haec vocantur undique terra cir-

3. *cumulatum*] *Turnebus*. animatum, C. 5. sed et] *EG*. sed, *D*².
se et, r. 7. fervefusum, *D*². pervefusum, r. solio] *Sabellicus*. fo-
lio, C. 10. sed] *Sillig.* et, C. 11. sitim pensans] *codd.* *Gel.* sitim
pensas *G*. sit inpensas, r. 16. a litore] *Q*. altiore, C. 17. C] - *EQ*.
om. r. 21. sparti] *d.* partis, *E*. parci, *F*¹. parti, r. 26. conficiantur]
Q. conficiant, C. 29. sparti] *D*². isper, *G*. spar, r. 30. CCCXC]
Hard. CCCXL, C. CCCL, *Q*. 31. apparet] *Q*. appellaret, C. tem-
poris] *Q*. temporis spatium, C. usum] *E*. usu, r. 33. ac] *Q*. aut,
C. 34. haec] *om.* *Q*.

- cum data nullisque fibris nixa aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur aut rimas sentiente. neque ipsa terrae cohaerent, cortice etiam includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere neque aliud quam terrae callum.
- 34 Siccis haec fere et sabulosis locis frutectosisque nascuntur. excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. duo eorum genera, harenosa dentibus inimica et altera sincera. distinguntur et colore, rufo nigroque et intus candido, laudatissima Africae. Crescant anue vitium id terrae — neque enim aliud intellegi potest — ea protinus globetur magnitudine qua 10 futurum est, et vivant anue, non facile arbitror intellegi posse.
- 35 putrescendi enim ratio communis est cum ligno. Lartio Licinio praetorio viro iura reddenti in Hispania Carthagine paucis his annis scimus accidisse mordenti tuber ut deprehensus intus denarius primos dentes inflecteret, quo manifestum erit terrae 15 naturam in se globari. quod certum est, ex his erunt quae nascantur et seri non possint.
- 36 3. (12.) Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant misy, praecipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius, et quod in Thracia iton et quod in Graecia ceraunion. 20
- 37 (13.) De tuberibus haec traduntur peculiariter: cum fuerint imbres autumnales ac tonitrua crebra, tunc nasci et maxime e tonitribus, nec ultra annum durare, tenerruma autem verno esse. quibusdam locis acceptantis riguis feruntur, sicut Mytilenis negant nasci nisi exundatione fluminum invecto semine ab Tiaris. est autem is locus in quo plurima nascuntur. 25 Asiae nobilissima circa Lampsacum et Alopeconnesum, Graeciae vero circa Elim.
- 38 (14.) Sunt et in fungorum genere Graecis dicti pezicae, qui sine radice aut pediculo nascuntur. 30
- (15.) Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpicum, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia

1. nullis, *Q*. nexa, *QD*². 2. sentiente] *D*²*S*. ingente, *E*. sent gente, *r*. 4. terram] *EG*. terra, *D*. terrae, *F*. 7. inimica et] *E*. inimicam, *G*. inimica in *Sr*. altero, *DFS*. 9. crescunt, *D*². 10. aliud] mali ut (et, *E*] *C*. intelligi, *d*. intellege, *DG*. intellegere, *r*. 11. anue] *cod*. *Tol*. ac, *E*. ac ne, *Sr*. 12. 13. licino, *Q*. 15. denarius] *d*. denariōs, *Q*. denariis, *EF*². denaris, *r*. 16. erunt] *QS*. serunt, *C*. 20. iton—greca, *Q*. *om*. *CS*. ceraunion] geranium, *Q*. ceraranium, *S*. ceranio, *E*. cerarano, *DF*. caeraramo, *G*. 22. ac] aut, *Q*. 22. 23. maximum, *C*. 24. acceptantis, *D*². acceptantur, *r*. 26. is] his, *C*. 28. Elim] *Theophr*. *ap*. *Athen*. 2. *p*. 62 *C*. olimpium, *E*. olim, *r*. 32. silphyum, *Q*. siripi, *F*¹. syriphi, *G*. siriphi, *r*.

reperitum, cuius sucum laser vocant, magnificentum in usu medi-
 camentisque et ad pondus argentei denari repensum. multis 39
 iam annis in ea terra non invenitur, quoniam publicani qui
 pascua conducunt maius ita lucrum sentientes depopulantur
 pecorum pabulo. unus omnino caulis nostra memoria reper-
 tus Neroni principi missus est. si quando incidit pecus in spem
 nascentis, hoc deprehenditur signo, ove cum comederit dor-
 miente protinus, capra sternuente. diuque iam non aliut ad 40
 nos invehitur laser quam quod in Perside aut Media et Arme-
 nia nascitur, large sed multo infra Cyrenaicum, id quoque adul-
 teratum cummi aut sacopenio aut faba fracta, quo minus omit-
 tendum videtur C. Valerio M. Herennio cos. Cyrenis advecta
 Romam publice laserpici pondo XXX, Caesarem vero dictatorem
 initio belli civilis inter aurum argentumque protulisse ex aerario
 laserpici pondo MD. Id apud auctores Graeciae vetustissimos 41
 invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure erga
 Hesperidum hortos Syrtimque maiorem septem annis ante oppi-
 dum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostrae anno CXLIII,
 vim autem illam per IIII stadium Africae valuisse. in ea la- 42
 serpicium gigni solitum, rem feram ac contumacem et, si cole-
 retur, in deserta fugientem, radice multa crassaque, caule feru-
 laceo ac simili crassitudine. huius folia maspetum vocabant,
 apio maxime similia. semen erat foliaceum, folium ipsum vere
 deciduum. vesci pecora solita, primoque purgari, mox pingue- 43
 scere carne mirabilem in modum iucunda. post folia amissa
 caule ipso et homines vescebantur decocto assoque, elixo eorum
 quoque corpora XL primis diebus purgante vitiis omnibus. sucus
 duobus modis capiebatur, e radice atque caule. et haec duo
 erant nomina, *δίζιας* atque *καυλίας* vilior illo ac putrescens.
 radici cortex niger. ad mercis adulteria sucum ipsum in vasa 44
 coiectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem
 perducebant, ni ita fecissent, putrescentem. argumentum erat
 maturitatis colos siccitasque sudore finito. Alii tradunt laser- 45
 pici radicem fuisse maiorem cubitali, tuberque in ea supra
 terram. hoc inciso profluere solitum sucum ceu lactis, super-

1. sucus, *DF*. vocatur, *Q*. usum, *C*. 2. repensu, *Q*. pen-
 sum, *C*. 10. large sed] *Q*. large set, *D*². laser et, *E*. largeret, *r*.

11. sacopemo, *DF*. 13. XXX, *Q*. 15. MD] ∞D, *D*². ∞D, *Q*. CXID,
*D*¹*F*. CXI, *EG*. graeciae vetustissimos] *d*. graeci eventissimos, *DF*.
 graeciae evidentissimos, *r*(?). 22. ac] *d*. aut, *Sr*. 23. vere] *D*². vero,
r. 27. vitiis] viciis, *D*². vitia his, *E*. umhos, *F*¹. umhis, *r*. 29.
δίζιας] apizias, *Q*. rimzias, *C*. 33. maturitatis] *D*². maturitate, *E*. ma-
 turitatem, *r*. 34. tuberque] *E*. rutrique, *G*. tubertique. *r*.

nato caule quem magydarim vocarunt. folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a canis ortu austro flante. ex his laserpicium nasci solitum annuo spatio et radice et caule consummantibus sese. hi et circumfodi solitum prodidere, nec purgari pecora, sed aegra sanari aut protinus mori, quod in paucis accidere. Persico silphio prior opinio congruit.

46 (16.) Alterum genus eius est quod magydaris vocatur, tene-rius et minus vehemens sine sucoque, quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. gignitur et in Parnaso monte copiosum quibusdam laserpicium vocantibus, per quae omnia adulteratur rei saluberrimae utilissimaeque auctoritas. probatio sinceri prima in colore modice rufo et, cum frangatur, intus candido, mox tralucente gutta quaeque saliva celerrime liquescat. usus in multis medicaminibus.

47 (17.) Sunt etiamnum duo genera non nisi sordido nota 1. volgo, cum quaestu multum polleant, in primis rubia tingendis lanis et coriis necessaria. laudatissima Italica et maxime suburbana, et omnis paene provinciae scatent ea. sponte provenit seriturque similitudine erviliae, verum spinosa et caule geniculatus hic est quinis circa articulos in orbe foliis. semen 2 eius *nigrum*, *radix* rubra est. quos in medicina usus habeat 24, 94 dicemus suo loco.

48 (18.) At quae vocatur radícula lavandis demum lanis su-cum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. nascitur sativa ubique, sed sponte praecipua in Asia Syriaque, 2 saxosis et asperis locis, trans Euphraten tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui et ipso, cibus indigenarum expetito et unguentis, quicquid sit cum quo decoquatur, folio oleae. struthion Graeci vocant. floret aestate, grata aspectu, verum sine odore, spinosae et caule lanuginis. semen ei nullum, radix 3 magna, quae conciditur ad quem dictum est usum.

49 4. (19.) [1] Ab his superest reverti ad hortorum curam et suapte natura memorandam, et quoniam antiquitas nihil prius mirata est quam Hesperidum hortos ac regum Adonidis et Al-

3. consummantibus] *Vid. Theophr. h. pl. 6, 3, 4. consumentibus, C.* 8. sucoque] *SDF. suco, r.* 10. copiosum] *QS. copioso, C.* 12. probatio] *Q. pratio, DF. precio, G. ratio, E.* 13. intus candito, *Q. candido intus (indus, D)C* quaeque] *Q. aquequae, DF. aqueque, G. aquae quam, S. aqua, E.* 14. celerrime] *S. celerime, Q. celererrime, D². quae, D¹F. que, r.* 19. verum] *vermi, DF.* spinosa] *ego. spinosus, EG. spinosis, r.* 21. nigrum, radix] *Urlichs vind. 389. om. C. rubra] Urlichs ibid. rubia, C. quod, E. quas, G.* 28. unguenti, *DFG.* 28. 29. struthion] *Barb. strutin, C.* 30. spinosa, *EG.*

cinoi, itemque pensiles, sive illos Samiramis sive Assyriae regina
Nitocris fecit, de quorum opere alio volumine dicemus. Ro- 50
 mani quidem reges ipsi coluere. quippe etiam Super-
 bus nuntium illum saevom atque sanguinarium filio remisit ex
 horto. in XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur
 villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero here-
 dium, quam ob rem comitata est et religio quaedam, hortoque et
 foro tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus
 in remedio saturica signa, quamquam hortos tutelae Veneris
 adsignante Plauto. iam quidem hortorum nomine in ipsa urbe
 delicias agros villasque possident. Primus hoc instituit Athenis 51
 Epicurus otii magister. usque ad eum moris non fuerat in
 oppidis habitari rura. Romae quidem per se hortus ager pau-
 peris erat. [2] ex horto plebei macellum, quanto innocentiore 52
 victu! mergi enim, credo, in profunda satius est et ostrearum
 genera naufragio exquiri, aves ultra Phasim amnem peti *ne* fa-
 buloso quidem terrore tutas, immo sic pretiosiores, alias in
 Numidia Aethiopiaque in sepulchris aucupari, aut pugnare cum
 feris mandique capientem quod mandat alius. at, Hercules,
 quam vilia haec, quam parata voluptati satietatique, nisi eadem
 quae ubique indignatio occurreret! ferendum sane fuerit exqui- 53
 sita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro
 pauperibus interdicta, inveterari vina saccisque castrari, nec
 cuiquam adeo longam esse vitam ut non ante se genita potet,
 e frugibus quoque quendam halitum sibi excogitasse luxuriam,
 ac medulla tantum earum superque pistrinarum operibus et
 caelaturis vivere, alio pane procerum, alio volgi, tot generibus
 usque ad infimam plebem descendente *annona*. etiamne in 54
 herbis discrimen inventum est, opesque differentiam fecere in
 cibo etiam uno asse venali? in his quoque aliqua sibi nasci
 tribus negant caule in tantum saginato ut pauperis mensa non
 capiat? silvestres fecerat natura corrudas, ut passim quisque
 demeteret. ecce altilis spectantur asparagi, et Ravenna ternos
 libris rependit. heu prodigia ventris! mirum esset non licere

1. 2. regina Nitocris] *Urlichs vind. 391. reāgin syriis, Q. rex cyrus, C.*
 12. otii] hortorum, *E.* 16. ne] et ne, *Pint. e, F. et, r.*
 18. numidia aethiopiaque] *S. numidia que (quae, F) aethiopiae, C.*
 in sepulchris aucupari] *S. sepulcrha, F. sepulchra, r.* pugnare] *G.*
 pugnari, *F¹. purgari, r.* 19. feris] *d. foris, r.* cupientem, *E.*
 mandit, *E.* 20. voluptati] *d. voluntati, r.* 26. medulla] *d. medallam,*
F¹. medullam, r. et] *G. ex. r.* 28. descentem, *F¹. descendentem,*
r. *annona]* *Budaeus de asse p. 288. anima, C.* 29. opesque] *d.*
opusque, r. facere, *E.* 31. saginato] *d. signato, r.* 32. corru-
 das] *G. horrudas, E. orrudas, F.* 33. ternis, *E.*

55 pecori carduis vesci, non licet plebei! aquae quoque separantur, et ipsa naturae elementa vi pecuniae discreta sunt. hi nivis, illi glaciem potant, poenasque montium in voluptatem gulae vertunt. servatur liquor aestibus excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. decocunt ali aquas, mox et illas hiemant. 5
 56 nihil utique homini sic quomodo rerum naturae placet. etiamne herba aliqua diviti tantum pascitur? — nemo Sacros Aventinosque montes et iratae plebis secessus circumspexerit. mox enim census aequabit quos pecunia separaverit. itaque, Hercules, nullum macelli vectigal maius fuit Romae clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis huius. conpertumque non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius ac minore fortunae iure, quam cum credatur pensio ea pauperum is, quis in solo sponsor est et sub die
 57 reditus superficiesque caelo quocumque gaudens. [3] Hortorum Cato praedicat caules. hinc primum agricolae aestumabant prisci, et sic statim faciebant iudicium nequam esse in domo matrem familias — etenim haec cura feminae dicebatur — ubi indiligens esset extra hortus, quippe e carnario aut macello vivendum esse. nec caules ut nunc maxime probabant, damnantes 20
 58 pulmentaria quae egerent alio pulmentario. id erat oleo parcere, nam gari desideria etiam in exprobratione erant. horti maxime placebant quae non egerent igni parcerentque ligno, expedita res et parata semper, unde et acetaria appellantur, facilia concoqui nec oneratura sensum cibo, et quae minime 21
 59 accenderent desiderium. pars eorum ad condimenta pertinens fatetur domi versuram fieri solitam, atque non Indicum piper quaesitum quaeque trans maria petimus. iam in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum cotidiana oculis rura praebebant, antequam praefigi prospectus omnis coegit multitudinis 3
 innumerae saeva latrocinatio. quamobrem sit aliquis et his honos,

2. vi] in, *F.* discretum, *F.* decretum, *G.* 3. potant] *d.* potent, *F*²*G.* ponent, *r.* 4. liquor] *Urlichs vind.* 392. ligora, *F.* ligura, *G.* ligur, *E.* 7. diviti] *Sillig.* divitia, *C.* 9. census] *Urlichs vind.* 393. cerce, *F.* certe, *r.* aequavit, *F.* pecunias, *F.* 10. maius] *d.* malum, *E.* malus, *r.* 10. 11. incausantis, *FG.* 13. fortunae] *d.* fortitudine, *r.* quam] *Sillig. coni. om.* *C.* 14. is, quis] *iis, quibus, Strack.* is, *C.* sub] *his sub, S.* 17. esse in] *d.* essent, *E.* essint, *r.* 18. 19. indiligens] *d.* indulgens, *Sr.* 19. extra] *S. om.* *C.* 20. esse] *et, C.* caules] *cautes, C.* 22. gari] *ganari, G.* carnis, *S.* 23. quae] *Strack.* qua, *F*¹. quia, *r.* 25. nec oneratura] *nec one (necume, E)* natura, *C.* sensu, *C.* 26. accenderens, *F*¹. accenderent aut, *E.* desiderium] *Urlichs vind.* 394. desiderium veneris, *Pint.* desiderium panis, *C.* 30. antiquam, *FG.* antiqua, *E.*

neve auctoritatem rebus vilitas adimat, cum praesertim etiam cognomina procerum inde nata videamus, Lactucinosque in Valeria familia non puduisse appellari, et contingat aliqua gratia operae curaeque nostrae Vergilio quoque confesso quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.

(20.) Hortos villae iungendos non est dubium riguosque 60 maxime habendos, si contingat, praefluo amne, si minus, e puteo rota organisve pneumaticis vel tollenonum haustu rigatos. solum proscindendum a favonio in autumnum praeparantibus post XIII dies iterandumque ante brumam. octo iugerum operis parari iustum est, fimum tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui easque resupinis pulvinorum toris, ambiri singulas tramitum sulcis qua detur accessus homini scatebrisque decursus.

(21.) In hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroque, alia semine, alia cartilagine, alia carne, alia utroque, alia cortice aut cute et cartilagine, alia tunicis carnosis.

(22.) Aliorum fructus in terra est, aliorum et extra, alio- 61 rum non nisi extra. quaedam iacent crescuntque, ut cucurbita et cucumis. eadem pendent, quamquam graviora multo etiam iis quae in arboribus gignuntur, sed cucumis cartilagine et carne constat, cucurbita cortice et cartilagine. cortex huic uni maturitate transit in lignum. terra conduntur raphani na- 62 pique et rapa, atque alio modo inulae, siser, pastinacae. quaedam vocabimus ferulacea, ut anetum, malvas. namque tradunt auctores in Arabia malvas septimo mense arborescere baculo- rumque usum praebere. exemplo est arbor malvae in Maure- 63 tania Lixi oppidi aestuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur, CC passibus ab oceano iuxta delubrum Herculis antiquius Gaditano, ut ferunt. ipsa altitudinis pedum XX, crassitudinis quam circumplecti nemo possit. in simili genere habebitur et cannabis. nec non et carnosa aliqua appellabimus, ut spongeas in umore pratorum enascentis. fungorum enim callum in ligni arborumque natura diximus, et alio genere tu- 16, 31
33 sqq.

2. videmus, C. 3. familia] provincia, E. 5. honorem] E. humorem, r. 7. praefluo amne] cod. Tol. praefluvia ne, E. praefluva ne, r. perfluo amne, S. 7. S. puteo rota] Turnebus. pute (putae, F) crita, C. 8. tollenonum] Palmarius. tollenonum, F. tollendonum, E. tollentem nonum, G. tollonibus, S. haustu] S. hastum, E. hastu, r. 10. post] Et post, F. 11. parari] S. palari, C. 16. carne, alia] Ianus. carnea, C. 19. 20. cucurvita, Q. cucurbitae, C. 22. et carne—cartilacine, Q. om. C. 27. est arbor malve, Q. sed arbore malva, C. 31. nemo] E. onemo, Q. onem, r. 32. appellavimus, FG.

- 64 5. (23.) Cartilaginum generis extraque terram est cucumis
 mira voluptate Tiberio principi expetitus. nullo quippe non
 die contigit ei, pensiles eorum hortos promoventibus in solem
 rotis olitoribus rursusque hibernis diebus intra specularium mu-
 nimenta revocantibus. quin et lacte mulso semine eorum biduo 5
 macerato apud antiquos Graeciae auctores scriptum est seri
 65 oportere, ut dulciores fiant. crescunt qua coguntur forma, in
 Italia virides et quam minimi, in provinciis quam maximi et
 cerini aut nigri. placent copiosissimi Africae, grandissimi Moe-
 siae. cum magnitudine excessere, pepones vocantur. vivont 10
 hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in
 cibis, non insalubres tamen plurimum. natura oleum odere
 66 mire, nec minus aquas diligunt, desecti quoque. ad eas modice
 distantis adrepunt, contra oleum refugiunt aut, si quid obstet,
 vel si pendeant, curvantur intorquenturque. id vel una nocte 15
 deprehenditur, si vas cum aqua subiciatur, a quattuor digitorum
 intervallo descendentibus ante posterum diem, at si oleum eo-
 dem modo sit, in hamos curvatis. idem in fistulam flore de-
 67 misso mira longitudine crescunt. ecce quam maxime nova forma
 eorum in Campania provenit mali cotonei effigie. forte primo 20
 natum ita audio unum, mox semine ex illo genus factum, me-
 lopeponas vocant. non pendent hi, sed humi rotundantur, co-
 lore aureo. mirum in his praeter figuram coloremque et odo-
 rem quod maturitatem adepti quamquam non pendentem statim
 68 a pediculo recedunt. Columella suum tradit commentum, ut 25
 toto anno contingant, fruticem rubi quam vastissimum in apricum
 locum transferre et recidere duum digitorum relicta stipe circa
 vernalis aequinoctium. ita in medulla rubi semine cucumeris
 insito terra minuta fimoque circumaggeratas resistere frigori
 radices. Cucumerum Graeci tria genera fecere, Laconicum, 30
 Scytalicum, Boeotium. ex his tantum Laconicum aqua gaudere.
 sunt qui herba nomine quae vocatur culix adtrita semen eorum
 maceratum seri iubeant, ut sine semine nascantur.
- 69 (24.) Similis et cucurbitis natura, dumtaxat in nascendo.
 aequae hiemem odere, amant rigua ac fimum. seruntur ambo 35
 semine in terra sesquipedali fossura, inter aequinoctium vernalis
 et solstitium, Parilibus tamen aptissime. aliqui malunt ex kal.

4. olitoris, *G.* 9. 10. moesiae] *d.* Moesiae Ast, *S.* modeste, *E.* mo-
 aestae, *F.* moaestae ubi, *G.* 13. *dist.* *Sillig.* 14. aut] at, *F*¹. ac,
Q. 15. curbantur intorquenturque, *Q.* curvanturque, *C.* 18. fistu-
 lam] *Q.* fistula, *C.* 18. 19. demisso] *Q.* dimisso, *C.* 19. quam] *Q.* cum, *C.*
 22. 23. colore aureo] *Q.* om. *C.* 32. adtrita] *Q.* trita, *C.*

Mart. cucurbitas et nonis cucumis et per Quinquatrus serere, simili modo reptantibus flagellis scandentis per parietum aspera in tectum usque natura sublimitatis avida. vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, levi umbra camaras ac pergulas operiens. inde haec prima duo genera, camararium 70 et plebeium, quod humi repit. in priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile aurae. cucurbita quoque omni modo fastigiatur, vaginis maxime vitilibus, contexta in eas postquam defloruit, crescitque qua cogitur forma, plerumque et draconis intorti figura. libertate vero pensili concessa iam visa est VIII pedum longitudinis. particulatim cucumis floret, sibi ipse superflorescens, et sicciore locos patitur, candida lanugine obductus, magisque dum crescit. Cucurbitarum numerosior usus. 71 et primus caulis in cibo, atque ex eo in totum natura diversa. nuper in balnearum usum venere urceolorum vice, iam pridem vero etiam cadorum ad vina condenda. cortex viridi tener deraditur, nihilominus in cibis saluber ac lenis pluribus modis, ex his tamen qui perfici humano ventre non queant sed non intumescant. semina quae proxima collo fuerunt proceras pariunt, 72 item ab imis, sed non comparandas supra dictis, quae in medio rotundas, quae in lateribus crassas brevioresque. siccantur in umbra. et, cum libeat serere, in aqua macerantur. Cibis quo 73 longiores tenuioresque, eo gratiores, et ob id salubriores quae pendendo crevere. minimumque seminis tales habent, duritia eius in cibis gratiam terminante. eas quae semini servantur ante hiemem praecidi non est mos, postea fumo siccantur. Con- 74 diendis hortensiorum seminibus rusticae suppellectili inventa est ratio qua cibis quoque servarentur, eodemque modo cucumis, usque ad alios paene proventus. et id quidem muria fit, sed et scrobe opaco in loco harena substrato, fenoque sicco oper- 0 tis ac deinde terra, virides servari tradunt. Sunt et silvestres in utroque genere et omnibus fere hortensis. sed et his medica tantum natura est, quam ob rem differentur in sua volu- 20, 3 mina. et 13

5 (25.) Reliqua cartilaginum naturae terra occultantur omnia. 75

2. per parietum] *Sillig.* per partecum, *D*². per astecum, *S.* per ar- tecum, *r.* 5. pergula, *D*¹*FG.* prima] *D*². rima, *r.* 6. quod] *D*². *q.* *D*¹. quo, *r.* repit] crevit, *D*². conditur, *S.* credi, *r.* 8. utilibus, *D*¹*EG.* contexta] *D*². coniectas, *D*¹*F.* coniecta, *G.* 15. urceolorum] *Q.* urceorum, *C.* 17. *dist. ego.* cibis] *D*². cibis (cibi, *D*¹. ci- bos, *E*) cibus, *r.* 17. 18. ex his tamen] *D*². ex iis tamen, *S.* existim, *D*¹*F.* sed sexis, *Q.* existimant, *r*(?). 21. rotundas] *QD*². rumpundas, *E.* rum- tundas *r.* 23. eo] et, *C.* 26. *dist. ego.* 26. 27. condiendis] *ego.* con- dendis, *C.* 28. servaretur, *DF.* 30. opaco] ofacto, *D*².

18, 126
sqq. in quibus de rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici
masculini sexus facerent in his rotunda, latiora vero et concava
feminini, praestantiora suavitate et ad condiendum facilia;
saepius sata transeunt in marem. idem naporum quinque genera
fecere, Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeotium et quod 5
76 per se viride dixerunt. Ex his in amplitudinem adolescit Co-
rinthium, nuda fere radice. solum enim hoc genus superne
tendit, non ut cetera in terram. Liothasium quidam Thracium
appellant, frigorum patientissimum. at Boeotium dulce est,
rotunditate etiam brevi notabile, neque ut Cleonaeum praelon- 10
gum. in totum quidem quorum levia folia ipsi quoque dulcior-
77 res, quorum scabra et angulosa et horrida amariores. Est prae-
terea genus silvestre cuius folia sunt erucae similia. palma Ro-
mae Amiterninis datur, dein Marsicis, tertia nostratibus. cetera
18, 129 de satu eorum in rapis dicta sunt. 15

78 (26.) [1] Cortice et cartilagine constant raphani, multisque
eorum cortex crassior etiam quam quibusdam arborum. ama-
ritudo plurima illis est et pro crassitudine corticis. cetera quo-
que aliquando lignosa. et vis mira colligendi spiritum laxan-
79 dique ructum. ob id cibus inliberalis, utique si proxume olus 20
mandatur, si vero ipse cum olivis druppis, rarior ructus fit
minusque faetidus. Aegypto mire celebratur olei propter fer-
tilitatem quod e semine eius faciunt. hoc maxime cupiunt
serere, si liceat, quoniam et quaestuosus plus quam e frumento
80 et minus tributus est nullumque ibi copiosius oleum. [2] Genera 25
raphani Graeci fecere tria foliorum differentia: crispum atque levis
et tertium silvestre. atque huic levia quidem folia sed breviora
ac rotunda copiosaque ac fruticosa, sapor autem asper et me-
dicamenti instar ad eliciendas alvos. et in prioribus tamen
differentia semine, quoniam aliqua peius, aliqua admodum exi- 30
81 guum ferunt. haec vitia non cadunt nisi in crispa folia. [3]
Nostri alia fecere genera: Algidense a loco, longum atque tra-
lucidum, alterum raphi figura quod vocant Syriacum, suavissimum
fere ac tenerrimum hiemisque patiens. praecipuum tamen ex
Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud auctores 35

3. condiendum] *QD*². condendum, *r*. 4. saepius] quae saepius, *EG*.
8. terram] *E*. terra, *F*. tera, *G*. thracitum, *F*. tracitum, *G*. threi-
tum, *E*. 9. at] *d*. ab, *DF*. a, *r*. 11. levia] *D*². laevia, *S*. tevia,
*D*¹. tevi, *F*. tenuia, *r*. 14. datur dein Marsicis] *om*. *DFG*. datur dein
arsis, *E*. . . . Marsiis, *S*. datur dein nursinis, *dv*. 18. illis est] *E*.
illic, *DF*. hic, *G*. 21. druppis] *Q*. druptis, *EG*. drupstris, *D*¹. drup-
stis, *r*. fit] sit, *DFS*. 22. 23. fertilitatem] *D*². fertilitate, *F*. feritate,
*D*¹. feritatem, *r*. 25. ibi] *DS*. *om*. *r*. 27. folia] *D*². *om*. *r*.
34. ex] *ego*. est, *C*.

non reperitur. id autem tota hieme durat. etiamnum unum 82
 silvestre Graeci cerain vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri
 armoraciam, fronde copiosius quam corpore. in omnibus autem
 probandis maxime spectantur caules. in initium enim rotundio-
 res crassioresque sunt ac longis canalibus. folia ipsa tristiora
 et angulis horrida. [4] Seri vult raphanus terra soluta, umida. 83
 fimum odit palea contentus. frigore adeo gaudet ut in Germa-
 nia infantium puerorum magnitudinem aequet. seritur post id.
 Feb. ut vernus sit, iterumque circa Vulcanalia, quae satio melior.
 multi et Martio et Aprili serunt et Septembri. incipiente in-
 cremento confert alterna folia circumobruere, ipsos vero adcu-
 mulare, nam qui extra terram emersit durus fit atque fungosus.
 Aristomachus detrahi folia per hiemen iubet et, ne lacunae 84
 stagnent, accumulari. ita in aestatem grandescere. quidam
 prodidere, si palo adacto caverna palea insternatur sex digito-
 rum altitudine, deinde in semen fimumque et terra congeratur,
 ad magnitudinem scrobis crescere. praecipue tamen salsis
 aluntur. itaque etiam talibus aquis rigantur et in Aegypto nitro
 sparguntur, ubi sunt suavitate praecipui. in totum quoque 85
 salsugine amaritudo eorum eximitur fiuntque coctis similes.
 namque et cocti dulcescunt et in naporum vicem transeunt.
 crudos medici suadent ad colligenda acria viscerum cum sale
 dandos esse, atque ita vomitionibus praeparant meatum. tra- 86
 duntet praecordiis necessarium hunc sucum, quando *φθειρίασιν*
 cordi intus inhaerentem non alio potuisse depelli conpertum
 sit in Aegypto regibus corpora mortuorum ad scrutandos mor-
 bos insecantibus. atque, ut est Graeca vanitas, fertur in templo
 Apollinis Delphis adeo ceteris cibus praelatus raphanus, ut ex
 auro dedicaretur, beta ex argento, rapum ex plumbo. scires 87
 non ibi genitum M'. Curium imperatorem, quem ab hostium
 legatis aurum repudiaturo adferentibus rapum torrentem in foco
 inventum annales nostri prodidere. scripsit et Moschion Grae-
 cus unum de raphano volumen. utilissimi in cibus hiberno
 tempore existimantur, idemque dentibus semper inimici, quoniam
 5 adterant. eborae certe poliunt. odium is cum vite maximum,
 refugitque iuxta satos.

2. cerain] *Urlichs vind. 398.* cherain, C. cherian, S. 5. sunt]
D²S. om. r. 18. rigantur] *QD².* irrigantur, E. frigrantur, r. 22. 23. cum
 sale dandos] *ego.* dandos cum sale ieiunis, E. cum sale iaiunos, Q. cum
 sale ieiunis, r. 24. *Φτειριασιν*, Q. ithiriasim, *D².* ithiriasin, E. hithiri-
 asin, S. hithiriasim, r. 29. dedicaretur] *Sillig.* dedicatus, Q. duceretur,
 C. 30. M'] *M. Q. om. D².* M, r. Curium] corium, *D¹F.* augurium,
D². imperatoris, *D².* ab hostinm] *D²S.* hospitio, E. hospitium, r.
 36. satas, Q. satus, *D².* ratos, *D¹F.*

88 (27.) Lignosiora sunt reliqua in cartilaginum genere a
 nobis posita, mirumque omnibus vehementiam saporis esse.
 ex his pastinacae unum genus agreste sponte provenit, alterum
 Graeciae seritur radice vel semine vere primo vel autumno, ut
 Hygino placet, Febuario, Augusto, Septembri, Octobri, solo 5
 89 quam altissime refosso. annicula utilis esse incipit, bima uti-
 lior, gratior autumno patinisque maxime, et sic quoque virus
 intractabile illi est. Hibiscum a pastinaca gracilitate distat, dam-
 natum in cibus, sed medicinae utile. est et quartum genus in
 eadem similitudine pastinacae quam nostri Gallicam vocant, 10
 Graeci vero daucon, cuius genera etiam quattuor fecere, inter
 medicamenta dicendum.

90 (28.) Siser et ipsum Tiberius princeps nobilitavit flagitans
 omnibus annis e Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno
 inpositum ubi generositas praecipua, ex quo apparet frigidis 15
 locis convenire. inest longitudine nervos qui decoctis extrahi-
 tur, amaritudinis tamen magna parte relictis, quae mulso in
 cibus temperata etiam in gratiam vertitur. nervos idem et pa-
 stinacae maiori, dumtaxat anniculae. siseris satus mensibus
 Febuario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri. 20

91 (29.) Brevior his est et torosior amariorque inula per se
 stomacho inimicissima, eadem dulcibus mixtis saluberrima.
 pluribus modis austeritate victa gratiam invenit. namque et in
 pollinem tunditur arida liquidoque dulci temperatur, et decocta 25
 posca aut adservata vel macerata pluribus modis, et tunc mixta
 defruto aut subacta melle uvisve passis aut pinguibus caryotis.
 92 alio rursus modo cotoneis malis vel sorbis aut prunis, aliquando
 pipere aut thymo variata defectus praecipue stomachi excitat,
 inlustrata maxime Iuliae Augustae cotidiano cibo. supervacuum
 eius semen, quoniam oculis ex radice excisis ut harundo seri- 30
 tur, et haec autem et siser et pastinaca utroque tempore, vere
 et autumno, magnis seminum intervallis, inula ne minus quam
 ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat. siser transferre
 melius.

93 (30.) Proxima hinc est bulborum natura, quos Cato in 35
 primis serendos praecipit celebrans Megaricos. verum nobi-
 lissima est scilla, quamquam medicamini nata exacuendoque

2. saporis] *D.* saporis, *Sr.* 3. agreste] *D.* agrestis, *Sr.* 4. grae-
 ciae] *Sd.* graece, *r.* 11. daucon] *Barb.* claucon, *E.* daucum, *Qr.*
 12. medicamenta] *D²S.* medica, *r.* 14. e] ex *Q.* ae, *DF.* a, *r.*
 20. aprili martio, *C.* 21. est] *om.* *DF.* 26. careotis, *E.* cerectis, *G.*
 cereolis, *r.* 32. 33. quam ternorum] quaternorum, *DF.* 33. siser] si
 seras, *D²E.* siser autem, *G.* 36. praecepit, *EG.*

aceto. nec ulli amplitudo maior, sicuti nec vis asperior. duo genera medicae, masculum albis foliis, feminae nigris. et tertium genus est cibus gratum, Epimenidu vocatur, angustius folio ac minus aspero. Seminis plurimum omnibus. celerius tamen 94
 5 proveniunt satae bulbis circa latera natis, et ut crescant, folia quae sunt his ampla deflexa circa obruuntur. ita sucum omnem in se trahunt capita. sponte nascuntur copiosissime in Balia-ribus Ebusoque insulis ac per Hispanias. unum de eis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas vires, quas 95 20, 102 proximo reddemus libro. Reliqua genera bulborum differunt sqq.
 colore, magnitudine, suavitate, quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso Taurica. post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli. genera Graeci haec fecere: bolbinen, setanion, opitiona, cyica, aegilopa, sisyrinchion. in 5 hoc mirum imas eius radices crescere hieme, verno autem, cum apparuerit viola, minui et contrahi, tunc deinde bulbum pinguescere. est inter genera et quod in Aegypto aron vocant, 96 scillae proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturae, quae 0 estur et cruda. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico 97 fiunt — signum maturitatis est folia inarescentia ab imo — vetustioresque improbant, item longos ac parvos, contra rubicundis rotundioribusque laus et grandissimis. amaritudo plerisque in vertice est, media eorum dulcia. Bulbos non nasci nisi 5 e semine priores tradiderunt, sed in Praenestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo etiam in Remorum arvis.

6. (31.) Hortensis omnibus fere singulae radices, ut raphano, 98 betae, apio, malvae, amplissima autem lapatho, ut quae descendat ad tria cubita — silvestri minor — et umida, effossa quoque diu vivit. quibusdam tamen capillatae, ut apio, malvae, quibusdam surculosae, ut ocimo, aliis carnosae, ut betae aut magis etiamnum croco, aliquis ex cortice et carne constant, ut

1. sicuti nec vis] *D*². sicuti nec vi, *F*²*G*. sicut ne cui, *D*¹. sicut in cui, *F*¹. sicut in haec vi, *E*. 2. mascule, *Q*. femina, *EG*. femine, *Q*. 14. bolbinen] *Urlichs vind.* 400. bolvinen, *FS*. bulvinen, *D*. bulbinen, *r*. opitiona, cyica] *Ianus*. opitiona, cyica, leucoion, *Sillig*. opythion acocisiam, *S*. pytion cocoygiā, *G*. pytyon acocoygiam (acocoygian, *D*²*E*)*r*. aegilopa] aegilopas, *S*. aegilipas, *DF*. aegylicas, *G*. aegy/lippa, *E*. sisorychion, *C*. 16. minui et] *D*². minus ut hac, *E*. minuthac, *r*. 20. esetur, *D*¹*F*. edetur, *E*. editur, *D*²*S*. satur, *G*. 21. fiunt] *QD*². findunt, *E*. fidunt, *r*. est] *om.* *EF*. inarescentis, *DF*. inarescentes, *G*. 22. vetustiores, *EG*. ac] *QSD*². et, *EG*. e, *r*. 25. sed] *Q*. sed et, *C*. 29. *dist.* *Urlichs vind.* 401. 31. aut] *E*. *om.* *G*. ut, *Sr*.

- 99 raphano, rapis, quorundam geniculatae sunt, ut graminis. Quae
 rectam non habent radicem statim plurimis nituntur capillamentis,
 ut atriplex et blitum. scilla autem et bulbi et cepae et alium
 non nisi in rectum radican- 5
 100 cum. Florent *confertim* serpullum, habrotonum, napi, raphani,
 menta, ruta, et cetera quidem, cum coepere, deflorescunt, oci-
 mum autem particulatim et ab imo incipit, qua de causa diu-
 tissime floret. hoc et in heliotropio herba evenit. flos aliis
 candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia cadunt a cacumi- 10
 nibus origano, inulae et aliquando rutae iniuria laesae. maxime
 concava sunt cepae, getio.
- 101 (32.) Alium cepasque inter deos in iureiurando habet Ae-
 gyptus. cepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alsi-
 dena, setania, schista, Ascalonia ab oppido Iudaeae nominata. 15
 omnibus etiam odor lacrimosus et praecipue Cypris, minime
 Cnidis. omnibus corpus totum pingui tunicarum cartilagine.
102. E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. schista
 autem et Ascalonia condiuntur. schistam hieme cum coma sua
 relincunt, vere folia detrahunt, et alia subnascuntur isdem divi- 20
 suris, unde et nomen. hoc exemplo reliquis quoque generibus
 detrahi iubent, ut in capita crescant potius quam in semen.
- 103 Et Ascaloniarum propria natura. etenim velut steriles sunt
 ab radice, et ob id semine seri illas, non deponi iussere Graeci
 praeterea serius circa ver, aut cum germinent, transferri, ita 25
 crassescere et tum properare praeteriti temporis pensitatione.
 festinandum autem in iis est, quoniam maturae celeriter putre-
 scunt. si deponantur, caulem mittunt et semen, ipsaeque eva-
 104 nescunt. Est et colorum differentia. in Isso enim et Sardi-
 bus candidissimae proveniunt. sunt in honore et Creticae, de 30
 quibus dubitant an eaedem sint quae Ascaloniae, quoniam sa-
 tis capita crassescunt, depositis caulibus et semen. distant sa-
 105 pore tantum dulci. Apud nos duo prima genera: unum con-
 dimentariae, quam illi getion, nostri pallacanam vocant, seritur

3. blitum] *D*². bittum, *G*. bitum, *r*. 4. reducantur, *DF*. reducun-
 tur, *G*. 5. spalax] *Sillig*. calax, *C*. perdictum, *D*. perdiotum, *r*.
 6. confertim] *Bodaeus*. cum fraxino, *C*. 12. getio] *Urlichs vind*. 402.
 getyo, *QDF*. gethyo, *E*. grecie, *G*. gethon, *S*. 14. 15. alsydena, *DF*.
 15. scirta, *E*. scista, *r*. 17. pingui tunicarum] *Urlichs vind*. 403. pingui-
 tudinis earum, *C*. 22. 23. semen. Et] *ego*. semen, *S*. semine, *D*². semet,
r. 25. aut] *S*. a, *DF*. om. *r*. 26. tum] *Sillig*. cum, *CS*. 27. ma-
 turae] *G*. matura, *Sr*. 29. in Isso] *Hard*. Abisso, *S*. amisse, *F*¹. a-
 misso, *r*. 31. an] *D*². in, *r*. eaedem] *F*. eadem, *r*. 34. getion]
Urlichs vind. 402. getin, *EF*. getyn, *r*. pallachanam, *DF*.

mensibus Martio, Aprili, Maio, alterum capitatae quae ab aequinoctio autumnii vel a favonio. genera eius austeritatis ordine: Africana, Gallica, Tusculana, Ascalonia, Amiternina, optima autem quae rotundissima. item rufa acrior quam candida, et sicca quam viridis, et cruda quam cocta. Seritur Amiternina 106 frigidis et umidis locis, et sola ali modo capite, reliquae semine. proxima quae aestate nullum semen emittunt, sed caput tantum quod inarescit. sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corrumpitur. ergo omnibus annis separatim semen cepae causa seritur, separatim cepae seminis. servantur autem optime in paleis. getium paene sine capite 107 est, cervicis tantum longae et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur ut porrum. ideo et illud serunt, non deponunt. cetero cepas ter fosso seri iubent extirpatis radicibus herbarum, in iugera denas libras, intermisceri satureiam, quoniam melius proveniat, runcari praeterea et sariri, si non saepius, quater. Ascaloniam mense Februario serunt nostri. semen ceparum nigrescere incipiens antequam inarescat metunt.

(33.) Et de porro in hac cognatione dici conveniat, praesertim cum sectivo auctoritatem nuper fecerit princeps Nero 108 vocis gratia ex oleo statis mensum omnium diebus nihilque aliud ac ne panem quidem vescendo. seritur semine ab aequinoctio autumnii, si sectivum facere libuit, densius. in eadem area secatur, donec deficiat, stercoraturque semper. si 109 nutritur in capita, antequam secetur, cum increvit, in aliam aream transfertur summis foliis leviter recisis ante medullam et capitibus retractis tunicisve extremis. antiqui silice vel testa subiecta capita dilatabant — hoc item in bulbis —, nunc sarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatae alant neque distrahant. insigne quod, cum fimo laetoque solo gaudeat, rigua odit. et tamen proprietate quadam soli constant. laudatissimus in Aegypto, mox Ostiae atque Ariciae. sectivi duo genera: herbaceum folio, incisuris eius evidentibus, quo utuntur medicamentarii, alterum genus flavidioris folii rotundiorisque, 110

4. quam candida — 5. cruda] *om. F¹*. 4. 5. et sicca] *sicca, EG*.
5. cocta] *ego. cocta, sicca quam condita, C*. 6. alio, *E*. 11. getium] *Urlichs vind. 402. genium, E. gentium, r*. 12. cervicis, *D¹F*. 13. resecantur, *C*. 16. sariri] *D²*. sacra, *F¹*. sacri, *r*. 18. incipiens] *d. autem incipiens, E. incipiens autem, r*. inarescat] *ego coll. Colum. 11, 3, 58. inarcescat, S. marcescant, C*. 19. hanc (hanno, *G*) cognationem, *C*. convenient, *DF*. 20. nuber, *DF*. fecerit] *d. fecit, Q. ytgarit, D². tegerit, r*. 22. panem] *Urlichs vind. 403. om. D¹. pane, Qr*. 24. stercoratur. Qui, *C*. 27. testa] *Salm. tecta, C*. 30. in signo, *DF*. 31. quaedam, *SDF*. 34. flavidioris] *Dal. favioris, S*.

levioribus incisuris. Fama est Melam equestris ordinis, reum ex procuratione a Tiberio principe accersitum, in summa desperatione suco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto confestim expirasse sine cruciatu. ampliorem modum negant noxium esse.

- 111 (34.) Alium ad multa ruris praecipue medicamenta prod-
esse creditur. tenuissimis et quae separantur *in* universum
velatur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, et his
separatim vestitis. asperi saporis quo pluris nuclei fuere hoc
est asperius. taedium huic quoque halitu, ut cepis, nullum
112 tamen coctis. Generum differentia in tempore — praecox ma-
turescit LX diebus — tum in magnitudine. ulpicum quoque
in hoc genere Graeci appellavere alium Cyprium, alii ἀντι-
σζόροδον, praecipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris,
grandius alio. tritum in oleo et aceto mirum quantum incre-
scit spuma. Quidam ulpicum et alium in plano seri vetant ca-
stellatimque grumulis inponi distantibus inter se pedes ternos.
inter grana digiti IIII interesse debent, simul atque tria folia
113 eruperint, sariri. grandescunt quo saepius sariuntur. Mature-
scentium caules depressi in terram obruuntur. ita cavetur ne
in frondem luxurient. In frigidis utilius vere seri quam autumn-
o cetero ut odore careant, omnia haec iubentur seri, cum luna
sub terra sit, colligi, cum in coitu. sine his Menander e Grae-
cis auctor est alium edentibus, si radicem betae in pruna to-
114 stam superederint, odorem extinguere. Sunt qui et alium et ul-
picum inter Compitalia ac Saturnalia seri aptissime putent.
alium et semine provenit, sed tarde. primo enim anno porri
crassitudinem capite efficit, sequenti dividitur, tertio consum-
matur, pulchriusque tale existimant quidam. in semen exire
non debet, sed intorqueri caulis satius gratia, ut caput validius
115 fiat. Quod si diutius alium cepamque inveterare libeat, aqua
salsa tepida capita unguenda sunt. ita diuturniora fient me-
lioraque usui et in satu sterilia. alii contenti sunt primo su-
per prunas suspendisse abundeque ita profici arbitrantur ne
germinent, quod facere alium cepamque extra terram quoque
certum est et cauliculo acto evanescere. aliqui et alium palea

suavidioris, *E.* favidioris, *r.* 1. levioribus] *cod. Tol.* lenioribus, *C.*
7. separantur] *om. F¹.* spernantur, *D²S.* sperantur, *r.* in] *om. C.*
10. ut] *E. om. r.* 12. tum] tamen, *CS.* 13. graeco, *DF.* 13. 14. anti.
CKOΔPON., *Q.* antiscordon, *C.* 15. tritu, *DF.* 15. 16. increscit] *Q.*
increscat, *EG.* increscas, *r.* 18. IIII] *om. C.* 19. eruperunt, *E.*
21. utilius] *D².* *om. r.* 33. primos, *DF.* 36. aucto, *S.*

servari optime putant. Alium est et in arvis sponte nascens 116
 — alium vocant — quod adversus improbitatem alium depa-
 scentium semina coctum, ne renasci possit, abicitur, statimque
 quae devoravere aves stupentes manu capiuntur et, si paulum
 5 commorere, sopitae. est et silvestre quod ursinum vocant, odore
 simili, capite praetenui, foliis grandibus.

7. (35.) In horto satorum celerrime nascuntur ocimum, 117
 blitum, napus, eruca. tertio enim die erumpunt, anetum quarto,
 lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis, cucurbita septimo, prior
 10 cucumis, nasturtium, sinapi quinto, beta aestate sexto, hieme
 decimo, atriplex octavo, cepae XVIII aut XX, gethyum X aut
 duodecimo, contumacius coriandrum, cunila quidem et origanum
 post XXX diem, omnium autem difficillime apium. XL enim die
 cum celerrime maiore ex parte emergit. Aliquid et seminum 118
 5 aetas confert, quoniam recentia maturius gignunt in porro, ge-
 thyo, cucumi, cucurbita, ex vetere autem celerius proveniunt
 apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. mirum
 in betae semine, non enim tota eodem anno gignit, sed ali-
 quid sequente, aliquid et tertio. itaque ex copia seminis modice
 20 nascitur. quaedam anno tantum suo pariunt, quaedam saepius,
 sicut apium, porrum, gethyum, haec enim semel sata pluribus
 annis restibili fertilitate proveniunt.

(36.) Semina plurimis rotunda, aliquis oblonga, paucis fo- 119
 liacia et lata, ut atriplici, quibusdam angusta et canaliculata,
 5 ut cumino. differunt et colore nigro candidove, item duritia
 surculacea. in folliculo sunt raphanis, sinapi, rapo. nudum
 semen est coriandri, aneti, feniculi, cumini, cortice obductum
 bliti, betae, atriplicis, ocimi, at lactucis in lanugine. Nihil 120
 ocimo fecundius. cum maledictis ac probris serendum prae-
 30 cipiunt ut laetius proveniat, sato pavitur terra, ut cuminum
 qui serunt precantur ne exeat. Quae in cortice sunt difficillime
 inarescunt, maximeque ocimum, et ideo siccantur omnia ac

1. servare, *EF*. 4. stupentes] *d.* stupente, *r.* 5. commovere,
E. quod] et quod, *EG*. 5. 6. odore simili] *Dal.* odor est mili, *C.*
 odore mili, *S.* 9. Laptuca, *Q.* lactucaque, *SF*². latucaque, *F*¹. lactuca
 quae, *D.* lactucaque, *r.* cucumis] *Q.* cucumis his, *C.* cucurbita] *D.*
 cucurbitas, *Q.* cucurbite. *F.* cucurbitae, *r.* 11. getym, *DG*. getim, *r.*

15. recentia] *Q.* recentiora, *E.* recentius, *r.* 19. et] *Q.* in *F.* *ras.*
om. *r.* 25. cumino. Differunt] *d.* cum (com, *E*) odii ferunt *r.* co-
 lori, *DF*. candidove] *ego.* candidiore, *DFS*. candidiorae, *r.* 27. est]
Urlichs vind. 404. et fit, *E.* et fi, *r.* 28. at] *d.* ac, *r.* 30. ut cu-
 minum] ad cauminum, *G.* ad cacuminum, *r.* 31. Quae] *G.* Quo, *E.*
 Qm, *r.* 32. marescunt, *D.* marcescunt, *E.* ideo] *D*². id forciciam,
*F*¹. ad forsitiam, *G.* id forsiciam, *r.*

- sunt fecunda. utique meliora nascuntur acervatim sato semine quam sparso. ita certe porrum et apium serunt in laciniis colligatum, apium etiam paxillo caverna facta ac fimo ingesto.
- 121 Nascuntur autem omnia aut semine aut avolsione, quaedam semine et surculo, ut ruta, origanum, ocimum, — praecedunt enim et hoc, cum pervenit ad palmum altitudinis — quaedam et semine et radice, ut cepa, alium, bulbi et si quorum radices *anniferorum* relinquuntur. eorum vero quae a radice nascuntur radix diuturna et fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillae.
- 122 fruticant alia et non capitata, ut apium et beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminant exceptis quae non scabrum caulem habent, et in usum vero ocimum, raphanus, lactuca. hanc etiam suaviorem putant a regerminatione. raphanus utique iucundior detractis foliis antequam decaulescat. hoc et in rapis. nam et eadem dereptis foliis cooperta terra crescunt durantque in aestatem. 15
- 123 (37.) Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucae, atriplici, coriandro, aneto. haec enim ubique eadem sunt neque aliud alio melius usquam. rutam furtivam tantum provenire fertilius putant sicut apes furtivas pessime. nascuntur autem etiam non sata, mentastrum, nepete, intubum, pileium. contra plura genera sunt eorum quae diximus dicemusque et in primis apio. 8. id enim quod sponte in umidis nascitur helioselinum vocatur, uno folio nec hirsutum, rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile helioselino. tertium est oreoselinum, cicutae foliis, radice tenui, semine aneti, minutiore tantum. et sativi autem differentiae in folio denso, crispo aut rariore et levio, item caule tenuiore aut crassiore, et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius.
- 124 20
- 125 (38.) Lactucae Graeci tria fecere genera: unum lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex is factitari prodiderint, — folium his paulo maius herbaceo et angustissimum, ut alibi consumpto incremento, — alterum rotundi caulis, tertium sessile, quod Laconicum vocant. alii colore et tempore satus genera discrevere. esse enim nigras quarum semen mense Ianuario seratur, 30 35

2. apium] *Bodaeus*. alium, *DF*. allium, *r*. 3. ingesta, *DF*.
 7. 8. radices] *Pint*. radicem, *C*. 8. anniferorum] *Barb*. minimi (minime, *E*¹)
 ferorum, *C*. relinquuntur, *Pint*. relinquunt (relinquunt, *EG*) *Vt*, *C*.
 10. fruticant] *d*. fruticant, *F*. fructificant, *r*. capitata] *Pint*. capita, *C*.
 16. aestatem] *d*. aestate, *r*. 19. aliud] alunt, *DF*. usquam]
d. quam, *D*². usque, *r*. 27. sativi] *d*. sativa, *r*. 32. ut] *d*. et, *r*.
 34. colore et tempore] *codd*. *Gel*. coloris et tempori, *C*. satus,
DF.

5 albas quarum Martio, rubentis quarum Aprili, et omnium earum
 plantas post binos menses differri. diligentiores plura genera 126
 faciunt, purpureas, crispas, Cappadocicas, Graecas, longioris
 has folii caulisque lati, praeterea longi et angusti, intubis simi-
 10 lis. pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis
 appellavere *πικρίδα*. est etiamnum alia distinctio albae quae
μηκωνίς vocatur a copia lactis soporiferi, quamquam omnes
 somnum parere creduntur. apud antiquos Italiae hoc solum
 genus earum fuit, et ideo lactucis nomen a lacte. purpuream 127
 15 maximae radice Caecilianam vocant, rotundam vero ac minima
 radice, latis foliis, *ἀστυτίδα*, quidamque *ἐννουχέϊον*, quoniam
 haec maxime refragetur veneri. est quidem natura omnibus
 refrigeratrix et ideo aestate gratia. stomacho fastidium auferunt
 cibique adpetentiam faciunt. divus certe *Augustus* lactuca con- 128
 20 servatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici, cum
 prioris C. Aemili religione nimia ei abnegaretur, in tantum
 recepta commendatione, ut servari etiam in alienos menses eas
 oxymeli tum repertum sit. sanguinem quoque augere credun-
 tur. Est etiamnum quae vocatur caprina lactuca, de qua dice-
 25 mus inter medicas. et haec cum maxime coepit inrepere sativis 20, 58
 admodum probata quae Cilicia vocatur, folio Cappadocicae, ni
 crispum latiusque esset.

(39.) Neque ex eodem genere possunt dici neque ex alio 129
 intubi, hiemis ii patientiores virusque praeferentes, sed caule
 25 non minus grati. seruntur ab aequinoctio verno, plantae eorum
 ultimo vere transferuntur. est et erraticum intubum quod in
 Aegypto cichorium vocant, de quo plura alias. Inventum omnis 20, 73
 thyrso vel folia lactucarum prorogare urceis conditos et recentis 21, 88
 in patinis coquere. Seruntur lactucae anno toto laetis et ri- 130
 30 guis stercoratisque, binis mensibus inter semen plantamque et
 maturitatem. legitimum tamen a bruma semen iacere, plantam

6. picrida, *F.* pigricia, *Q.* picridia, *Sr.* albae] *Salm.* alba, *Q.* atrae,
C. 7. soporifera, *Q.* saporifera, *DF.* 9. a lacte] *QSD*². adiectae, *E.*
 aiecte, *r.* 10. radice] *E.* radices, *Q.* radicibus, *r.* 11. *ἀστυτίδα*] *Salm.*
AAKTYAIE, *Q.* artilida, *E.* astilida, *r.* 12. refragetur veneri] *C.* re-
 frigerande veneri est, *Q.* 14. divus] diucius, *D*². certe Augustus]
 certe hac, *Q.* certe, *D*². certus, *r.* 16. priores, *DF.* C. Aemili] *K.*
F. Hermann. cameli, *QC.* religione] *ego.* religio, *QC.* nimia ei ab-
 negaretur] *ego.* ei abnegaret. Or, *Q.* nimiae (minime, *EG*) omne caret, *C.*
 20. haec] *ego.* haec, *D*². eae, *D*¹. ecce, *r.* 23. possunt] *Q.* pos-
 sit, *G.* possint, *r.* 24. ii patientiores] *Sillig.* inpatientior, *Q.* inpa-
 tientiores, *DE.* inpatientiores, *F.* patientiores, *G.* 25. ab aequinoctio]
*D*²*S.* om *r.* *dist. Urlichs vind. 406.* 31. semen iacere] *De*²*E.* se-
 men tacere, *D*¹*F.* sementare, *G.*

- favonio transferre, aut semen favonio, plantam aequinoctio verno.
 131 albae maxime hiemem tolerant. Umore omnia hortensia gaudent et stercore, praecipue lactucae et magis intubi. seri etiam radices inlitas fimo interest et repleri ablaqueata humo. quidam et aliter amplitudinem augent, recisis, cum ad semipedem 5 excreverint, fimoque suillo recenti inlitis. candorem vero putant contingere his dumtaxat quae sint seminis albi, si harena de litore a primo incremento congeratur in medias atque incrementia folia contra ipsas religentur.
- 132 (40.) Beta hortensiorum levissima est. eius quoque a colore 10 duo genera Graeci faciunt, nigrum et candidius, quod praefereunt — parcissimi seminis — appellantque Siculum, candoris sane discrimine praeferentes et lactucam. nostri betae genera vernum et autumnale faciunt, a temporibus satuus, quamquam 133 et Iunio seritur. transferuntur autem in planta hae quoque, 15 et oblini fimo radices suas locumque similiter madidum amant. usus his et cum lentibus ac faba, idemque qui oleris, et praecipuus ut lenitas excitetur acrimonia sinapis. medici nocentiorum quam olus esse iudicavere, quamobrem adpositas non memini. degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint. 20
- 134 gemina iis natura, et oleris et capite ipso exilientis bulbi, species summa in latitudine. ea contingit, ut in lactucis, cum coeperint colorem trahere inposito levi pondere. neque alii hortensiorum latitudo maior. in binos pedes aliquando se pandunt multum et soli natura conferente, siquidem in Circeiensi 25 agro amplissimae proveniunt. Sunt qui betas punico malo florente optime seri existiment, transferri autem, cum quinque foliorum esse coeperint. mira differentia, si vera est, candidis alvom elici, nigris inhiberi, et cum brassica corrumpatur in dolio vini sapor, eodem betae foliis demersis restitui. 30
- 136 (41.) [1] Olus caulesque, quibus nunc principatus hortorum, apud Graecos in honore fuisse non reperio, sed Cato brassicae miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. 20, 78
 89q. genera eius facit: extentis foliis, caule magno, alteram crispo folio, quam apiacam vocant, tertiam minutis caulibus, lenem, 35

6. excreverunt, *E*. 9. ipsas] ipso, *C*. 10. a] *om.* *DF*. 11. candidium, *Q*. 13. lactucas, *D*². lactuca lactuca, *D*¹*F*. 15. transferretur, *C*. 17. lentibus] *Sillig.* lentis, *C*. 18. 19. nocentiorum] *E*. innocentiorum, *r*. 19. quam] quamquam, *DF*. 19. 20. nemini, *DF*. 25. conferente siquidem] *D*²*F*. conferrent (conferent, *D*¹) est quidem, *r*. 30. sapor eodem] *QDF*¹*GS*. sapore odorem, *r*. foliis] *QE*. folio, *Sr*. demerso, *S*. 32. fuisse] fuisset et, *DF*. 35. apianam, *E*. apiacam, *r*.

teneram, minimeque probat, Brassica toto anno seritur, quo- 137
niam et toto secatur, utilissime tamen ab aequinoctio autumnii,
transferturque, cum quinque foliorum est. cymam a prima
satione praestat proximo vere. hic est quidam ipsorum cau-
5 lium delicatior teneriorque cauliculus, Apici luxuriae et per eum
Druso Caesari fastiditus, non sine castigatione Tiberi patris.
Post cymam ex eadem brassica contingunt aestivi autumnales- 138
que cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae, nullo aeque genere
multifero, donec fertilitate sua consumatur. altera satio ab
10 aequinoctio verno est, cuius planta extremo vere plantatur, ne
prius cyma quam caule pariat. tertia circa solstitium, ex qua,
si umidior locus est, aestate, si siccior, autumnno plantatur. umor
fimumque si defuere, maior saporis gratia est, si abundavere,
laetior fertilitas. fimum asininum maxime convenit. [2] Est 139
15 haec quoque res inter opera ganeae, quapropter non pigebit
verbosius persequi. praecipuus fit caulis sapore ac magnitudine,
primum omnium si in repastinato seras, dein si terram fugientes
cauliculos sequare terra tollentesque se proceritate luxuriosa
exaggerando aliam accumules ita ne plus quam cacumen emi-
20 neat. Tritianum hoc genus vocatur bis computabili inpendio
taedioque. [3] Cetera genera complura sunt: Cumanum sessili 140
folio, capite patulum, Aricinum altitudine non excelsius, folio
numerosius quo tenuius; hoc utilissimum existimatur, quia sub
omnibus paene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeia-
25 num procerius, caule ab radice tenui, intra folia crassescit.
rariora haec angustioraque, sed teneritas in dote est. frigora
non tolerat, quibus etiam aluntur Bruttiani praegrandes foliis,
caule tenues, sapore acuti. Sabellico usque in admirationem 141
crispa sunt folia quorum crassitudo caulem ipsum extenuet, sed
30 dulcissimi perhibentur ex omnibus. nuper subiere Lacuturnenses
ex convalle Aricina, capite praegrandes, folio innumeri, alii in
orbem correcti, alii in latitudinem torosi. nec plus ullis capitis
post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur et cyma nullis
serior. Cuicumque autem generi pruinae plurimum suavitatis 142

3. cyma, QEG. 4. satione] statione, E. sectione, Q. sectatione, r.
9. consumatur, QFG. altera — 11. pariat] D²S. om. r. 11. prius]
D². plus, S. 12. si siccior] D. siccior, r. 19. accumules] D². ad-
cumules, EG(?). attumules, r. 20. trizianum, DFS. 21. sessile, DFG.
23. quo] DE. qm̄, S. quo, r. 26. sed teneritas] D². sede tene-
ritas, F. sedeteritas, r. est] ego. si, C. frigora] d². figura, d¹. fi-
guram, r. 30. Lacuturnenses] Urlichs vind. 410. lacuturres, E. lacu-
turreses, r. 31. Aricina] Urlichs l. c. aricina ubi quondam (quodam,
DF) fuit lacus turrisque quae remanet, C. 33. trioianum, E. trizianum, Sr.

conferunt. Sectio, nisi obliquo vulnere defendatur medulla, plurimum nocet. semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia numquam plantae habitu excellentibus; ἀλμυρίδια vocant, quoniam nisi in maritumis non proveniunt. aiunt navigatione quoque longinqua viridis adservari, si statim desecti ita ne 5 humum adtingant in cados olei quam proxime siccatos opturatosque condantur omni spiritu excluso. Sunt qui plantam in 143 transferendo alga subdita pediculo nitrive triti quod tribus digitis capiatur celeriore ad maturitatem fieri putent. sunt qui semen trifolii nitrumque simul tritum adspergant foliis. nitrum in coquendo etiam viriditatem custodit, aut Apiciana co- 144 ctura, oleo ac sale, priusquam coquantur, maceratis. Est inter herbas genus inserendi praecisis germinibus et caulis in medullam semine ex aliis addito. hoc et in cucumere silvestri. nec non olus quoque silvestre est triumpho divi Iuli carminibus 15 praecipue iocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse aput Dyrrachium, praemiorum parsimoniam cavillantes. est autem id cyma silvestris.

145 (42.) Omnium in hortis rerum lautissima cura asparagis. 16, 173 De origine eorum in silvestribus curis abunde dictum et quomodo eos iuberet Cato in harundinetis seri. est et aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam in montibus nascens, refertis superioris Germaniae campis, non inficeto Ti. Caesaris dicto herbam ibi quandam nasci simillimam asparago. 146 nam quod in Neside Campaniae insula sponte nascitur longe 25 optimum existimatur. hortensium seritur spongeis. est enim plurimae radicis altissimeque germinat. viret thyrso primum emicante, qui caulem educens tempore ipso fastigatus est. in 147 toros striatus potest et semine seri. Nihil diligentius comprehendit Cato, novissimumque libri est, ut appareat recentem 30 hanc notitiam fuisse. locum subigi iubet umidum aut crassum, semipedali undique intervallo seri, ne calcetur, praeterea ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti — videlicet semine 148 tum tantum serebantur — id fieri secundum aequinoctium

1. sectio] *ego. et, E. nec, Sr.* 2. etiam] *E. iam, Sr.* 3. habitu] *Strack. habitum, C.* admiridia, *E. almiridia, r.* 4. aiunt] *QSD². om. r.* 5. adservari si] *D¹S. adservari, D²E. adservari is, G. adservarin, F¹. adservarint, F². adservasse, Q.* 8. nitrive] *D². nitruve, r.* 13. inserendis, *DEF.* 14. in] *D. et in, E. et, r.* 15. solus, *DF². solius, F¹.* triumpho] *Q. trium foliorum, C.* 19. in] *D²S. om. r.* 20. in] *om. C.* 21. eas, *C.* harundineis, *DF. arundineis, r.* 25. eside, *DF.* 28. caudem, *C.* 28. 29. *dist. ego.* 29. striatur, *EG(?)*. 30. recentem hanc notitiam] *ego. repentem ac (ag, EG) noviciam (noticiam, D²)C.* 33. demitti] *E. dimitti, r.*

vernum, stercore satiari, crebro purgari, caveri ne cum herbis
 evellatur asparagus, primo anno stramento ab hieme protegi,
 vere aperiri, sariri, runcari, tertio incendi verno. quo maturius
 incensus est hoc melius provenit. itaque harundinetis maxime
 5 convenit quae festinant incendi. sariri iubet idem non ante-
 quam asparagus natus fuerit, ne in sariendo radices vexentur.
 ex eo velli asparagum ab radice — nam si defringatur, stirpe- 149
 scere et intermori — velli, donec in semen eat. id autem ma-
 turescere ad ver, incendique, ac rursus, cum apparuerit aspara-
 0 gus, sariri ac stercoreari. ac post annos VIII, cum iam vetus
 sit, digeri subacto stercoreatoque, tum spongeis seri, singulorum
 pedum intervallo. quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam
 aliud herbas creet. Nec quicquam postea temptatum utilius 150
 apparuit, nisi quod circa id. Feb. defosso semine acervatim parvu-
 5 lis scrobibus serunt, plurimum maceratum fimo. dein nexis inter
 se radicibus spongeas factas post aequinoctium autumnii dispo-
 nunt pedalibus intervallis fertilitate in denos annos durante.
 nullum gratius his solum quam Ravennatum hortorum. indi- 151 16, 173
 cavimus corrudam. hunc enim intellego silvestrem asparagum,
 quem Graeci ὄκρινον aut μύραξανθον vocant aliisque nomini-
 bus. invenio nasci et arietis cornibus tunsis atque defossis.

(43.) Poterant videri dicta omnia quae in pretio sunt, ni 152
 restaret res maximi quaestus non sine pudore dicenda. certum
 est quippe carduos apud Carthaginem magnam Cordubamque
 25 praecipue sestertia sena milia e parvis reddere *areis*, quoniam
 portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, serimusque etiam
 ea quae refugiunt cunctae quadripedes. carduos ergo duobus 153
 modis, autumno planta, et semine ante nonas Martias, plantae-
 que ex eo disponuntur ante id. Novemb. aut in locis frigidis
 30 circa favonium. stercoreantur etiam, si displicet, laetiasque pro-
 veniunt. condiuntur quoque aceto melle diluto addita laseris
 radice et cumini, ne quis dies sine carduo sit.

(44.) Cetera in transcursu dici possunt. Ocimum Pari- 154
 libus optime seri ferunt, quidam et autumno, iubentque, cum
 35 in hiemem seratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque et na-

13. herbas creet] herbas ereet, *DF*. herbesceret, *S*. 14. acervatis,
C. 17. pedalibus] et (de, *DF*) pedalibus, *C*. 20. aliisque] *DS*. aliis
 ove, *F*. aliisve, *r*. 23. dicenda] *G*. decidenda, *r*. 25. sestertium,
EG. areis] *Salm*. eis, *C*. 26. serimusque] *D²S*. Que (quae, *D¹r*).
 27. cunctae] *D²*. conctae, *S*. contiae, *D¹F*. consciae, *G*. om. *E*. 29.
 in] *E*. ut, *r*. 30. displicet] *D²*. dis placet, *r*. 31. condiuntur] *QD*. con-
 duntur, *r*. 33. 34. paribus, *C*. 35. hiemem] *D*. hiemen, *F*. hieme, *r*.
 semen] *d*. semen quae, *F*. semenque, *r*. et] *D²*. om. *r*.

sturtium vel aestate vel hieme facillime nascuntur. eruca prae-
cipue frigorū contemptrix diversae est quam lactuca naturae
155 concitatrixque veneris. idcirco iungitur illi fere in cibis, ut
nimio frigori par fervor inmixtus temperamentum aequet. Nas-
turtium nomen accepit a narium tormento, et inde vigoris si- 5
gnificatio proverbio usurpavit id vocabulum veluti torporem ex-
citantis. in Arabia mirae amplitudinis dicitur gigni.

156 (45.) Ruta quoque seritur favonio et ab aequinoctio au-
tumni. odit hiemem et umorem ac fimum, apricis gaudet ac
siccis terraque quam maxime lateraria. cinere vult nutriri, hic 10
et semini miscetur ut careat urucis. Auctoritas ei peculiaris
apud antiquos fuit. invenio mulsum rutatum populo datum a
Cornelio Cethego in consulatu collega Quinti Flaminini comi-
tis peractis. amicitia ei cum fico tantum, nusquam laetior pro-
157 venit quam sub hac arbore. seritur et surculo, melius in per- 15
foratam fabam indito, quae suco nutrit comprehendendo surcu-
lum. serit et se ipsa, namque incurvato cacumine alicuius rami,
cum attigit terram, statim radicatur. Eadem et ocimo natura,
nisi quod difficilius crescit. sed ruta runcatur non sine diffi-
cultate pruritivis ulceribus, ni munitis manibus id fiat oleove 20
defensis. condiuntur autem et eius folia servanturque fasciculis.

158 (46.) Ab aequinoctio verno seritur apium semine paulum
in pila pulsato. crispus sic putant fieri aut si satum calcetur
cylindro pedibusve. proprium ei quod colorem mutat. honos
in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeae. 25

159 (47.) Eodem tempore seritur menta planta vel, si nondum
germinat, spongea. non minus haec umido gaudet. aestate
viret, hieme flavescit. Genus eius silvestre mentastrum. ex hoc
propagatur ut vitis, vel si inversi rami serantur. Mentae nomen
suavitas odoris apud Graecos mutavit, cum alioqui mintha vo- 30
caretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt; nunc autem
160 coepit dici ἡδύσμουον. Grato menta mensas odore percurrit in
rusticis dapibus. semel sata diutina aestate durat. congruit
2, 108
18, 227 puleio, cuius natura in carnariis reflorescens saepius dicta est.

6. 7. excitantis] *d.* exeratis, *E.* excitatis, *r.* 11. ei] *Q.* et et, *G.* et, *r.*
12. mulsum] *Q.* multum, *F.* mustum, *r.* 13. collega — Flami-
nini] *uncis inclusit Urlichs vind. 411.* flaminini, *F.* flaminii, *EQ.* 14.
ei] *d.* e, *Q.* et, *r.* 17. serit] *Sillig.* seri, *C.* 19. arescit, *C.*
ruta] *Urlichs vind. 412.* durata, *C.* 20. pruritivis] *Hard.* pruritus, *d.*
proratuus, *F*¹. prorituus, *r.* 21. condiuntur] *S.* conduntur, *C.*
23. pila] pilato, *C.* 27. spongea] *om.* *FG.* non] *Hard.* *om.* *C.*
28. genus] hoc genus, *C.* 31. declinaverunt] *Q.* clinaverant, *G.* decli-
naverant, *r.* 31. 32. nunc — ἡδύσμουον] *Q.* *om.* *C.* 32. mento, *E.*
mentoi, *F.* *om.* *G.*

haec quoque servantur simili genere, mentam dico puleiumque et nepetam, condimentorum iam omnia. fastidiis cuminum am-
 cissimum. nascitur in summa tellure vix haerens et in sub- 161
 lime tendens, in putribus et calidis maxime locis medio seren-
 dum vere. alterum eius genus silvestre, quod rusticum vocant,
 alii Thebaicum, si tritum ex aqua potetur in dolore stomachi,
 in Carpetania nostri orbis maxime laudatur, alioqui Aethiopico
 Africoque palma est. quidam huic Aegyptium praeferunt.

(48.) Sed praecipue olusatrum mirae naturae est. hippo- 162
 selinum Graeci vocant, alii zmyrnium. e lacrima caulis sui
 nascitur. seritur et radice. sucum eius qui colligunt murræ
 saporem habere dicunt, auctorque est Theophrastus murræ sata
 natum. Hipposelinum veteres praeceperant in locis incultis, 163
 lapidosis iuxta maceriam seri — nunc et repastinato seritur et
 a favonio post aequinoctium autumnum — quippe cum capparibus
 quoque seratur siccis maxime, area in defossum cavata, ripisque
 undique circumstructis lapide; alias evagatur per agros et cogit
 solum sterile scire. floret aestate, viret usque ad vergiliarum
 occasum, sabulosis familiarissimum. vitia eius quod trans maria
 nascitur diximus inter peregrinos frutices. 13, 127

(49.) Peregrinum et careum gentis suae nomine appellatum, 164
 culinis principale. in quacumque terra seri vult ratione ea-
 dem qua olusatrum, laudatissimum tamen in Caria, proximum
 Phrygia.

(50.) Ligusticum silvestre est in Liguriae suae montibus. 165
 seritur ubique. suavius sativum, sed sine viribus. panacem
 aliqui vocant. Cratevas apud Graecos cunilam bubulam eo no-
 mine appellat, ceteri vero conyzam, id est cunilaginem, thym-
 bram vero quae sit cunila. Haec aput nos habet vocabulum
 et aliud satureia dicta in condimentario genere. seritur mense
 Februario, origano aemula. nusquam utrumque additur, quippe
 similis effectus. sed cunilae Aegyptium origanum tantum
 praefertur.

(51.) Peregrinum fuit et lepidium. seritur a favonio, dein, 166

2. *dist. ego.* iam] *ego.* tam, *F.* tamen, *r.* omnia] *ego.* omnia
 quae, *C.* 3. nascitur] *om.* *F.* 3. 4. et in sublime] *om.* *F.* 7. nostri
 orbis] *E.* nigorbis, *F*². gorbis, *F*¹. nigorbi, *G.* 8. hoc, *C.* 10. cau-
 lis] *Q.* cautis, *C.* 14. seri] *om.* *F.* *dist. ego.* 16. cauta, *C.*
 17. evagatur] *d.* eruatur, *E.* evatur, *r.* 21. nomen, *EG.* 25. ligu-
 sticum] *Q.* ligustricum, *C.* 26. ubique] etiam ubique, *G.* nec minus
 iam ubique, *Q.* 28. vero] *Q.* fere, *C.* est] *es,* *QF.* 29. cunicula]
C. colnila, *Q.* 30. satureia] *Q.* saturea, *F*¹. satu regia (*ragia,* *E*)*r.*
 31. aemula] *QF*². aemulu, *F*¹. aemulo, *r.* 34. lepidum, *E.* lapidum, *r.*

cum fruticavit, iuxta terram praeciditur, tunc runcatur sterco-
raturque, per biennium hoc. postea isdem fruticibus utuntur,
si non saevitia hiemis ingruat, quando impatientissimum est fri-
gorum. exit et in cubitalem altitudinem, foliis lauri, sed mol-
lius. usus eius non sine lacte.

167 (52.) Git pistrinis, anesum et anetum culinis et medicis
nascuntur, sacopenium, quo laser adulteratur, et ipsum in hor-
tis quidem, sed medicinae tantum.

(53.) Sunt quaedam comitantia aliorum satuus, ut papaver.
namque cum brassica seritur ac porcillaca, et eruca cum lactu-
168 ca. Papaveris sativi tria genera: candidum, cuius semen tostum
in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. hoc et
panis rustici crustae inspergitur, adfuso ovo inhaerens, ubi in-
feriorem crustam apium gitque ceriali sapore condiunt. alterum
genus est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus
169 excipitur. tertium genus rhoean vocant Graeci, id nostri erra-
ticum. sponte quidem, sed in arvis cum hordeo maxime nas-
citur, erucae simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus
deciduo, unde et nomen a Graecis accepit. De reliquis gene-
20, 198 ribus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco.
fuisse autem in honore apud Romanos semper indicio est Tar-
quinius Superbus, qui legatis a filio missis decutiendo papavera
in horto altissima sanguinarium illud responsum hac facti am-
bage reddidit.

170 (54.) Rursus alio comitatu aequinoctio autumnii seruntur
coriandrum, anetum, atriplex, malva, lapathum, caerefolium, quod
paederota Graeci vocant, et acerrimum sapore igneique effectus
ac saluberrimum corpori sinapi, nulla cultura, melius tamen
planta tralata. quin e diverso vix est sato semel eo liberare
171 locum, quoniam semen cadens protinus viret. Usus eius etiam
pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniae.
cocuntur et folia, sicut reliquorum olerum. sunt autem trium
generum: unum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucae.
semen optimum Aegyptium. Athenienses napy appellaverunt,
alii thlaspi, alii saurion.

172 (55.) Serpyllo et sisymbrio montes plerique scatent, sicut

3. ingruat] *S.* ingravat, *C.* 4. lauri] *cod.*, *Tol.* lauribus, *C.*
6. Gyt, *Q.* gyp, *F.* gip, *r.* pistrinis anesum] *Q.* pistrinus anesum, *C.*
7. sacopenium, *QF.* quo laser adulteratur] *Q.* *om.* *C.* 8. medi-
cina, *EF.* 10. porcillaca] *Sillig.* portilaca, *C.* 16. rhoean] *codd.*
Salm. rhyan, *C.* 26. malva, lapathum] balafathyum, *Q.* malva lapathi,
E. mallie lapathi, *F.* millie lapathi, *G.* cerefolium, *Q.* caerepollum, *C.*
27. igneique] *Sillig.* igneque, *E.* ignique, *Qr.* 30. cadens] *E.*
candens, *FG.* candidum, *Q.* 35. thlaspi] *Hard.* thapsi, *C.*

Threciae. utique deferunt ex his avulsos ramos seruntque, item Sicyone ex suis montibus et Athenis ex Hymetto. simili modo et sisymbrium serunt. laetissimum nascitur in puteorum parietibus et circa piscinas ac stagna.

9. (56.) Reliqua sunt ferulacei generis, ceu feniculum anguibus, ut diximus, gratissimum, ad condienda plurima, cum inaruit, eique perquam similis thapsia, de qua diximus inter externos frutices, deinde utilissima funibus cannabis. seritur a favonio; quo densior est eo tenerior. semen eius, cum est maturum, ab aequinoctio autumnii destringitur et sole aut vento aut fumo siccatur. ipsa cannabis vellitur post vindemiam ac lucubrationibus decorticata purgatur. optima Alabandica, plagarum praecipue usibus. tria eius ibi genera. inprobatur cortici proximum aut medullae, laudatissima est e medio quae mesa vocatur. secunda Mylasea. quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea agri Sabini arborum altitudinem aequat. Ferulae duo genera in peregrinis fruticibus diximus. semen eius in Italia cibus est. conditur quippe duratque in urceis vel anni spatio. [duo ea genera caules et racemi.] corymbian hanc vocant corymbosque quos condiunt.

10. (57.) Morbos hortensia quoque sentiunt sicut reliqua terra sata. namque et ocimum senectute degenerat in serpyllum, et sisymbrium in zmintham, et ex semine brassicae veterae rapa fiunt, atque invicem. et necatur cuminum αἰμοδώρω, nisi repurgetur. est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in gracili solo nascens. alius privatim cumini morbus scabies. et ocimum sub canis ortu pallescit. omnia vero accessu mulieris menstrualis flavescunt. bestiolarum quoque genera innascuntur, naxis pulices, raphano uruciae et vermiculi, item lactucis et oleri, utrique hoc amplius limaces et cocleae, porro vero privata animalia quae facillime stercore iniecto capiuntur condentia in id se. ferro quoque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum auctor est Sabinus Tiro in libro κηπουρικῶν quem Maecenati dicavit.

1. threciae] *S.* threcia, *F.* thracia, *r.* utique] *E.* utiqua, *G.* utiquae, *F.* 4. et] *om.* *FG.* 9. tenior, *G.* 10. dstringitur, *EG.*
 15. *dist.* *Urlichs vind.* 415. mlasea, *FG.* 19. duo — racemi] *uncis inclusit Urlichs vind.* 416. 22. senectute degenerat] *Ianus.* senec degenerat (degerat, *F*¹) iuti (lute, *E*)*C.* 23. et — zmintham] *om.* *E.* est et — zmintham (zonnintam, *G*)*r.* veterae] *Urlichs vind.* 417. veteris, *C.* 24. αἰμοδώρω] *Sillig.* ab imo dorso, *C.*
 25. nisi in] *d*². susi in, *d*¹. sun, *F*¹. sunt, *r.* 30. utrique] *Q.* utriusque, *E.* utrisque, *r.* 31. stercore iniecto] iniecto stercore, *Q.* est stercore iniecto (iniectio, *F*)*C.* 33. sabinus, *QF.*

- 178 (58.) Idem contra formicas, non minimum hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstravit limum marinum aut cinerem opturandis earum foraminibus, sed efficacissime heliotropio herba necantur. quidam et aquam diluto latere
 179 crudo inimicam his putant. Naporum medicina ervi aliquid una seri, sicut olerum cicer, arcet enim urucas. quo si omisso enatae sint, remedio est absinthi sucus decocti inspersus vel
 18, 159 sedi [quam alii ἀείζωον vocant]. genus hoc herbae diximus.
 180 Semen olerum si suco eius madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt, in totum vero necari urucas, si palo inponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, feminae dumtaxat. adversus urucas et cancrum fluviatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. sunt qui sanguineis virgis tangant ea quae nolunt his obnoxia esse. Infestant et culices riguos hortos, praecipue si sint arbusculae aliquae. hi galbano accenso fugantur.
- 181 11. Nam quod ad permutationem seminum attinet, quibusdam ex his firmitas maior est, ut coriandro, betae, porro, nasturtio, sinapi, erucae, cunilae et fere acribus, infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitae, cucumi, et aestiva omnia hibernis magis durant, minime autem gethyum. sed ex his quae sunt fortissima nullum ultra quadrimum utile est, dumtaxat serendo. culinis et ultra tempestitiva sunt.
- 182 (59.) Peculiaris medicina raphano, betae, rutae, cunilae in salsis aquis, quae et alioqui plurimum suavitati et fertilitati conferunt. ceteris dulcium aquarum rigua prosunt. utilissimae ex his quae frigidissimae et quae potu suavissimae. minus utiles e stagno et quas elices inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. praecipue tamen imbres alunt, nam et bestiolae in nascentes necantur.
- 183 12. (60.) His horae rigandi matutino atque vespera, ne infervescat aqua sole, ocimo tantum et meridie; nam etiam satum celerrime erumpere putant inter initia ferventi aqua aspersum. omnia autem tralata meliora grandioraque fiunt, maxime

3. opturantis, Q. obturandis, E. obdurandis, r. 5. ervi] Sillig.
 erut, Q. est si, E. e sui, r. aliquid] Q. aliquis, C. 7. anatae
 sint, C. enata est, Q. remedio] Q. remedium, C. vel] Q. om. CS.
 8. quam — vocant] *uncis inclusit Urlichs vind. 418.* alii] Q.
 om. CS. AIZON, Q. angoum, C. angonen, S. 10. necari] Q. nec,
 C. necat, S. 14. nolunt his] Q. nolint iis (us, F)CS. 15. riguos
 ortos, Q. hortos riguos, E. riguos, G. riguus, F². riguis, F¹. 21. get-
 tym, FG. 27. 28. utiles e stagno] d. utile est et agno (gano, E)r.
 28. ilices, C. 32. ocimum, FGS. meridie. Nam, S. meridianam,
 F. meridiana, r.

porri napique. in tralatione et medicina est, desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium, lactucae, rapa, cucumis. Omnia autem silvestria fere sunt et foliis minora 184 et caulibus, suco acriora, sicut cunila, origanum, ruta. solum vero ex omnibus lapathum silvestre melius. hoc in sativis rumix vocatur, nasciturque fortissimum, tradunt certe semel satum durare nec vinci umquam a terra, maxime iuxta aquam. sucus 185 eius cum tisana tantum in cibus leviolem gratioremque saporem praestat. silvestre ad multa medicamina utile est, adeoque nihil omisit cura ut carmine quoque *comprehensum* reperiam, fabis caprini fimi singulis cavatis, si porri, erucae, lactucae, api, intubi, nasturti semina inclusa serantur, mire provenire. Quae sunt et silvestria eadem sativis sicciora intelleguntur et acriora.

(61.) Namque et sucorum saporumque dicenda differentia 186 est, vel maior in his sicut in pomis. sunt autem acres cunilae, origani, nasturti, sinapis, amari absinthi, centaurei, aquatiles cucumeris, cucurbitae, lactucae, acuti thymi, cunilaginis, acuti et odorati apii, aneti, feniculi. salsus tantum e saporibus non nascitur, aliquando extra insidit pulveris modo, et cicerculis tantum.

(62.) Atque ut intellegatur vana ceu plerumque vitae per- 187 suasio, panax piperis saporem reddit et magis etiam siliquastrum ob id piperitidis nomine accepto, libanotis odorem turis, zmyrnum murrae. de panace abunde dictum est. libanotis locis 12, 127 putribus et macris ac roscidis seritur. radicem habet olusatri, nihil ture differentem. usus eius post annum stomacho saluberrimus. quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. zmyrnum olus seritur isdem locis murrarumque radice resipit. 188 eadem et siliquastro satio. reliqua a ceteris et odore et sapore differunt, ut anetum, tantaque est diversitas atque vis, ut non solum aliud alio mutetur sed etiam in totum auferatur. Apio eximunt coci de obsonis acetum, eodem cellari in saccis odo-

3. silvestria fere sunt et] fere sunt et silvestria, C. 5. sativis] *codd. Gel.* sata vis, Q. sativum, C. 5. 6. rumix] QF. rumex, r. 6. nasciturque fortissimum] d. nascuntur quae (que, EG) fortissimum, C. omnium fortissimum quae servantur, Q. tradunt] Qd. traditur, E. traduntur, r. 7. sucus] Q. usus, C. 10. prehensum, EG. praehensum, F. reperiam] reperi in, E. 13. sativis] *Urlichs vind.* 419. in sativis, C. 15. sicut in] Q. quam, C. 15. 16. culnilae, F¹. cuniculae, F². cunt, Q. 17. thymi] *Salm.* tumi, QG. mi, F¹. tami, r. cunilaginis] *Urlichs vind.* 421. cuniculae, FS. cunile, Q. cunilae, r. 19. 20. cicerculis] Q. circulis, C. 23. 24. zmyrnum] *Pint.* smyrna, Q. myrra, C. 24. panace] d. panice, r. 25. seritur] Q. seritur semine, C. 28. zmyrneum, C. myrrhaque, S. radicem, FS. resipet, F. recipit, S. 32. de] Q. om. C

189 rem vino gravem. Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia dumtaxat. maximum quidem opus in iisdem naturae restat, quoniam proventus tantum adhuc summasque quasdam tractavimus. vera autem cuiusque natura non nisi medico effectu pernosci potest, opus ingens occultumque divinitatis et quo nullum reperiri possit maius. Ne singulis id rebus contexeremus iusta fecit ratio, cum ad alios medendi desideria pertinerent, longis utriusque dilationibus futuris, si miscuissemus. nunc suis quaeque partibus constabunt poteruntque a volentibus iungi.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XX.

1 (Sect. 1.) Maximum hinc opus naturae ordiemur et cibos suos homini narrabimus faterique cogemus ignota esse per quae vivat. nemo id parvum ac modicum existimaverit nominum vilitate deceptus. pax secum in his aut bellum naturae dicetur, odia amicitiaque rerum surdarum ac sensu carentium et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa, quod Graeci sympathiam et antipathiam appellavere, quibus cuncta constant, ignes aquis restinguentibus, aquas sole devorante, luna pariente, 2 altero alterius iniuria deficiente sidere, atque, ut a sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnete lapide et alio rursus abigente a sese, adamanta rarum opum gaudium, infragilem omni cetera vi et invictum, sanguine hircino rumpente, quaeque alia in suis locis dicemus paria vel maiora miratu. tantum venia sit a minimis sed a salutaribus ordienti primumque ab hortensis.

19, 74 ³ Cap. 1. (2.) Cucumin silvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem sativi. ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium suco expresso semini, cuius causa nisi maturius inci-

4. medico] *d.* modico, *r.* 8. longis] *E.* longius, *Sr.* 15. nemo] *E.* ne, *r.* 16. utilitate, *FG.* dicetur] *G.* diceretur, *r.* 19. et antipathiam] *Pint. coll. l. 37, 59. om. C.* 20. aquas] *S. cod. Tol. aqua, C.* 23. adamanta rarum] *Urlichs vind. 422. adamantarum, cod. Tol. adamatarum, C.* infragili, *C.* 25. miratu] *cod. Tol. miratus, C.* 28. multo] *C. non multo, Q.* 30. maturius] *QE. maturus, r.*

datur, semen exilit oculorum etiam periculo. servatur autem decerptus una nocte, postero die inciditur harundine. semen quoque cinere conditur ad coercendam suci abundantiam, qui expressus suscipitur aqua caelesti atque subsidit, deinde sole
5 cogitur in pastilles ad magnos mortalium usus, obscuritates, et vitia oculorum, genarum ulcera. Tradunt hoc suco tactis radicibus 4 vitium non attingi uvas ab avibus. radix autem ex aceto cocta podagricis in'initur sucoque dentium dolori medetur, arida cum resina inpetiginem et scabiem quaeque psoram et lichenas vo-
10 cant, parotidas, panos sanat et cicatricibus colorem reddit, et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.

(3.) Elaterio tempestivus est autumnno, nec ullum ex me- 5 dicamentis longiore aevo durat. incipit a trimatu. si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igni lento in aceto
15 domet. melius quo vetustius, fuitque iam CC annis servatum, ut auctor est Theophrastus, et usque ad quinquagesimum annum lucernarum lumina extinguit. hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat scintillare sursum ac deorsum cogat. pallidum ac leve herbaceo ac scabro melius ac leniter 6
20 amarum. putant conceptus adiuvari adalligato semine, si terram non adtigerit, partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur extra domum. Ipsum cucumin qui magnificant nasci praecipuum in Arabia, 7
25 inter folia et ramos provenire magnitudine nucis iuglandis, semen autem esse ad speciem scorpionum cauda reflexa, sed candida. aliqui etiam scorpionem cucumim vocant efficacissimo 8
contra scorpionis ictum et semine et elaterio, et ad purgandam utrimque alvom. modus pro portione virium ab dimidio obolo
30 ad solidum, copiosius necat. sic et contra phthiriasim bibitur et hydropicis. inlitum anginas et arterias cum melle aut oleo vetere sanat.

2. (4.) Multi hunc esse aput nos qui anguinus vocetur, 9 ab aliis erraticus, arbitrantur, quo decocto sparsa mures non

3. conditur] *Ianus*. conciditur, *C*. 8. podagricis] *S*. podagris, *C*. 13. longiore aevo] *d*. longior ex evo (aevo, *E*.)*r*. longiori aevo, *S*. 16. ut] est, *FG*. et] *E*. sed, *Q*. ei, *r*.
annum] *Q*. om. *C*. 17. lumine, *FG*. 22. enixu] *Sd*. exinu, *FG*. ex mura, *E*¹. ex muv, *E*². 26. cauda replexa, *C*. gaudere flexus, *Q*.
27. etiam] etiam ab, *C*. scorpionum, *E*. 28. scorpionis ictum] *Q*. scorpionem (scorpionum, *E*) ictus, *C*. 28.29. purgandam utrimque] *Q*. purgandum utrum, *E*. purgande utrumque, *r*. 29. alvom] *Q*². alvum, *Q*¹.
alvosque, *E*. alvos, *r*. pro] *Q*. om. *C*. 31. aut] *Q*. et, *C*.

adtingunt. idem podagris eum et articularibus morbis decoctum in aceto inlinunt praesentaneo remedio, lumborum vero dolores semine sole siccato, dein trito, $\times XX$ pondere in hemina aquae dato sanant, tumores subitos inlito cum lacte mulierum. purgat eas elaterium, sed gravidis abortum facit. suspiriosis prodest, morbo vero regio in nares coniectum. lentigines ac maculas e facie tollit in sole inlitum.

10 (5.) Multi eadem omnia sativis cucumeribus adtribuunt, magni etiam sine is momenti. namque et eorum semen quantum tres digiti adprehenderit cum cumino tritum potumque in vino tussientibus auxiliatur, et phreneticis in lacte mulieris, et dysintericis acetabuli mensura, purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere. et iocineris vitii in aqua mulsa. urinam movet ex vino dulci, et in renium dolore clysteribus simul cum cumino infunditur.

11 (6.) Qui pepones vocantur refrigerant maxime in cibo et emolliunt alvom. caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus inponitur. radix sanat ulcera concreta in modum favi, quae ceria vocant. eadem concitat vomitiones. siccatur, in farinam tunsam datur quattuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit quingentos passus postea ambulet. haec farina et in smegmata adicitur. cortex quoque vomitionem movet, faciem purgat. hoc et folia cuiuscumque sativi inlita. eadem cum melle et epinyctidas sanant, cum vino canis morsus, item multipedae; sepa Graeci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori praecipue nocivam. morsum tumor insequitur et putrescit locus. ipse cucumis odore defectum animi refovet. coctos deraso cortice ex oleo, aceto et melle iucundiores esse certum est.

13 3. (7.) Cucurbita quoque silvestris invenitur, $\sigma\upsilon\mu\phi\acute{o}\varsigma$ a Graecis appellata, inanis, unde et nomen, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. huius conmanducatae succus stomacho admodum prodest.

14 (8.) Colocynthis vocatur alia, ipsa plena semine, sed minor quam sativa. utilior pallida quam herbacea. arefacta per se

1. eum et] *Q.* cum, *C.* articularibus] *Q.* articuli, *E.* articulus, *F*¹. articulis, *r.* 2. aceto inlinunt] *Q.* acetum illiniunt (inlinunt, *F.* linunt, *G*)*C.* 3. dolores] *QS.* dolore, *C.* $\times XX$] *DXX*, *Q.* X. XX, *F.* XXX, *r.* 4. aqua dato, *Q.* dato aquae (aque, *G*)*C.* sanat, *Q.* tumores] *codd.* *Gel.* umores, *C.* 8. cucumeribus] *Q.* om. *C.* 9. magnum, *FG.* 10. cum] *Q.* cum in, *C.* 15. cum] *d.* om. *r.* 16. Qui] ei. Qui, *d.* ei, *r.* 19. ceria] *Q.* cerea, *C.* concitat] *ego.* concitae, *S.* contrahit, *E.* contra, *F.* 19. farina, *C.* 23. et folia] *d.* et in folia, *r.* 24. sepa] *d.* saepe, *r.* 27. refovet] *Q.* om. *C.* 29. $\text{COM}\Phi\text{OC}$] *Q.* spongus, *CS.* 33. semine] *Q.* om. *C.*

inanit alvom. infusa quoque clysteribus intestinorum omnibus
vitiis medetur et renium et lumborum et paralyti. eiecto se-
mine aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias, sic tutissimo
infunduntur oboli quattuor. prodest et stomacho farinae aridae 15
pilulis cum decocto melle sumptis. in morbo regio semina
eius VII sumuntur et protinus aqua mulsa. carnes eius cum
absinthio ac sale dentium dolorem tollunt, succus vero cum aceto
calesfactus mobiles sistit. item spinae et lumborum ac coxen-
dicum dolores, cum oleo si infricetur. praeterea, mirum dictu,
semina eius si fuerint pari numero in linteo adalligata febribus
liberare dicuntur quas Graeci periodicas vocant. Sativae quoque 16
derasae succus tepesfactus auribus medetur, caro eius interior
sine semine clavis pedum et suppurationibus quae Graeci vo-
cant ἀποστήματα. decoctae autem universae succus dentium
motus stabilit et dolores inhibet, vinum cum ea fervefactum
oculorum etiam impetus. folia eius cum recentibus cupressi
contusa et inposita, ipsa quoque tosta in argilla ac trita cum
adipe anseris vulneribus medetur. nec non ramentis corticis 17
recens podagras refrigerat, et ardores capitis, infantium maxime,
et ignes sacros vel isdem strigmentis inpositis vel seminibus.
succus ex strigmentis inlitus cum rosaceo et aceto febrium ardores
refrigerat. aridae cinis inpositus mire combusta sanat. Chry-
sippus medicus damnabat eas in cibis, sed omnium consensu
stomacho utilissimae iudicantur et interaneorum vesicarumque
exulcerationibus.

(9.) Est et rapo vis medica. perniones fervens inpositum 18
sanat, item frigus pellit e pedibus. aqua decocti eius fervens
podagris etiam frigidis medetur, et crudum tusum cum sale
cuicumque vitio pedum. semen inlitum et potum in vino contra
serpentes et toxica salutare esse proditur, a multis vero anti-
doti vim habere in vino et oleo. Democritus in totum ea ab- 19
dicavit in cibis propter inflationes, Diocles magnis laudibus tulit,
etiam venerem stimulari ab is professus, item Dionysius, ma-
gisque si eruca condirentur, tosta quoque articulorum dolori
cum adipe prodesse.

3. ea] *F.* eo, *E.* tutissimi, *E.* tutissime, *S.* 4. ex farina arida,
S. 6. VII] *Sillig.* uti, *E.* vitii, *F.* 10. in linteo] *Q.* om. *C.* 11.
liberare] *Sillig.* liberat, *Q.* mederi, *Sd*². om. *r.* 12. derase, *Q.* rasae,
C. 15. motus] modus, *Q.* montis, *F.* mentis, *E.* 17. ipsae, *C.*
20. vel isdem strigmentis, *Q.* velis destringentis, *E.* velis destringentis. *F.*
21. strigmentis, *Q.* trigmentes, *F.* 26. perniones, *Q.* pterniones, *S.*
pulmones, *E.* fervens] *Q.* serviens, *F.* serviens, *E.* 30. 31. antidoti
vim] anti (ante, *F*¹) dantium, *C.* 31. in totum] *E.* a totum, *Fd.* 34.
dolori] *d.* dolore, *r.* 35. prodesse] *codd.* *Gel.* prodest, *C.* prosunt, *S.*

20 (10.) Silvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido, duplo maiore quam papaver. hoc ad levigandam cutem in facie totoque corpore utuntur mixta farina pari mensura ervi, hordei et tritici et lupini. radix ad omnia inutilis.

21 4. (11.) Naporum duas differentias et in medicina Graeci 5 servant. angulosus foliorum caulibus, flore aneti, quod hunion vocant, purgationibus feminarum et vesicae et urinae utile decoctum, potum ex aqua mulsa vel suci drachma, semen dysintericis tostum tritumque in aqua calida e cyathis quattuor. sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. alterum genus 10 buniada appellant et raphano et rapo simile, seminis praeclari contra venena. ob id et in antidotis utuntur illo.

19, 80 22 (12.) Raphanum et silvestrem esse diximus. laudatissimus in Arcadia, quamquam et alibi nascitur, utilior urinae dumtaxat ciendae, cetero aestivosus. in Italia et armoraciam vocant. 15

19, 80 23 (13.) Et sativi vero praeter ea quae circa eos dicta sunt stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. praeterea cortices in vino decocti mane poti ad ternos cyathos conminuunt et eiciunt calculos. idem in posca 24 decocti contra serpentium morsus inlinuntur. ad tussim etiam 20 mane ieiunis raphanus prodest cum melle, semen eorum tostum ipsumque conmanducatum, adligato raphano aquam foliis eius decoctis bibere vel sucum ipsius cyathis binis contra phthiriasis, phlegmoni ipsos inlinere tusos, livori vero recenti corticem cum melle, veteriosis autem quam acerrimos mandere, semenque 25 25 tostum, dein contritum cum melle suspiriosis. idem et contra venena prosunt, cerastis et scorpionibus adversantur, — vel ipso vel semine infectis manibus inpune tractaveris, inpositoque raphano scorpiones moriuntur —, salutare et contra fungorum aut hyoscyami venena atque, ut Nicander tradit, et contra sanguinem tauri. contra viscum quoque dari Apollodori duo iubent, sed Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus sucum. lienem item extenuant, iocineri prosunt et lumborum doloribus, hydro-

3. farina] *Hard.* urina, *C.* 4. mensura] *d.* mam (nam, *E.*) supra, *r.* hervi, *F.* hevi, *E.* 6. flore aneti] *Sillig.* floreat et, *C.* 11. butinada, *F.* putinada, *E.* 13. laudatissimus] *codd.* *Hard.* laudatissimum, *C.* 14. in arcadia quamquam] *d.*(?). *om.* *r.* 15. marmoraciam, *d.* marmorician, *r.* 17. urinam] *d.* ur. Nam, *r.* 18. vino] *Qd.* huno, *F.* humo, *E.* 22. adligato raphano] *Ianus.* alliga raphano, *d.* ad (*om.* *E.*?) illagarapona, *r.* 24. phlegmoni] *codd.* *Gel.* flagmini, *E.* flemini, *F.*¹. flegmini, *F.*². 27. cerastis] *Pint.* ceratis, *Q.* ceteraseis, *C.* adversantur] *Q.* adversatur, *C.* 28. tractaveris] *Q.* tractavis, *F.* tractabis, *E.* 30. 31. sanguinem tauri] *Q.* *om.* *C.* 31. contra] *om.* *C.* 32. cilleus, *C.* tarentinum, *d.* terrentinum, *r.*

picis quoque ex aceto aut sinapi sumpti et lethargicis et comi-
 tialibus et melancholicis. Praxagoras et iliosis dandos censet, 26
 Plistonicus et coeliacis. intestinorum etiam ulcera sanant ac
 purulenta praecordiorum, si cum melle edantur. quidam ad
 5 haec coquere eos in luto malunt, sic et feminas purgari. ex
 aceto aut e melle sumpti intestinorum animalia detrahunt, idem
 ad tertias decocto eorum potio cum vino enterocelicis prosunt,
 sanguinem quoque inutilem sic extrahunt. Medius ad haec et 27
 sanguinem excreantibus coctos dari iubet, et puerperis ad lactis
 10 copiam augendam, Hippocrates capitis mulierum defluvia per-
 fricari raphanis, et super umbilicum inponi contra tormenta
 volvae. reducunt et cicatrices ad colorem. semen quoque ex
 aqua inpositum sistit ulcera quae phagedaenas vocant. De- 28
 mocritus venerem hoc cibo stimulari putat, ob id fortassis voci
 nocere aliqui tradiderunt. folia quae in oblongis dumtaxat na-
 scuntur, excitare oculorum aciem dicuntur, ubi vero acrior ra-
 phani medicina admota sit, hysopum dari protinus imperant.
 haec antipathia est. et aurium gravitati sucum raphani instil-
 lant. nam vomituris summo cibo esse eos utilissimum est.

20 (14.) Pastinacae simile hibiscum, quod molochen agrian 29
 vocant et aliqui *πλειστολοχείαν*, ulceribus, cartilagini, ossibus
 fractis medetur. folia eius ex aqua pota alvum solvunt, serpen-
 tes abigunt, apium, vesparum, crabronum ictibus inlita meden-
 tur. radicem eius ante solis ortum erutam involvunt lana co-
 25 loris quem nativum vocant, praeterea ovis quae feminam peperit,
 strumisque vel suppuratis alligant. quidam ad hunc usum auro
 effodiendam censent, cavendumque ne terram attingat. Celsus
 et podagris quae sine tumore sint radicem eius in vino deco-
 ctam inponi iubet.

30 5. (15.) Alterum genus est staphylinus, quod pastinacam 30
 erraticam vocant. eius semen contritum et in vino potum tu-
 mentem alvum et suffocationes mulierum doloresque lenit in
 tantum ut vulvas corrigat, inlitem quoque e passo ventri earum
 prosit, et viris vero prosit cum panis portione aequa tritum ex

1. sumpti, *Q.* exsumpti, *C.* 1. 2. et comitialibus et melancholicis]
Q. om. C. 5. in luto] in luto illitos (inlitos, *F. C.* 6. aut e melle]
ego. autem melle, Q. et melle (melle, F) C. idem] *Q. item, C.* 7.
 enterocoelicis, *Q.* enterocelis, *C.* 9. exscreantibus, *d.* excruciantibus, *r.*
 10. 11. perfricari] *Q.* fricari, *E.* fricasi, *F.* 12. cecatrices, *Q.* cicatri-
 cem, *C.* 15. oblongius, *F.* 21. ΠΑΕΙΚΤΟΔΟΧΕΙΑΜ. *Q.* plistio-
 lotiam, *C.* cartilagini ossibus] *E.* cartilagine ossibus, *F.* cartilagi-
 nibus, *Q.* 23. Appium, *Q.* apum, *C.* 29. iubet] *d.* iubent, *r.*
 31. erraticam] *F.* erbaticam, *Q. om. E.*

vino potum contra ventris dolores. pellit et urinam, et phage-
 daenas ulcerum sistit recens cum melle inpositum vel aridum
 31 farina inspersum. radicem eius Dieuches contra iocineris ac
 lienis ac lumborum et renium vitia ex aqua mulsa dari iubet,
 Cleopphantus et dysintericis veteribus. Philistio in lacte coquit 5
 et ad stranguriam dat radicis uncias quattuor, ex aqua hydro-
 picis, similiter et opisthotonicis et pleuriticis et comitialibus.
 habentes eam feriri a serpentibus negantur, aut qui ante gu-
 staverint non laedi. percussis inponitur cum axungia, folia contra
 32 cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylino 10
 dixit, fortassis quoniam venerem stimulari hoc cibo certum est.
 ideo conceptus adiuvari aliqui prodiderunt. Ad reliqua et sativa
 pollet. efficacior tamen silvestris magisque in petrosis nata.
 semen sativae quoque contra scorpionum ictus ex vino aut
 posca salutare est. radice eius circumscalpti dentes dolore 15
 liberantur.

33 (16.) Syria in hortis operosissima, unde quoque in prover-
 bium Graecis multa Syrorum olera. simillimam staphylino
 herbam serit quam alii gingidion vocant, tenuius tantum et
 amarius eiusdemque effectus. estur coctum crudumque stomachi 20
 magna utilitate, siccatur enim ex alto omnes eius umores.

34 (17.) Siser erraticum sativo simile est et effectu: stoma-
 chum excitat, fastidium absterget ex aceto laserpicato sumptum
 aut ex pipere et mulso vel ex garo. urinam ciet, ut Ophion
 credit, et venerem. in eadem sententia est et Diocles, prae- 25
 terea cordi convenire convalescentium aut post multas vomitio-
 35 nes perquam utile. Heraclides contra argentum vivum dedit,
 et veneri subinde offensanti aegrisque se recolligentibus. Hice-
 sius ideo stomacho inutile videri dixit, quoniam nemo tres si-
 seres edendo continuaret, esse tamen utile convalescentibus ad 30
 vinum transeuntibus. sativi privatim succus cum lacte caprino
 potus sistit alvum.

36 (18.) Et quoniam plerosque similitudo nominum Graeco-
 rum confundit, contexamus et de sili, sed hoc est vulgatae
 notitiae. optimum Massiliense, lato enim grano et fulvo est, 35

2. 3. aridum farina inspersum] *codd. Gel.* aridae farina (farine, *F*) in-
 spersum (inspersam, *d.* insupersam, *F.C.* 3. dieuces, *C.* ac] aut,
CS. 4. ac lumborum] *Sd.* aelum (elum, *E*) lumborum, *r.* 12. con-
 ceptus] *d.* contemptus. *r.* 17. unde quoque] *S.* undique, *C.* 19.
 gingidion] *d.* gigidion, *r.* 22. simile] *d.* similis, *r.* effectu] *d.* effe-
 ctus, *r.* 24. ophion] *S.* opion, *d.* opinion, *r.* 27. perquam] *d.* prae-
 terquam, *r.* 28. offensanti] *codd. Gel.* offensantem, *C.* 29. inutile]
Sillig coni. utile, *C.* 34. confundit] *d.* contundit, *r.* 35. asiliense, *C.*

secundum Aethiopicum nigrius, Creticum odoratissimum omnium. radix iucundi odoris est. semen esse et vultures dicuntur. prodest homini ad tussim veterem, rupta, convulsa in vino albo potum, item opisthotonicis et iocinerum vitiis et torminibus et
 5 stranguriae duarum aut trium lingularum mensura. sunt et 37
 folia utilia, ut quae partus adiuvent etiam quadripedum. hoc maxime pasci dicuntur cervae pariturae. inlinuntur et igni sacro, multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio vel semine. quadripedum quoque alvom sistit sive tritum potui
 10 infusum sive mandendo commanducatum. e sale boum morbis medetur vel si tritum infunditur.

(19.) Inula quoque a ieiunis commanducata dentes con- 38
 firmat. si eruta est, ut terram non attingat, condita tussim emendat, radicis vero decoctae sucus taenias pellit, siccatae
 15 autem in umbra farina tussi et convulsis et inflationibus et arteriis medetur. venenatorum morsus abigit. folia ex vino lumborum dolori inlinuntur.

(20.) Cepae silvestres non sunt. sativae olfactu ipso et 39
 delacrimatione caligini medentur, magis vero suci inunctione. 20
 somnium etiam facere traduntur et ulcera oris sanare comman-
 ducatae cum pane, et canis morsus virides ex aceto inlitae
 aut siccae cum melle et vino, ita ut post diem tertium sol-
 vantur. sic et trita sanant. coctam in cinere et epiphoris
 multi inposuere cum farina hordeacia et genitalium ulceribus.
 25 suco et cicatrices oculorum et albugines et argema inunxere, 40
 et serpentium morsus et omnia ulcera cum melle, item auri-
 cularum cum lacte mulierum, et in isdem sonitum aut gravi-
 tatem emedantes cum adipe anserino aut cum melle stillavere.
 et ex aqua bibendum dederunt repente obmutescensibus. in 41
 30 dolore quoque ad dentes coluendos instillavere et plagis bestia-
 rum omnium, privatim scorpionum. alopecias fricuere et psoras
 tuis cepis. coctas dysintericis vescendas dedere et contra
 lumborum dolores, purgamenta quoque earum cremata in cine-
 rem inlinentes ex aceto serpentium morsibus, ipsasque multipedae
 35 ex aceto. Reliqua inter medicos mira diversitas. proximi in- 42

2. odoris] *E.* oris, *Fd.* 5. lingularum] *d.* ligularum, *E.* linguarum, *FS.*
 7. igne, *Fd.* 10. *dist. ego.* e] *om.* *C.* saleque, *S.*
 11. medetur vel] *S. om.* *C.* si] *S.* sit, *EF.* sic, *d.* 13. eruta est
 ut] *ego.* ut eruta est et, *C.* 14. suco, *F.* tenias, *Fd.* tineas, *E.*
 15. autem] *E.* aut, *Fd.* 23. cocta, *Fd.* cinere et] *E.* cinerem, *Fd.*
 24. posuere, *C.* 26. ulcera] *Q.* vulnera, *C.* 30. 31. bestiarum] *E.*
 vesticarunt, *F.* vesicarum, *d.* 33. cremata] *E.* cremata, *F.* cremantes,
d. cinere, *Fd.* 34. ipsasque] *codd.* *Gel.* in ipsas (ipsa, *S.*) quoque
 (quae, *F.* que, *d.*) *CS.* 35. inutiles] *d.* utiles. *E.*

- utilis esse praecordiis et concoctioni, inflationemque et sitim
facere dixerunt. Asclepiadis schola ad colorem quoque validum
profici hoc cibo et, si ieiuni cotidie edant, firmitatem valetudinis
43 custodiri, stomacho utilem esse, spiritus agitatione ventrem mollire,
haemorrhoidas pellere subditas pro balanis, sucum cum suco 5
feniculi contra incipientes hydropisis mire proficere, item contra
anginas *cum* ruta et melle, excitari eadem lethargicos. Varro
quae sale et aceto *perfusa* est arefactaque vermiculis non in-
festari auctor est.
- 44 6. (21.) Porrum sectivom profluvia sanguinis sistit naribus 10
contrito eo obturatis, vel gallae mixto aut mentae, item ex abortu
profluvia potio suco cum lacte mulieris. tussi etiam veteri et
pectoris ac pulmonis vitiis medetur. inlitis foliis sanantur vari
et ambusta et epinyctides — ita vocatur ulcus, quae et syce,
in angulo oculi perpetuo umore manans; quidam eodem nomine 15
45 appellant pusulas liventis ac noctibus inquietantis — et alia
ulcera cum melle trito, vel bestiarum morsus ex aceto, item
serpentium aliorumque venenatorum, aurium vero vitia cum felle
caprino vel pari mensura mulsi, stridores cum lacte mulieris,
capitis dolores, si in nares fundatur, dormiturisque in aures 20
46 duobus suci coclearibus, uno mellis. sucus et ad serpentium
scorpionumque ictum bibitur cum mero et ad lumborum dolo-
rem cum vini hemina potus. sanguinem vero excreantibus et
phthisicis et destillationibus longis vel sucus vel ex ipso cibus
prodest, item morbo regio vel hydropicis et ad renum dolores, 25
47 cum tisanae suco acetabuli mensura. idem modus cum melle
vulvas purgat. estur vero et contra fungorum venena, inponitur
et vulneribus, venerem stimulat, sitim sedat, ebrietatem discutit,
sed oculorum aciem hebetare traditur, inflationes quoque facere
quae tamen stomacho non noceant ventremque molliant. voci 30
splendorem adfert.
- 48 (22.) Capitato porro maior ad eadem vis est. sanguinem

3. si ieiuni] *d.* siciunt, *r.* 4. utilem] *S.* utile, *Ed.* ut ille, *F.*
agitatione] *d.* ac cogitatione, *E.* a cogitationem, *F.* 5. appellere, *C.*
6. hyppocrisis, *C.* 7. cum] *om.* *C.* ruta] *d*². rutae, *F.* rute, *r.*
8. perfusa] *ego.* pisa, *C.* arefactaque] arte falliantur, *F.* 10. sisti,
F. naribus] *Q.* in auribus, *F*¹. in naribus, *r.* 12. mulieris] *Q.* mu-
lierum, *C.* 13. vitiis] *Q.* vitia, *d.* vitiam, *r.* vari] *Sillig.* Varia, *Q.*
sani, *C.* 14. quae et syce] quia sic ē (sicem, *E.* sic est, *d*) *C.* *om.* *Q.*
18. aliorumque venenatorum aurium] *Q.* aliorum, *CS.* 20. aures]
Q. aurem, *E.* aure, *r.* 22. ictum] *Sillig.* ictu, *Q.* potum, *C.* 22. 23. do-
lorem] *Q.* dolores, *C.* 23. et] *QF*². e, *r.* 24. physicis. *F.* phiciis,
Q. et] *Q.* *om.* *C.* 28. ebrietatem] *Q.* ebrietates, *C.* 30. noceant]
Sd. noceat, *r.* voci] *E.* vocis, *Qr.* 32. porro] *Q.* vero, *S.* *om.* *C.*
maiora de eadem vis est, *Q.* maiores ad eadem effectum, *C.*

reicientibus succus eius cum gallae aut turis farina vel acacia datur. Hippocrates et sine alia mixtura dari iubet vulvasque contractas aperire se putat, fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri. contritum ex melle ulcera purgat. tussim et de- 49 stillationis thoracis, pulmonis et arteriae vitia sanat, datum in sorbitione tisanae vel crudum praeter capita sine pane, ita ut alternis diebus sumatur, vel si pura excreentur. sic et voci et veneri somnoque multum confert. capita bis aqua mutata cocta alvum sistunt et fluctiones veteres, cortex decoctus inlitusque inficit canos.

(23.) Alio magna vis, magnae utilitatis contra aquarum et 50 locorum mutationes. serpentes abigit et scorpiones odore atque, ut aliqui tradidere, bestias, contra omnis ictus medetur potu vel cibo vel inlitu, privatim contra haemorrhoidas cum vino redditum vomitu. ac, ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat, item hyoscyamum, canum morsus, in quae vulnera cum melle inponitur. ad serpentium quidem ictus 51 potum cum restibus suis efficacissime ex oleo inlinitur, adtritisque corporum partibus, vel si in vesicas intumuerint. quin et suffitu eo evocari secundas partus existimat Hippocrates, cinere eius cum oleo capitis ulcera manantia sanitati restituens. suspiriosis coctum, aliqui crudum id dedere, Diocles hydropicis 52 cum centaury aut in fico duplici ad evacuandam alvum, quod efficacius praestat viride cum coriandro in mero potum, suspiriosis aliqui et tritum in lacte dederunt. Praxagoras et contra morbum regium vino miscuit et contra ileum in oleo et pulte, sic inlinens strumis quoque. antiqui et insanientibus dabant crudum, Diocles phreneticis elixum. contra anginas tritum in posca gargarizari prodest. dentium dolorem tribus capitibus 53 in aceto tritis iamminuit, vel si decocti aqua coluantur addaturque ipsum in cava dentium. auribus etiam instillatur succus

4. augeri] *Qd.* augere, *r.* purgat] *d.* purga, *F.* purgare, *E.* curat, *Q.* 5. arteriae] *Q.* arteria, *C.* 7. 8. et veneri] *Q.* vel veneri, *Ed.* vel veneris, *F.* 9. alvi, *S.* sistunt] *Sd.* emolliunt, *Q.* si sit, *r.* et fluctiones] effluctiones, *d.* effluxiones, *S.* efluctiones, *r.* 11. contra] *Q.* *om.* *C.* 13. potum, *Q.* 14. illitu, *d.* inlitus, *Q.* inliri, *r.* 15. vomitu] *E.* vomitum, *Fd.* vomit. *Q.* araneorum murium] *Barb.* araneos et (aut, *F.*) mures (muros, *F¹*) *C.* venenatum] *d.* veneratim, *r.* 16. 17. pardalianches] *codd.* *Gel.* paralianche, *Q.* pardalianchis, *C.* 19. sui. *E.* suir, *F¹*. 21. suffitu eo] suffito, *Q.* vocari, *E.* 26. aliqui] *E.* alique, *Fd.* 27. aleum, *Fd.* alveum, *E.* 29. 30. in posca] *Qd.* inponat, *r.* 30. gargarizari] *Q.* gargarizare, *d.* carcarissare, *r.* 32. iastillatus, *Fd.*

cum adipe anserino, phthiriasis et porrigines potum, item infu-
 sum cum aceto et nitro conpescit, destillationes cum lacte co-
 ctum vel tritum permixtumve caseo molli, quo genere et raucitatem
 54 extenuat vel in pisi aut fabae sorbitione. in totum autem coctum
 utilius est crudo elixumque tosto. sic et voci plus confert.
 taenias et reliqua animalia interaneorum pellit in aceto mulso
 coctum, tenesmo in pulte medetur, temporum doloribus inlinitur
 elixum, et pusulis coctum, deinde cum melle tritum, tussi cum
 adipe vetusto decoctum vel cum lacte aut, si sanguis etiam
 excreetur, vel pura, sub pruna coctum et cum mellis pari modo
 55 sumptum, convulsis, ruptis cum sale et oleo. nam cum adipe
 tumores suspectos sanat. extrahit fistulis vitia cum sulphure
 et resina, etiam harundines cum pice. lepras, lichenas, lenti-
 gines exulcerat sanatque cum origano, vel cinis eius ex oleo
 et garo inlitus, sic et sacros ignes. suggillata aut liventia ad
 56 colorem reducit combustum ex melle. credunt et comitalem
 morbum sanari, si quis eo in cibis utatur ac potione, quartanas
 quoque excutere potum caput unum cum laserpici obolo in
 vino austero — tussim et alio modo ac pectorum suppurationes
 quantaslibet sanat fractae incoctum fabae atque ita in cibo
 sumptum donec sanitatem restituat. facit et somnos atque in
 57 totum rubicundiora corpora — venerem quoque stimulare cum
 coriandro viridi tritum potumque e mero. vitia eius sunt quod
 oculos hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosius
 sumptum, sitim gignit. cetero contra pituitam et gallinaceis
 prodest mixtum farre in cibo. iumenta urinam reddere atque
 non torqueri tradunt, si trito natura tangatur.

58 7. (24.) Lactucæ sponte nascentis primum genus est
 quam caprinam vocant, qua pisces in mare deiecta protinus
 necantur qui sunt in proximo. huius lact — is sucus — spis-
 satum mox in aceto pondere obolorum duum adiecto aquae uno
 cyatho hydropicis datur. caule et foliis contusis, asperso sale,

1. 2. infusum] *d.* in usum, *r.* 2. conpescit] *d.* conspicit, *r.* 4. pisi
 aut] *Q.* thysia in *E.* pthisi avi (aut, *d.*)*r.* 5. tosto] *C.* toto, *Q.* plus]
Q. om. *C.* 6. lineas] *C.* 7. inlinitur] *Q.* inlinetum, *EF.* illitum, *d.*
 8. deinde] dehinc, *Q.* om. *d.* 9. aut] *E.* ut, *Fd.* 10. excreetur, *d.*
 excretur, *F²d².* excretum, *r.* coctum] *codd.* *Gel.* potum. *C.* 16. con-
 bustum] *QE.* combustus, *F.* combustos, *d.* 17. cibis] *F.* civis, *Q.* cibo,
Ed. 19. dist. ego. ac pectorum] *E.* acceptorunt, *F¹.* accepto-
 rum, *F²d².* om. *d¹.* 20. cibo] *d.* cibos, *r.* 22. dist. ego. stimu-
 lare] *QEF.* stimulat, *dv.* 23. viride, *Q.* 28. genus est] *Q.* genus
 est (est genus, *F.*) eius, *C.* 30. lact—is sucus—) *ego.* lactis sucus, *F.*
 lac, *Edu.*

nervi incisi sanantur. eadem trita ex aceto coluta matutinis bis mense dentium dolorem prohibet.

(25.) Alterum est genus quod Graeci caesapon vocant. 59 huius folia trita et cum polenta inlita ulceribus medentur. haec 5 in arvis nascuntur. tertium genus in silvis nascens ἰσάτιν vocant. huius folia trita cum polenta vulneribus prosunt. quarto infectores lanarum utuntur. simile erat lapatho silvestri foliis, nisi plura haberet et nigriora. sanguinem sistit, phagedaenas et putrescentia ulcera et quae serpunt sanat, item tumores 10 ante suppurationem, ignem sacrum. radice vel foliis prodest vel ad lienes pota. haec propria singulis.

(26.) Communia autem sponte nascentibus candor, caulis 60 interdum cubitali longitudine, thyrsos et foliis scabritia. ex iis rotunda folia et brevia habentem sunt qui hieracion vocent, 15 quoniam accipitres scalpendo eam sucoque oculos tinguendo obscuritatem, cum sensere, discutiant. succus omnibus candi- 61 dus, viribus quoque papaveri similis, carpitur per messes inciso caule, conditur fictili novo, ad multa praeclarus. sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, argema, nubículas, cica- 20 trices adustionesque omnes, praecipue caligines. inponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. idem succus alvum purgat in 62 posca potus ad duos obolos. serpentium ictibus medetur in vino potus, et folia thyrsoque triti ex aceto bibuntur. vulnere inlinuntur maxime contra scorpionum ictus, contra vero phalan- 25 gia commixto vino et aceto. aliis quoque venenis resistunt, 63 exceptis quae strangulando necant aut his quae vesicae nocent, item psimithio excepto. inponuntur et ventri ex melle atque aceto ad detrahenda vitia alvi. urinae difficultates succus emendat. Cratevas eum et hydropicis obolis duobus in aceto et 30 cyatho vini dari iubet. quidam et e sativis colligunt succum 64 minus efficacem. peculiare earum effectus praeter iam dictos 19, 127 somnum faciendi veneremque inhibendi, aestum refrigerandi, sqq. stomachum purgandi, sanguinem augendi. non pauci restant,

1. colluta, *Ed.* conlutas *F.* collatas, *Q.* 2. dentis, *Q.* dentes, *F.*
prohibent, *Ed.* 5. nascitur, *Fd.* nascens] *om.* *F.* ICCATIN,
Q. ysatim, *d.* statim, *r.* 7. simile erat] *codd.* *Barb.* similiter (similis,
d.) erat (*om.* *E?*) *C.* simile est, *Q.* 8. plura] *d.* plures, *r.* 9. et
quae] quae, *E.* atque, *F.* aut quae, *d.* 10. *dist.* *ego.* 12. candore,
C. 13. thyrsos] et ipso (ipse, *d.*) *C.* 14. hieracios, *Q.* heracliam, *Fd.*
eracleam, *E.* 17. papaver, *F.* 23. thorsique, *E.* thorsiquae, *F.* tor-
sique, *d.* 24. vero contra, *E.* 24. 25. phalangiam, *E.* longiam, *F.* 27.
ex] *d.* et, *r.* 29. 30. et cyathos] cyathi, *Ed.* Quiato, *F*². Quiatho in, *F*¹.
30. colligunt] *d.* colliguntur, *r.* 31. effectus] *d.* *om.* *r.* praeter iam
dictos] *ego.* praterimi (pater mi, *E.*) dictus, *C.* 33. paucae, *E.*

quoniam et inflationes discutiunt ructusque lenes faciunt, con-
 coctionem adiuvant, cruditatem ipsae numquam faciunt. nec
 ulla res in cibis magis aviditatem incitat inhibetque eadem.
 in causa alterutraque modus est. sic et alvum copiosiores sol-
 65 vunt, modicae sistunt. lentitiam pituitae digerunt atque, ut 5
 aliqui tradiderunt, sensus purgant. stomachis dissolutis utilis-
 simae adiuvantur in eo usu et oxypori obolis asperitatem addito
 dulci ad intinctum aceti temperantes, si crassior pituita sit, scillite
 aut vino absinthite, si et tussis sentiatur, hysopite admixto.
 dantur coeliacis cum intubo erratico et ad duritiam praecordio- 10
 66 rum. dantur et melancholicis candidae copiosiores et ad vesi-
 cae vitia. Praxagoras et dysintericis dedit. ambustis quoque
 prosunt recentibus, priusquam pusulae fiant, cum sale inlitae.
 ulcera etiam quae serpunt coercent, initio cum aphronitro, mox
 in vino. tritae igni sacro inlinuntur. convulsa et luxata cau- 15
 libus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt, eruptiones
 67 papularum ex vino et polenta. in cholera quoque coctas pa-
 tinis dederunt, ad quod utilissimae quam maximi caulis et ama-
 rae. quidam et lacte infundunt. defervefacti hi caules et sto-
 macho utilissimi traduntur, sicut somno aestiva maxime lactuca 20
 19, 126 et amara lactensque, quam meconidem vocavimus. Hoc lacte
 et oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse prae-
 cipitur, dum tempestive *cum* capite inunguntur oculi et ad
 68 vitia quae frigore in his facta sint. Miras et alias invenio
 laudes: thoracis vitiis prodesse non secus quam habrotonum 25
 cum melle Attico, conpurgari et feminas hoc cibo, semen sati-
 varum contra scorpiones dari, semine trito ex vino potio et
 libidinum imaginationes in somno conpesci, temptantis aquas
 non nocere lactucam edentibus. quidam tamen frequentiores
 in cibo officere claritati oculorum tradiderunt. 30
 69 8. (27.) Nec beta sine remediis est utraque: sive candi-
 dae sive nigrae radix recens et madefacta suspensa funiculo
 contra serpentium morsus efficax esse dicitur, candida beta
 cocta et cum alio crudo sumpta contra taenias, nigrae radices

3. magis] *d. om. r.* 6. 7. utilissimae] *Urlichs vind. 426. utilissime, C.*
 7. eos, *d.* usus, *Fd.* oxypor, *F.* asperitate, *Fd.* addita, *d.*
 8. scillite] *d. scillites. r.* 9. absentite, *d. absentites, r.* 14.
 coercent initio] coercenti (coercendi, *E*) vitio, *C.* afontro, *C.* 19.
 et] *Q. om. C.* lacti, *F.* laeti, *Q.* 22. et] */// ad, d.* claritate, *F.*
 claritatem, *d.* 23. tempestivo, *F.* cum] *Ianus. om. C.* ad] *om.*
E. 25. vitiis] *d. ut his, r.* 26. cum] *om. Fd.* 27. semini, *F.*
 potio] *Q. potum. C.* 28. conpesci, *cod. Tol. conpescit, Ed. con-*
pescit, F. conpescuntur, Q. aquas] *d. aquis, r.* 34. sumpta] *d.*
 sumpto, *r.* taenias] *Sillig. tineas, C.* radices] *radices ita, E.*

in aqua coctae porriginem tollunt, atque in totum efficacior esse traditur nigra. sucus eius capitis dolores et vertigines, item sonitum aurium sedat infusus his, ciet urinam. medetur 70 dysintericis iniecta et morbo regio, dolores quoque dentium sedat inlitis sucus et contra serpentium ictuus valet, sed huic radici dumtaxat expressus. ipsa vero decocta perniciosis occurrit. alba epiphoras sedat fronti inlita, aluminis parvo admixto ignem sacrum. sine oleo trita sic et adustis medetur. et contra 71 eruptiones papularum, coctaque eadem contra ulcera quae serpunt inlinitur, et alopeciiis cruda et ulceribus quae in capite manant. sucus eius cum melle naribus inlitis caput purgat. decoquitur et modice cum lenticula addito aceto, ut ventrem molliat. validius cocta fluctiones stomachi et ventris sistit.

(28.) Est et beta silvestris quam limonium vocant, alii neuroidem, multum minoribus foliis tenuioribusque ac densioribus, undecim saepe caulium. huius folia ambustis utilia gustantium os adstringunt. semen acetabuli mensura dysintericis prodest. aqua autem betae radice decoctae maculas vestium elui dicunt, item membranarum.

(29.) Intubi quoque non extra remedia sunt. sucus eorum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit, idemque cum vino potus iocineris et vesicae, et epiphoris inponitur. erraticum apud nos quidam ambubaiam appellavere. in Aegypto cichorium vocant quod silvestre sit, sativum autem serim, quod est minus et venosius.

(30.) Cichorium refrigerat. in cibo sumptum et inlitis collectiones, sucus decocti ventrem solvit, iocineri et renibus et stomacho prodest. item, si in aceto decoquatur, urinae tormina discutit, item morbum regium ex mulso, si sine febre sit. vesicam adiuvat. mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest ut emortuos partus trahat. adiciunt Magi suco totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri et quae velint

2. dolorem et, *Q.* dolores veteres et, *C.* 7. alba] *d.* albae, *E.* albae, *F.* 8. sic et] *Q.* licet, *C.* 9. ulcera] *E.* viscera, *Fd.* 11. inlitis] *Q.* inditus, *C.* 12. modice] *Q.* om. *C.* 14. 15. neuroidem] in euro. Idem, *Q.* ineuloidem, *C.* 16. undecim saepe caulium] fere undecim caulium, *Q.* foliis (om. *d.*) XI (om. *E.*) saepe caulium, *C.* 17. os adstringunt] *E.* osati (usati, *F²*) stringant, *Fd.* 18. aquae, *F.* autem betae] *Q.* et e (a, *F²d*) *C.* decoctae] *d.* decocte, *Q.* coctae, *r.* 19. itemque, *Ed.* 23. ambubulam, *Fd.* ambulam, *E.* 26. in cibo] inde cibum, *C.* 29. ex] *ego.* et *Fd.* e, *E.* 30. adiuvant, *Fd.* 31. demortuos, *F.* magis, *Fd.* 32. favorabiliores, *d.* fabora utiliores (ut liores, *F¹*) *r.*

facilius impetrare, quando quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancration.

75 (31.) Et silvestre genus — alii hedyphnoida vocant — latioris folii, stomachum dissolutum adstringit cocta, crudaque sistit alvum. et dysintericis prodest, magis cum lente. rupta et 5 convulsa utroque genere iuvantur, item genitura quibus valetudinis morbo effluat.

76 (32.) Seris et ipsa lactucae simillima duorum generum est: silvestris melior, nigra ista et aestiva, deterior hiberna et candidior. utraque amara, stomacho utilissima, praecipue quem 77 humor vexet. cum aceto in cibo refrigerant vel inlitae, discutuntque et alios quam stomachi. cum polenta silvestrium radices stomachi causa sorbentur, et cardiacis inlinuntur super 15 sinistram mammam, et ex aceto, omnes hae et podagricis utilis et sanguinem reicientibus, item quibus genitura effluat, alterno 15 dierum potu. Petronius Diodotus, qui anthologumena scripsit, in totum damnavit serim multis modis arguens, sed aliorum omnium opinio resistit.

78 9. (33.) Brassicae laudis longum est exsequi, cum et Chrysippus medicus privatim volumen ei dicaverit per singula membra 20 hominis digestum, et Dieuches, ante omnis autem Pythagoras, et Cato non parcius celebraverit, cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit 25 annis DC *Romanus populus*. In tres species divisere eam Graeci antiquissimi: crispam, quam selinada vocaverunt a similitudine 25 api foliorum, stomacho utilem, alvum modice mollientem, alteram heliam, latis foliis e caule exeuntibus, unde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti. tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis et simplicibus densissimisque, 80 amarior sed efficacissima. Cato crispam maxime probat, dein 30 levem grandibus foliis, caule magno. prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationique, *lieni*, stomacho, praecordiis crudam ex aceto ac melle, coriandro, ruta, menta, laseris radícula sumptam acetabulis duobus matutino, tantamque

1. impetrari, C. quando quidem] qñ (qñ, E. qm̄, d) quidem (quidam, E)C. 2. chresion, d. chreston, F. 3. est et, d. dist. ego. alii] E. aliorum, F. alterum, d. 5. rupta] riis, F. 9. ista et] ita est, C. 11. uror, F². oror, F¹. 14. hae et] haec, d. haec et, r. 15. genitura effluat] ego. geniturae (genitura, E) fluat (fluant, d)C. 16. anthologumena] Pint. anthologomena, d. antholongomena, r. 17. seriam, d. serian, r. 21. diocles, d. 24. Romanus populus] Cf. Plin. Valerian. 4, 29. om. C. 25. selinadam, C. 29. carambe, C. 32. scintillationibusque, E. scintillationeque, F¹. lieni] vel, C.

esse vim ut qui terat haec validiorem fieri se sentiat. ergo vel 81
 cum his tritam sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam, po-
 dagrae autem morbisque articularis inlini cum rutae, coriandri
 et salis mica, hordei farina, aqua quoque eius decocta nervos
 articulosque mire iuvari. si foveantur vulnera et recentia et
 vetera, etiam carcinomata quae nullis aliis medicamentis sanari
 possint foveri prius calida aqua iubet ac bis die tritam inponi.
 sic etiam fistulas et luxata et tumores evocari, quaeque discuti 82
 opus sit. insomnia etiam vigiliisque tollere decoctam, si ieiuni
 edint quam plurimam ex oleo et sale, tormina, si decocta ite-
 rum decoquatur addito oleo, sale, cumino, polenta. si ita su-
 matur sine pane, magis profuturam. inter reliqua bilem detrahi
 per vinum nigrum pota. quin et urinam eius qui brassicam 83
 esitaverit adservari iubet, calefactamque nervis remedio esse.
 verba ipsius subiciam ad exprimendam sententiam: pueros
 pusillos si laves ea urina, numquam debiles fieri.
 auribus quoque ex vino sucum brassicae tepidum instillari suadet,
 idque etiam tarditati audientium prodesse adseverat, et inpeti-
 gines eadem sanari sine ulcere.

(34.) Graecorum quoque opiniones iam et Catonis causa 84
 poni convenit, in his dumtaxat quae ille praetermiserit. biles
 trahere non percoctam putant, item alvum solvere, eandemque
 bis coctam sistere. vino adversari ut inimicam vitibus, antece-
 dente in cibis caveri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti.
 hunc cibum et oculorum claritati conferre multum, sucum vero 85
 crudae vel angulis tantum tactis cum Attico melle plurimum.
 facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola
 clamat nihil esse utilius stomacho nervisque, ideo paralyticis et
 tremulis dari iubet et sanguinem excreantibus. Hippocrates 86
 coeliacis et dysintericis bis coctam cum sale, item ad tenesnum
 et renium causa, lactis quoque ubertatem puerperis hoc cibo
 fieri iudicans et purgationem feminis. crudus quidem caulis si
 mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus adver-
 sus fungorum venena semen aut sucum bibendum censet, Phi-
 listion opisthotonicis sucum ex lacte caprino cum sale et melle.

1. qui terat] *E.* qui terad, *F*². querad, *F*¹. quantum ad, *d.* 2. his]
d. inis, *E.* om. *F.* 3. inlini cum] in linteum, *F.* ruta, *d.* co-
 riandro, *Fd.* 4. micae, *Fd.* 7. die] de, *F.* 8. et luxata] eluxa-
 tas, *C.* quaeque] quoque, *E.* quosque, *Fd.* 10. edint] *Sillig* con-
 edent, *C.* 12. detrahit, *d.* detrait, *F.* 14. esitaverit] (*erat* essitave-
 rit) *F*². om. *F*¹. hesitaverit, *d.* aestimaverit, *E.* asservari, *d.* adiuvari,
*EF*². om. *F*¹. 26. atiico, *F*¹. addito, *E.* 27. sensu, *F.* sensum, *d.*
 purgare, *F.* 29. exscreantibus, *d.* excruciantibus, *r.* 31.
 causa] *E.* causas, *r.*

- 87 inuenio et podagra liberatos edendo eam decoctaeque ius bibendo. hoc et cardiacis datum et comitialibus morbis addito sale, item splenicis in vino albo per dies XL. ictericis nec non et phreneticis radicis crudeae sucum gargarizandum bibendumque demonstrat, contra vero singultus cum coriandro et aneto et melle ac pipere ex aceto. inlitam quoque prodesse inflationibus stomachi, item serpentium ictibus et sordidis ulceribus ac vetustis, vel aqua ipsa cum hordeacia farina, sucum ex aceto vel cum feno Graeco. sic aliqui et articulis podagrisque inponunt. epinyctidas et quidquid aliud serpit in corpore inposita leuat, item 1 repentinis caligines, has et si manditur ex aceto, suggillata vero et alios livores pura inlita, lepras et psoras cum alumine 89 rotundo ex aceto. sic et fluentes capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium malis hanc utilissime inponi, efficacius eandem cum faba trita item convolsis, cum ruta contra ardorem febrium et stomachi vitia, cum rutae semine ad secundas. et muris aranei morsus foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit.
- 90 (35.) Ex omnibus brassicae generibus suavissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in concoquendo et renibus contraria. illud quoque non est omittendum, aquam decoctae ad tot usus laudatam faetere humi effusam. stirpium brassicae aridorum cinis inter caustica intellegitur, ad coxendicum dolores cum adipe vetusto, at cum lasere et aceto instar psilotri 91 evulsis inlitis pilis nasci alios prohibet. bibitur et cum oleo subfervefactus vel per se elixus ad convolsa et rupta intus lapsoque ex alto. nulla ergo sunt crimina brassicae? immo vero apud eosdem animae gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere. et in Aegypto propter amaritudinem non estur.
- 92 (36.) Silvestris sive erraticae inmenso plus effectus laudat Cato, adeo ut aridae quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus raptis, vitia earum graveolentiamque sanare adfirmet. hanc alii petraeam vocant, inimicissimam vino,

4. radicis] raucis, C. 5. et melle] melle, E. 9. articulis] F². artilis, F¹. articulosis, d. conticulis, E. 13. et fluentes] effluentes, C. 16. et stomachi vitia cum rutae] E. cum stomacho viraevenor (iurevenora, d)Fd. semina, F. 19. 20. cyma etsi] Barb. quima et, Fd. quimet, E. 20. concoquendo] Urlichs vind. 430. quoquendo, F². quendo, F¹. coquendo, Ed. 22. faecere humi, F². facere humi, EF¹. humi foetere, d. 24. at] E. ac, Fd. instar] Urlichs vind. 431. inter, C. psiltr, F¹. psilotr, r. 29. non estur] non est, Ed. .ii. ē, F. 31. farinae, F. olfactoriae, Fd. 32. rato, F. nato, d. 33. sanare] codd. Barb. sanari, C. adfirmet, Fd. adfirmant, E. peteream, F. peteream, d.

quam praecipue vitis fugiat aut, si non possit fugere, moriatur. folia habet bina, rotunda, parva, levia, plantis oleris similior, candidior sativa et hirsutior. hanc inflationibus mederi, melancholicis quoque ac vulneribus recentibus cum melle, ita ne solvantur ante diem septimum, strumis, fistulis in aqua contritam Chrysippus auctor est. et alii vero conpescere mala corporis quae serpant — nomas vocant —, item excrescentia absumere, cicatrices ad planum redigere, oris ulcera et tonsillas manducatam et coctam suco gargarizato cum melle tollere, item psoras et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri inlitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum inponi, melius si cum lasere et aceto acri, necari quoque canes ea, si detur ex carne. semen eius tostum auxiliatur contra serpentes, fungos, tauri sanguinem. folia cocta splenicis in cibo data et cruda inlita cum sulphure et nitro prosunt, item mammaram duritiae. radicum cinis uvae in faucibus tumentis tactu medetur, et parotidas cum melle inlitis reprimat, serpentium morsus sanat. virium brassicae unum et magnum argumentum addemus admirabile: crustae occupent intus vasa omnia in quis aquae fervent, ut non sit avellere eas, si brassica in his decoquatur, abscedunt.

(37.) Inter silvestres brassicas et lapsana est pedalis altitudine, hirsutis foliis, sinapi similis, nisi candidior esset flore. coquitur in cibo, alvum lenit et mollit.

(38.) Marina brassica vehementissime ex omnibus alvum ciet. coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.

(39.) Scillarum in medicina alba est — feminae nigrae — quae candidissima fuerit utilissima erit. huic aridis tunicis direptis quod relicum e vivo est consecutum suspenditur lino modicis intervallis. postea arida frusta in cadum aceti quam asperrimi pendentia inmerguntur ita ne ulla parte vas contingant. hoc fit ante solstitium, diebus XLVIII. gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solem accipientibus. post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. hoc clariorem oculorum aciem facit, salutare est stomachi laterumque doloribus diebus binis sum-

1. quam] quia, *E.* 2. bina] *d.* vina, *F.* una, *E.* 5. aquam, *C.*
 6. chrysippo, *E.* auctor est] auctore, *E.* 10. cum] cumi, *F*¹. cumi-
 nis, *F*². 13. ex] *E.* et, *F.* in, *d.* 20. fervent] ferventum, *E.* fer-
 ventim, *Fd.* ea, *C.* 30. consequutum, *F.* 32. 33. continguat, *F.*
 contingat, *d.* 37. laterum, *Fd.* diebus] *om.* *C.* pinis, *E.*

ptum. sed tanta vis est ut avidius haustum extinctae animae
 99 momento aliquo speciem praebeat. prodest et gingivis et den-
 tibus vel per se commanducata. taenias et reliqua ventris ani-
 malia pellit ex aceto et melle sumpta. linguae quoque recens
 subiecta praestat ne hydropici sitiant. coquitur pluribus modis, 5
 in olla quae coiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut
 100 luto inlita, aut frustatim in patinis. et cruda siccatur, deinde
 conciditur coquiturque in aceto, tum serpentium ictibus inponi-
 tur. tosta quoque purgatur et medium eius iterum in aqua
 coquitur. usus sic coctae ad hydropicos, ad urinam ciendam 10
 tribus obolis cum melle et aceto potae, item splenicos et sto-
 machicos, si non sentiant ulcus, quibus innatet cibus, ad tor-
 101 mina, regios morbos, tussim veterem cum suspirio. Discutit et
 foliis strumas quadrinis diebus soluta, furfures capitis et ulcera
 manantia inlita ex oleo cocta. coquitur et in melle cibi gratia, 15
 maxime uti *concoctionem* faciat. sic et interiora purgat. rimas
 pedum sanat in oleo cocta et mixta resinae. semen eius lum-
 borum dolori ex melle inponitur. Pythagoras scillam in limine
 quoque ianuae suspensam contra malorum medicamentorum in-
 troitum pollere tradit. 20
 102 (40.) Ceterum bulbi ex aceto et sulphure vulneribus in fa-
 cie medentur, per se vero triti nervorum contractioni et ex vino
 porrigini, cum melle canum morsibus; Erasistrato placet cum
 pice. idem sanguinem sistere eos tradit inlitos cum melle. alii,
 103 si e naribus fluat, coriandrum et farinam adiciunt. Theodorus 25
 et lichenas ex aceto bulbis curat, erumpentia in capite cum
 vino austero aut ovo. et bulbos epiphoris idem inlinit et sic-
 cae lippitudini media eorum. vitia quae sunt in facie rubentes
 maxime in sole inliti cum melle et nitro emendant, lentiginem
 cum vino aut cum *aceto*. vulneribus quoque mire prosunt per 30
 104 se aut, ut Damion, ex mulso, si quinto die solvantur. isdem
 et auriculas fractas curat et testium pituitas. in articulorum
 doloribus miscent farinam. in vino cocti inliti ventri duritiam
 praecordiorum emolliunt. dysintericis in vino *ex* aqua caelesti
 temperato dantur, ad convulsa intus cum silphio pilulis fabae 35

1. extincto, *Fd.* 2. alique, *F. aliquae, d.* 8. cum, *F.* 10.
 sic] *E. si, F²d. in, F¹.* 16. *concoctionem]* *ego. coctionem, C.* fa-
 ciat] *Sillig coni. facias, C.* purgas primas, *Fd.* 19. contra] *om.*
E. 20. pollere] *Pint. pellere, C.* 21. cetera, *F. ceteri, d.* 22.
 contractione, *d. contractionem, F. contractionum, E.* 23. porriginis, *F.*
 porrigis, *E.* cum] *mixtum, d.* 27. bulbis, *Fd.* 27. 28. siccae] *Ianus.*
 sice, *F. sic, Ed.* 30. cum aceto] *Urlichs vind. 435. cucumi (cum*
cucumi, F. cumino, d) cocto, C. 33. cocta, *F. coctam, d.* 34. ex]
 et, *EF. om. d.*

magnitudine. ad sudorem tusi inlinuntur. nervis utiles, ideo et
 paralyticis dantur. luxata in pedibus qui sunt rufi ex iis ci- 105
 tissime sanant cum melle et sale. venerem maxime Megarici
 stimulant, hortensi partum cum sapa aut passo sumpti, silve-
 5 stres interaneorum plagas et vitia cum silphio pilulis devoratis
 sedant. horum semen contra phalangia bibitur in vino. ipsi 106
 ex aceto inlinuntur contra serpentium ictus. semen antiqui bi-
 bendum insanientibus dabant. flos bulborum tritus crurum
 maculas varietatesque igni factas emendat. Diocles hebetari
 10 oculos ab his putat. elixos assis minus utiles esse adicit et
 difficile concoqui ex vi uniuscuiusque naturae.

(41.) Bulbinem Graeci vocant herbam porraceis foliis, rubi- 107
 cundo bulbo. haec traditur vulneribus mire utilis dumtaxat
 recentibus. bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia
 15 habet nigra, ceteris longiora.

10. (42.) Inter utilissimos stomacho cibos asparagi tradun- 108
 tur. cumino quidem addito inflationes stomachi colique discu-
 tiunt, idem oculis claritatem adferunt, ventrem leniter molliunt,
 pectoris et spinae doloribus intestinorumque vitiis prosunt, vino
 20 cum coquantur addito. ad lumborum et renium dolores semen
 obolorum trium pondere, pari cumini bibitur. venerem stimu-
 lant, urinam cient utilissime, praeterquam vesica exulcerata, 109
 radice quoque plurimorum praedicatione trita et in vino albo
 pota. calculos quoque exturbat, lumborum et renium dolores
 25 sedat. quidam et ad vulvae dolorem radicem cum vino dulci
 propinant. eadem in aceto decocta contra elephantiasim pro-
 ficat. asparago trito ex oleo perunctum pungi ab apibus negant.

(43.) Silvestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum 110
 vocant, Attici orminum. huius ad supra dicta omnia efficacior
 30 vis, et candidiori maior. morbum regium extenuant. veneris
 causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. idem
 et semen valet cum aneto ternis utriusque obolis. datur et ad
 serpentium ictus sucus decoctus. radix miscetur radici marathri
 inter efficacissima auxilia. si sanguis per urinam reddatur, se- 111
 35 men et asparagi et api et cumini ternis obolis in vini *cyathis*

2. luxata] *codd. Gel. iuxta, C.* 3. ventrem, *Fd.* 6. sedant.
 horum] *Ianus.* sedant sed animorum, *E(?)*. sed animorum, *Fd.* 11. ex
 vi] *E.* et, *Fd.* 16. inter] *om. E.* utilissimos] *d. utilissimo, F. uti-*
 lissimus, *E.* stomachi, *F¹d.* cibos] *d. cibo, F. cibus, E.* 20. co-
 quantur, *d.* 21. pari] *E. parte Fd.* 22. vesica] *Ianus. vesicam, C.*
 exulceratam, *F. exulceratam, Ed.* 23. radicem, *C. dist. Ur-*
lichs vind. 435. 28. aliqui corrudam] *codd. Salm. om. C.* 29.
 orminum] *codd. Salm. ormini, EF. ormim, d.* 35. cyathis] *quinis, C.*

duobus Chrysippus dari iubet. sic et hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet, item veneri, vesicae quoque nisi decoctum, quae aqua si canibus detur, occidi eos, in vino decoctae radicis sucum, si ore contineatur, dentibus mederi.

112 11. (44.) Apio gratia in volgo est. namque rami lactis 5
 potionibus per rura innatant et in condimentis peculiarem gratiam habent. praeterea oculis inlitum cum melle, ita ut subinde foveantur ferventi suco decocti, aliisque membrorum epiphoris per se tritum aut cum pane vel polenta inpositum mire auxiliatur. pisces quoque, si aegrotent in piscinis, apio viridi re- 10
 113 creantur. verum apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarum varietate est. distinguitur sexu. Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et fervido, Dionysius nigriorem, brevioris radicis, vermiculos gignentem, ambo neutrum ad cibos admittendum, immo 15
 omnino nefas, namque id defunctorum epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritati inimicum. caule feminae vermiculos gigni, ideoque eos qui ederint sterilescere, mares feminasve, in puerperis vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt. innocentio- 20
 rem tamen esse marem. eaque causa est ne inter nefastos frutex damnetur. mammaram duritiam inpositis foliis
 115 emollit. suaviores aquas potui incoctum praestat. suco maxime radicis cum vino lumborum dolores mitigat, eodem iure instillato gravitatem aurium. semine urinam ciet, menstrua ac secundas partus et, si foveantur semine decocto, suggillata reddit 25
 colori. cum ovi albo inlitum aut ex aqua coctum potumque renibus medetur, in frigida tritum oris ulceribus. semen cum vino vel radix cum veteri vino vesicae calculos frangunt. semen datur et arquatis ex vino albo.

116 (45.) Apiastrum Hyginus quidem melissophyllum appellat, 30
 sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. contextenda enim sunt omnia ex eodem nomine apud Graecos pendentia.

117 (46.) Olusatrum, quod hipposelinum vocant, adversatur scorpionibus. poto semine torminibus et interaneis medetur, 35
 idem difficultatibus urinae semen eius decoctum ex mulso po-

1. duobus] *F.* duobus (diebus, *E.*) quinque diebus, *Ed.*(?). 6. portionibus, *Ed.* 12. varietate] *codd.* *Gel.* varietas, *Fd.* auctoritas, *E.*
 14. brevem, *C.* 14. 15. vermiculos gignentem] *E.* vermiculo gignentem vermiculos, *Fd.* 16. nam, *E.* 17. esse] *d.* ipse, *r.* 24. gravitate, *F.* gravitati, *d.* auri, *E.* auria, *F^l.* 26. aut] *E.* at, *d.* ad, *F.*
 30. melissopilum, *d.* melissopylum, *r.* 34. holisatrum, *C.*

tum. radix eius in vino decocta calculos pellit et lumborum ac lateris dolores. canis rabiosi morsibus potum et inlitem medetur. succus eius argentes calefacit potus. quartum genus ex eodem aliqui faciunt oreoselinum, alto frutice recto, semine cumino simili, urinae et menstruis efficax. heleoselino vis privata contra araneos, sed et oreoselino feminae purgantur e vino.

12. (47.) Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum, praecipuum ad vomicas, coclearibus binis suci additis in cyathum marrubi suci atque ita calidae aquae tribus cyathis. addidere quidam buselinum differens brevitatem caulium a sativo et radicis colore rufo, eiusdem effectus. praevalere contra serpentes potu et linitu.

(48.) Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit inutile stomacho, urinae, oculorum quoque claritati, praeterea insaniam facere et lethargos et iocineris vitia, ideoque capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum censens. addunt quidam tritum, si operiatur lapide, scorpionem gignere, commanducatum et in sole positum vermes, Afri vero, si eo die feriatur quispiam a scorpione quo ederit ocimum, non posse servari. quin immo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris X marinis vel fluviatilibus trito convenire ad id scorpiones ex proximo omnis. Diodorus in empiricis etiam pediculos facere ocimi cibum. secuta aetas acriter defendit, nam id esse capras, nec cuiquam mentem motam, et scorpionum terrestrium ictibus marinorumque venenis mederi ex vino addito aceti exiguo. usu quoque conpertum deficientibus ex aceto odoratu salutare esse, item lethargicis et inflammatis refrigerationi, inlitem capitis doloribus cum rosaceo aut myrteo aut aceto, item oculorum epiphoris inpositum ex vino. stomacho quoque utile inflationes ructu ex aceto dissolvere sumptum, alvum sistere inpositum, urinam ciere, sic et morbo regio et hydropicis prodesse, etiam cholericis distillationes stomachi inhiberi. ergo etiam coeliacis Philistio dedit, et coctum dysintericis, et contra Plistonium aliqui et in tenesmo et sanguinem excreantibus in vino, duritia quoque praecordiorum. inlinitur mammis extinguitque lactis proventum. auribus utilissimum infantium, praecipue cum adipe anserino. semen

1. radix eius] *E.* radicis, *F*². radis, *F*¹. radix, *d.* 4. oreoselinon, *Barb.* horto selinum, *Fd.* hortos helinum, *E.* alio, *C.* 6. sed et] *de.* *F.* 9. succum, *F.* succum, *Ed.* 10. adicere, *F.* adiecere, *d.* boselinum, *F.* boselinon, *E.* fuselinon, *d.* 11. a] *d.* *om.* *r.* 16. censet, *Ed.* 19. a] *om.* *Fd.* 20. tradunt] *d.* traduntur, *r.* 22. emptiricis, *F.* emitericis, *E.* empiriticis, *d.* 24. mutam, *F.* 24. 25. malinorumque, *F.* malignorumque, *d.* 25. aceto, *Ed.* 31. *dist.* *Urlichs vind.* 438.

tritum et haustum naribus sternumenta movet et destillationes quoque capitis inlitum, vulvas purgat in cibo ex aceto. verrucas mixto atramento sutorio tollit. venerem stimulat, ideo etiam equis asinisque admissurae tempore ingeritur.

- 124 13. Silvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, peculiaris ad vitia quae vomitionibus crebris contrahuntur vomicasque volvae, contra bestiarum morsus e vino radice efficacissima.
- 125 (49.) Erucae semen scorpionum venenis et muris aranei medetur, bestiolas omnes innascentes corpori arcet, vitia cutis in facie cum melle inlitum, lentigines ex aceto, cicatrices nigras 10
126 reducit ad candorem cum felle bubulo. aiunt verbera subituris potum ex vino duritiam quandam contra sensum induere. in condiendis opsoniis tanta est suavitas ut Graeci euzomon appellerint. putant, subtrita eruca si foveantur oculi, claritatem restitui, tussim infantium sedari. radix eius in aqua decocta 15
19, 154 fracta ossa extrahit. nam de venere stimulanda diximus, ** tria folia silvestris erucae sinistra manu decerpta et trita in aqua mulsa si bibantur.
- 127 (50.) E contrario nasturtium venerem inhibet, animum ex-
19, 155 cuit, ut diximus. duo eius genera. *album* album purgat, de- 20
trahit bilem potum X pondere in aquae VII. strumis cum lomento inlitum opertumque brassica praeclare medetur. alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum compurgat, commotas mentis sedat ex aceto sumptum, lienem ex vino potum vel cum fico sumptum, tussim ex melle, si cotidie ieiuni su- 25
128 mant. semen ex vino omnia intestinorum animalia pellit, efficacius addito mentastro. prodest et contra suspiria et tussim cum origano et vino dulci, pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. panos discutit cum pice extrahitque corpori aculeos et maculas inlitum ex aceto, contra carcinomata adicitur ovo- 30
129 rum album. et lienibus inlinitur ex aceto, infantibus vero e melle utilissime. Sextius adicit ustum serpentes fugare, scorpionibus resistere, capitis dolores contrito, alopecias emendari addito sinapi, gravitatem aurium trito inposito auribus cum fico, dentium dolores infuso in aures suco, porriginem et ulcera 3
capitis cum adipe anserino. furunculos concoquit cum fermento.

1. haustum] actum, *F*¹. auctum, *r*. movet] *om*. *Fd*. 3. caeramento, *F*. ceramento, *E*. eramento, *d*. 6. vomicisque, *E*. 7. contra] *F*. *om*. *Ed*. 14. claritate, *F*. claritati, *d*. 16. venere] serenda, *F*. *lac*. significavit *Hard*. 20. album] *Urlichs vind*. 439. *om*. *C*. 21. X] X, *F*(*Ed*?). 32. adicit ustum] *E*. adicitur ut, *F*. adicit ut, *d*. 33. dolores] *ego*. dolori, *d*. dolore, *r*. contrito] *Urlichs l. l*. contrite, *EF*. contra ire, *d*. emendare, *d*. 34. addito] *om*. *E*.

carbunculos ad suppurationem perducit et rumpit, phagedaenas 130
ulcerum expurgat cum melle. coxendicibus et lumbis cum po-
lenta ex aceto inlinitur, item licheni, unguibus scabris, quippe
natura eius caustica est. optimum autem Babylonium, silvestri
5 ad omnia ea effectus maior.

(51.) In praecipuis autem medicaminibus ruta est. latiora 131
sativae folia, rami fruticosiores. silvestris horrida ad effectum
est et ad omnia acrior. succus exprimitur tunsae aspersa mo-
dice aqua, et in pyxide Cypria adservatur. hic copiosior datus
10 veneni noxiam obtinet, in Macedonia maxime iuxta flumen Aliac-
monem, mirumque, cicutae succo extinguitur. adeo etiam veneno-
rum venena sunt, quando cicutae succus prodest manibus et *faciei* 132
colligentium rutam. cetero inter prima miscetur antidotis, prae-
cipueque Galatica. quaecumque autem ruta et per se pro
15 antidoto valet foliis tritis ex vino sumptis, contra aconitum
maxime et viscum, item fungos, sive in potu detur sive in cibo.
simili modo contra serpentium ictus, utpote cum mustelae
dimicaturae cum his rutam prius edendo muniant se. valent 133
et contra scorpionum et contra araneorum, apium, crabronum,
20 vesparum aculeos et cantharidas ac salamandras canisve rabiosi
morsus. acetabuli mensura succus e vino bibitur, et folia trita
vel commanducata inponuntur cum melle ac sale vel cum aceto
et pice decocta. succo perunctos et *eum* habentes negant feriri
ab his maleficis, serpentisque, si uratur ruta, nidorem fugere.
25 efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta. eandem 134
adiciunt efficaciorum esse sub diu potam. Pythagoras et in
hac marem minoribus herbaceisque coloris foliis a femina discrevit,
ea laetioribus foliis et colore. idem oculis noxiam putavit, fal-
sum, quoniam scalptores et pictores hoc cibo utuntur oculorum
30 causa cum pane vel nasturtio, *caprae* quoque silvestres propter
visum, ut aiunt. multi succo eius cum melle Attico inuncti 135
discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixae,
vel puro succo angulis oculorum tactis. epiphoras cum polenta
inposita lenit, item capitis dolores pota cum vino aut cum aceto
35 et rosaceo inlita, si vero sit cephalaea, cum farina hordeacia

4. silvestre, *Fd.* silure, *E.* 6. latiora] ratio, *E.* 8. tunsae] *ego.*
tonsa, *F.* tonsa et, *E.* tunsae et, *d.* 10. in] *om.* *E.* macedoniam, *Ed.*
machedoniam, *F.* 10. 11. Aliacmonem] *Vid. Dioscor. 3, 45.* anacimum,
Ed. anacimum, *F.* 12. quando] *om.* *Fd.* faciei] *Sillig coni. om.*
C. 14. et] aut, *C.* 15. ex] *F.* et, *d.* et pro, *E.* 17. similis, *Fd.*
18. muniant se.] *ego.* muniant sed, *Fd.* se muniant. sed, *Ev.*
23. decoctae, *F.* et eum] *ego.* etiam, *C.* fieri, *E.* 28. ea] *ego.*
eam, *Ed.* etiam, *F.* latioribus, *Ed.* foliis et] et folii, *F.* colores,
Fd. 30. caprae] *Hard.* atque, *C.* 35. sit cephalaea] *d.* sacephalici,

et aceto. eadem cruditates discutit mox et inflationes, dolores
 136 stomachi veteres. vulvas aperit corrigitque conversas inlita in
 melle toto ventre et pectore, hydropicis cum fico et decocta
 ad dimidias partes potaque ex vino. sic bibitur et ad pectoris
 dolores laterumque et lumborum, tussis, suspiria, pulmonum, 5
 iocinerum, renium vitia, horrores frigidus. *ad* crapulae grave-
 dines decocuntur folia poturis. et in cibo vel cruda vel decocta
 137 conditave prodest, item torminibus in hysopo decocta et cum
 vino. sic et sanguinem sistit interiorem et narium indita, sic 10
 et conlutis dentibus prodest. auribus quoque in dolore sucus 10
 131 infunditur, custodito, ut diximus, modo in silvestri, contra tar-
 ditatem vero sonitusque cum rosaceo vel cum laureo oleo aut
 138 cumino et melle. sucus et phreneticis ex aceto tritae instilla-
 tur in tempora et cerebrum. adiecerunt aliqui et serpyllum
 et laurum inlinentes capita et colla. dederunt et lethargicis 15
 ex aceto olfaciendum, et comitialibus bibendum decoctae sucum
 in cyathis quattuor ante accessiones quarum frigus intolerabile
 139 est, alsiosisque et crudam in cibo. urinam quoque vel cruen-
 tam pellit, feminarum etiam purgationes secundasque, etiam
 emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro 20
 pota itaque inlita. et vulvarum causa et suffire iubet. Diocles
 et cardiacis inponit ex aceto et melle cum farina hordeacia, et
 contra ileum decocta farina in oleo velleribus collecta. multi
 vero et contra purulentas excreationes siccae drachmas duas,
 sulphuris unam et dimidiam sumi censent, et contra cruentas 25
 140 ramos tres decoctos in vino. datur et dysintericis cum caseo
 in vino contrita. dederunt et cum bitumine infriatam potioni
 propter anhelitum, ex alto lapsis seminis tres uncias. olei libra
 vinique sextario inlinitur cum oleo coctis foliis partibus quas
 frigus adusserit. si urinam movet, ut Hippocrati videtur, mirum 30
 est quosdam dare *velut* inhibentem potui, contra incontinentiam
 141 urinae. psoras et lepras cum melle et alumine inlita emendat,
 item vitiligines, verrucas, strumas et similia cum trychno et
 adipe suillo ac taurino sebo, ignem sacrum ex aceto et oleo
 vel psimithio, carbunculum ex aceto. nonnulli laserpicium una 35

E. sa cephalaea, *F*². soephalaea, *F*¹. 6. ad] *om.* *C.* 7. potaturis, *Ed.*
 decocti, *E.* 8. conditave] decondita, *d.* [////decondita, *F.* de-
 condit, *E.* 9. sic] cocta sic, *C.* indita sic] inditatis sic, *EF.* indita
 tussim, *d.* 10. doloris, *F.* doloribus, *d.* 11. modo in] *E.* modo e, *d.*
 modi e, *F.* 13. et] *F.* ad, *Ed.* 14. aliqui et] *E.* aliqui, *F*²*d.* aliquid,
*F*¹. 16. et] de, *C.* 17. accessiones] *F*²*d.* successiones, *E.* cessiones,
*F*¹. 21. inlita] *F.* inlitam, *Ed.* *dist. Ianus.* suffire] *d.* sufficere,
r. 29. quas] *E.* quae, *d.* que, *F.* 30. ut] *E.* et, *Fd.* 31. vel, *C.*
 33. trycno, *EF.* tricno, *d.*

inlini iubent, sine quo epinyctidas pusulas curant. inponunt
 et mammis turgentibus decoctam et pituitae eruptionibus cum
 cera, testium vero epiphoris cum ramis laureae teneris, adeo 142
 peculiari in visceribus his effectu ut silvestri ruta cum axungia
 5 veteri inlitos ramices sanari prodant, fracta quoque membra
 semine trito cum cera inposito. radix rutae sanguinem oculis
 suffusum et toto corpore cicatrices aut maculas inlita emendat.
 ex reliquis quae traduntur mirum est, cum ferventem rutae
 naturam esse conveniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum
 0 addita aloes uncia perunctis sudorem reprimere, itemque gene-
 rationem inpediri hoc cibo. ideo in profluvio genitali datur 143
 et venerem crebro per somnia imaginantibus. praecavendum
 est gravidis abstineant hoc cibo, necari enim partus invenio.
 eadem ex omnibus satis quadripedum quoque morbis in maximo
 5 usu est, sive difficile spirantibus sive contra maleficorum ani-
 malium ictus, infusa per naris ex vino aut, si sanguisugam
 hauserint, ex aceto, et quocumque in simili morborum genere
 ut in homine temperata.

14. (52.) Mentastrum silvestris menta est differens specie 144
 0 foliorum quae sunt figura ocimi, pulei colore, propter quod
 quidam silvestre puleium vocant. his commanducatis et inpo-
 sitis sanari elephantiasin Magni Pompei aetate fortuito cuiusdam
 experimento propter pudorem facie inlita conpertum est. eadem 145
 inlinuntur bibunturque adversus serpentium ictus drachmis dua-
 5 bus in vini cyathis duobus, adversus scorpionum cum sale, oleo,
 aceto, item adversus scolopendras ius decocti. adversus omnia
 venena servantur folia arida ad farinae modum. substratum
 vel accensum fugat etiam scorpiones. potum feminas purgat, 146
 sed partus necat. ruptis, convulsis, orthopnoicis, torminibus,
 0 cholericis efficacissimum, item lumbis, podagris inpositum. sucus
 auribus verminosis instillatur. in regio morbo bibitur, strumis
 inlinitur, somnia veneris inhibet, taenias pellit ex aceto potum,
 contra porriginem ex aceto infunditur capiti in sole.

(53.) Mentae ipsius odor animum excitat et sapor avidi- 147

3. lauri, *d.* 9. decocto, *F*². decoto, *F*¹. 11. inpedire, *Fd.*
 17. hauserint] *ego.* exhausserint, *C.* 18. temperato, *Fd.* tempera *E.*
 20. quae sunt] *cod. Tol.* qua sunt, *Fd.* quasi, *E.* 24. serpentium —
 26. scolopendras] *ego.* scorpionum (scorpionem, *d*²) cum sale oleo (oleo
 et, *E*) aceto item adversus scolopen (scolopendras, *d.* scolopendras et,
E) serpentium ictus drachmis (dragnis, *F*) duabus in (*om. d.*) vini cyathis
 (quiatis, *F*) duobus adversus scorpionum cum sale oleo aceto item adver-
 sus (scorpiones — adversus *om. Ed*) scolopendras, *C.* 29. sed] a partu
 sed, *E.* convulsis] *ego.* convulsis sed parcius (partus, *F*) *C.* 31. ver-
 miosis, *Fd.* 32. omnia, *Fd.* taenias] *Sillig.* tineas, *C.*

tatem in cibus, ideo embammatum mixturae familiaris. ipsa
 acescere aut coire denserique lac non patitur, quare lactis po-
 tionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. data
 in aqua aut mulso eadem vi resistere et generationi creditur
 148 cohibendo genitalia denseri. aequae maribus ac feminis sistit
 sanguinem, et purgationes feminarum inhibet, cum amylo ex
 aqua pota coeliacorum impetus. Dalion et vomicas vulvae cu-
 ravit illa, iocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis, item
 sanguinem excreantibus in sorbitionem. ulcera in capite infan-
 149 tium mire sanat, arterias umidas siccatur, siccas adstringit, pi-
 tuitas corruptas purgat in mulso et aqua, voci suco utilis, sub
 certamine dumtaxat, qui et gargarizatur uva tumente adiecta
 ruta et coriandro ex lacte. utilis et contra tonsillas cum alu-
 mine, linguae asperae cum melle et convulsis intus per se
 vitisque pulmonis. singultus et vomitiones sistit cum suco gra- 15
 150 nati, ut Democritus monstrat. recentis sucus narium vitia spiritu
 subductus emendat, ipsa trita choleras, in aceto quidem pota,
 sanguinis fluctiones intus, ileum etiam inposita cum polenta et
 si mammae tendantur. inlinitur et temporibus in capitis dolore,
 sumitur et contra scolopendras et scorpiones marinos et ad 20
 serpentes. epiphoris inlinitur et omnibus in capite eruptionibus,
 151 item sedis vitiiis. intertrigines quoque, vel si teneatur tantum,
 prohibet. auribus instillatur cum mulso. aiunt et lieni mederi
 eam in horto gustatam ita ne vellatur, si is qui mordeat dicat
 se lieni mederi, per dies VIII, aridae quoque farinam tribus 25
 digitis adprehensam et stomachi dolorem sedare in aqua et si-
 militer aspersa potione ventris animalia expellere.

152 (54.) Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo
 puleio cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque deiectis.
 qua de causa dignior e puleio corona Varroni quam e rosa 30
 cubiculis nostris pronuntiata est, nam et capitis dolores inpo-
 sita dicitur levare, quin et olfactu capita tueri contra frigorum
 aestusque iniuriam et ab siti traditur, neque aestuare eos qui

1. embammatum] *codd.* Gel. inbammatum, *E.* inbambatum, *d.* inba-
 batum, *F.* ipsae, *F.* ipse, *d.* 2. acescere] *codd.* Gel. aciescere, *Ed.*
 accessere, *F.* deserique, *F²d.* deseri qua, *F¹.* 3. ne huius] et his,
C. 4. vi resistere] vires sistere, *Fd.* 5. densari, *Fd.* 7. impetum,
d. Dalion] *Sillig coni.* iratione, *EF².* e ratione, *F¹.* si rationem, *d.*
 8. illa] *d.* illae, *E.* ille, *F.* multo, *Fd.* 11. 12. sub certamine uti-
 lis, *E.* 14. convulsis] *Urlichs vind.* 439. convulsa eius, *C.* 15. et] *E.*
 ut, *F²d.* in, *F¹.* 16. spiritus, *Fd.* 24. in] *om.* *C.* 25. farinam]
d. farinae, *E.* farina, *F.* 26. aqua] qua, *Fd.* 27. aspersa] *cod.* *Tol.*
 aspera, *C.* 28. defectus, *Fd.* animi, *d.* 30. corona varroni] con-
 tra vartini, *E.* 33. acytusque, *Fd.*

duos e puleio surculos inpositos auribus in sole habeant. in-
 linitur etiam in doloribus cum polenta et aceto. femina effi- 153
 caciior. est autem haec flore purpureo. mas candidum habet.
 in nausias cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet,
 5 sic et pectoris ac ventris dolorem, stomachi autem ex aqua.
 item rosiones sistit et vomitiones cum aceto et polenta, alvum
 solvit ex sale et aceto et polenta. intestinorum vitia melle de-
 cocta et nitro sanat, urinam pellit ex vino et, si Amineum sit,
 et calculos et interiores omnes dolores. ex melle et aceto se- 154
 10 dat menstrua et secundas, vulvas conversas corrigit, defunctos
 partus eicit. semen obmutescens olfactu admovetur, comi-
 tialibus in aceto cyathi mensura datur. si aquae insalubres
 bibendae sint, tritum aspergitur. salsitudines corporis, si cum
 vino tractetur, minuit, nervorum causa et in contractione cum
 15 sale et aceto et melle infricatur in opisthotono. bibitur ad 155
 serpentium ictus decoctum, ad scorpionum in vino tritum, ma-
 xime quod in siccis nascitur. ad oris exulcerationes, ad tussim
 efficax habetur. flos recentis incensus pulices necat odore.
 Xenocrates pulei ramum lana involutum in tertianis ante ac-
 20 cessionem olfactandum dari aut stragulis subici et ita collocari
 aegrum inter remedia tradit.

(55.) Silvestri ad eadem vis efficacior. simile est origano, 156
 minoribus foliis quam sativum, et a quibusdam dictamnus vo-
 catur. gustatum a pecore caprisque balatum concitat, unde
 25 quidam Graeci littera mutata blechonem vocaverunt. natura
 tam fervens est ut inlitas partes exulceret. tussi in perfrictione
 fricari ante balinea convenit, et ante accessionum horrorem
 convulsis et torminibus. podagris mire prodest, spasticis cum 157
 melle et sale bibendum datur, pulmonum vitia excreabilia facit.
 30 ad lienem cum sale utile est et vesicae et suspiriis et inflatio-
 nibus, decoctum suco aequaliter, et vulvas corrigit et contra

2. feminae, *d.* femine, *F.* 2. 3. efficacius, *d.* efficacius, *F*². efficax, *F*¹.
 5. pectoris ac ventris] pectori acris, *E.* pecto maris, *Fd*¹. pectoris,
*d*². *dist. ego.* 6. item rosiones] intercisiones, *E.* 6. 7. alvum
 solvit ex (et, *F*) — polenta (pulenta, *F*)] *F cod. Tol. om. Ed.* 7. 8. decocta]
d. decocto, *r.* 10. vulvam, *Fd.* conversat, *F.* conversat ac, *d.*
 defunctis, *F*². defuncti, *F*¹. 11. obmutescens, *E.* olfactu] *d.* ol-
 factum, *r.* 13. 14. cum vino] *E.* omnino, *Fd.* 14. tractetur, *F*¹. tra-
 detur, *E.* 15. infricatur] *d.* infrigatur, *F*². infiguratur, *F*¹. confringatur,
E. 18. habentis, *Fd.* 19. involutum] *d.* lutum, *r.* 25. mutant,
E. blechonem] *cod. Tol.* bleconem, *Fd.* albeconem, *E.* 26. tusci,
F. tuso, *d.* perfrictiones, *d.* ferfrictiones, *F.* 27. accessionum hor-
 rorem] *d.* accessionem horrore, *r.* 28. spasticis] *Pint.* pasticis, *Fd.*
 hepaticis, *E.* 30. utile est] *E.* utilē, *F.* utile, *d.*

scolopendram terrestrem vel marinam, item scorpiones, privatimque valet contra hominis morsum. radix contra increscentia ulcera recens potentissima, arida vero cicatricibus decorem adfert.

158 (56.) Item puleio est nepetaeque societas. decocta in 5
aqua ad tertias discutiunt frigora mulierumque menstruis pro-
sunt et aestate sedant calores. nepeta quoque vires contra ser-
pentes habet. fumum ex ea nidoremque fugiunt, qualia et sub-
sternere in metu eo dormituris utile est. tusa aegilopis inponitur
et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata 10
aceto inlinitur. succus eius instillatus naribus supinis profluvium
sanguinis sistit, item radix quae cum myrti semine in passo
tepedo gargarizata anginis medetur.

159 (57.) Cuminum est et silvestre, praetenue, quaternis aut
quinis foliis veluti serratis, sed ut sativo magnus usus, in sto- 15
machi praecipue remediis. discutit pituitas, inflationes tritum
et cum pane sumptum vel potum ex aqua vinoque, tormina
quoque et intestinorum dolores. verumtamen omne pallorem
160 gignit bibentibus. ita certe ferunt Porci Latronis clari inter
magistros dicendi adsectatores similitudinem coloris studiis con- 20
tracti imitatos et paulo ante Iulium Vindicem adsertorem illum
a Nerone libertatis captationi testamenti sic lenocinatum. na-
rium sanguinem pastillis inditum vel ex aceto recens sistit et
oculorum epiphoris per se inpositum, tumentibus cum melle
161 prodest. infantibus inponi in ventre satis est. morbo regio 25
in vino albo a balineis datur, 15. Aethiopicum maxime in posca
et in ligmate cum melle. Africano privatim urinae incontinen-
tiam cohiberi putant. sativum datur ad iocineris vitia tostum,
tritum in aceto, item ad vertiginem, is vero quos acrior urina
mordeat in dulci tritum, ad vulvarum vitia in vino, praeterque 30
inpositis vellere foliis, testium tumoribus tostum tritumque cum
162 melle aut cum rosaceo et cera. silvestre ad omnia eadem
efficacius, praeterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, sco-
lopendras. sistit et vomitionem nausiasque ex vino quantum
adprehenderit tres digiti. propter colum quoque bibitur in- 35
liniturque vel penicillis fervens, adprimitur fasciis. strangula-

1. 2. privatimve, C. 2. increscentis, Fd. 3. recens] om. Fd.
6. 7. prodest, C. 14. et] om. E. 20. 21. contra aucti, Fd. 22. captationi] Sillig coni. captatione, C. testamentis, Fd. 28. cohiberi] d. cohibere, r. 32. cera] d. cetera, r. 35. colum] d. celum, E. caelum, FG. quoque] codd. Gel. quemque, C. 36. penicillis] E. penicillus, d. penicillos, r. fasciis] codd. Gel. faciis, E. faceis, F. fateii, G.

tionem vulvae potum in vino aperit tribus drachmis in tribus cyathis vini. auribus instillatur ad sonitus atque tinnitus cum sebo vitulino vel melle. suggillatis influitur cum melle et uva passa et aceto, lentigini nigrae ex aceto.

(58.) Est cumino simillimum quod Graeci vocant ami. 163
quidam vero Aethiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates regium appellavit, videlicet quia efficacius Aegypto iudicavit. plerique alterius naturae in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. similis autem et huic usus. namque et panibus Alexandrinis subicitur et condimentis interponitur. 164
inflationes et tormina discutit, urinas et menstrua ciet, suggillata, oculorum epiphoras mitigat, cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus privatimque cerastarum cum pari portione myrrae. colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. suffitum cum uva passa aut resina vulvam purgat. tradunt facilius concipere eas quae odorentur id per coitum.

(59.) De cappari satis diximus inter peregrinos frutices. 165
non utendum transmarino, innocentius est Italicum. ferunt 13, 127
eos qui cotidie id edunt paralyti non periclitari nec lienis doloribus. radix eius vitiligines albas tollit, si trita in sole fricentur. splenicis prodest in vino potus radice cortex duabus drachmis, dempto balnearum usu, feruntque XXXV diebus per urinam et alvum totum lienem emitti. bibitur in lumborum doloribus ac paralyti. dentium dolores sedat tritum ex aceto semen vel decoctum vel manducata radix. infunditur et aurium 166
dolori decoctum oleo. ulcera quae phagedaenas vocant folia et radix recens cum melle sanant. sic et strumas discutit radix, parotidas vermiculosque cocta in aqua. iocineris doloribus tusa cum farina hordeacea inponitur. vesicae quoque malis medetur. dant et ad taenias in aceto et melle. oris exulcerationes in aceto decocta tollit. stomacho inutilem esse inter auctores 167
convenit.

(60.) Ligusticum — aliqui panaces vocant — stomacho 168
utile est, item convulsionibus, inflationibus. sunt qui et cunilam bubulam appellaverint, uti diximus, falso. 19, 165

2. ad] *E.* ut, *r.* 6. quidam — Hippo] *om.* *E.* esse] *F*². est, *r.* 7. appellant, *F.* appellat, *E.* qua, *FG.* 8. iudicabit, *F.* iudicabat, *G.* 10. subiicitur, *E.* subdicatur, *r.* 11. ciet] *E.* ceset, *r.* 13. in vino] vino, *E.* mino. *F*¹. 21. trita] *E.* tritricae, *G*¹. tritritae, *r.* 22. prodesse, *C.* potus] *d.* potu, *E.* potis, *F.* poticis. *G*¹. poitis, *G*². 24. emittit, *FG.* mitti, *E.* 26. semen vel] semen, *EF*¹. 29. doloribus — 30. vesicae] *om.* *E.* doloribus] *cod.* *Tol.* doloris, *FG.* 32. inutile, *C.*

- 169 16. (61.) Cunilae praeter sativam plura sunt in medicina genera. quae bubula appellatur semen pulei habet utile ad vulnera commanducatum inpositum, ut quinto post die solvatur. et contra serpentes in vino bibitur ac tritum plagae inponitur. vulnera ab his facta perfricant ** item testudines cum serpentibus pugnaturae, quidamque in hoc usu panaceam vocant. sedat et tumores et virilium mala sicca vel foliis tritis, in omni usu mire congruens vino.
- 170 (62.) Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Graecis origanum Heracleoticum. prodest oculis trita addito sale. tussim quoque emendat et iocinerum vitia, laterum dolores cum farre, oleo et aceto sorbitione temperata, praecipue vero serpentium morsus.
- 171 (63.) Tertium genus est eius quae a Graecis mascula, a nostris cunilago vocatur, odoris foedi, radicis lignosae, folio aspero. vires eius vehementissimas in omnibus generibus earum tradunt, manipulo quoque eius abiecto omnes e tota domo blattas convenire ad eam, privatim adversus scorpiones ex posca pollere, foliis tribus ex oleo peruncto homine fugari serpentes.
- 172 (64.) E contrario quae mollis vocatur, pilosioribus ramis et aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tactu eius cohaerentibus, altera turis, quam libanotida appellavimus. medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto, pulices etiam contritae cum aqua sparsae necant.
- 173 (65.) Sativa quoque suos usus habet. succus eius cum rosaceo auriculas iuvat, ipsa ad ictus bibitur. fit ex ea montana, serpyllo similis, efficax contra serpentes. urinam movet, purgat a partu mulieres. concoctionem mire adiuvat et aviditatem ad cibos utraque vel in cruditate ieiunis in potione aspersa. luxatis quoque utilis, contra vesparum et similes ictus, ex farina hordeacia et posca utilissima. libanotidis alia genera suis locis dicentur.
- 174 17. (66.) Piperitis, quam et siliquastrum appellavimus, 19, 187 contra morbos comitiales bibitur. Castor taliter demonstrabat:

3. impositumque, *E*. 5. perfricant] *cod. Tol.* perfrigent, *C*.
lac. significavit Sillig. 6. 7. sedant, *FG*. 12. farina, *E*. sorbitione]
d. sorbitionem, r. 15. linose, *F²G.* linose e, *F¹.* 15. 16. folia aspera, *FG*.
 16. generibus earum] *E*. his generibus ad earum, *r.* 17. ex tota,
d. e tuta, F²G. et ut, *F¹.* et a, *E*. 18. 19. tollere, *FG*. 21. digitis] a
 digitis, *FG*. 22. libanotida appellavimus] *Sillig.* libanotidam appella-
 verimus, *C*. 25. habent, *FG*. 29. utramque, *FG*. 30. utiles, *FG*.
 31. libanotides, *FG*. 33. peperiat, *F¹.* piperiat, *r.* 34. ta-
 liter] et aliter, *C*. demonstrabant, *FG*.

caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati et ructibus.

(67.) Origanum quod in sapore cunilae aemulatur, ut diximus, plura genera in medicina habet. onitin, alii prasion appellant non dissimile hysopo. privatim eius usus contra rosiones stomachi in tepida aqua et contra cruditates, araneos scorpionesque in vino albo, luxata et incussa in aceto et oleo et lana.

(68.) Tragoriganum similis est serpyllo silvestri. urinam ciet, tumores discutit, contra viscum potum viperaeque ictum efficacissimum, stomacho acida ructanti et praecordiis. tussientibus quoque cum melle datur et pleuriticis et peripleumonicis.

(69.) Heraclium quoque tria genera habet: nigrius latioribus foliis, glutinosum, alterum exilioribus, mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt. tertium inter haec medium est, minus quam cetera efficax. optimum autem Creticum, nam et iucunde olet, proximum Zmyrnaeum inodorius, Heracleoticum ad potum utilius, quod onitin vocant. communis autem usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, eo potu urinam ciere, ruptis, convolsis mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico aut cum hysopo acetabuli mensuris decoctum ad sextam, item ad scabiem, pruriginem, psoras in descensione balnearum. succus auribus infunditur cum lacte mulieris. tonsillis quoque et uvis medetur, capitis ulceribus. venena opi et gypsi extinguit decoctum, si cum cinere in vino bibatur. alvum mollit acetabuli mensura, suggillatis inlinitur, item dentium dolori, quibus et candorem facit, cum melle et nitro. sanguinem narium sistit. ad parotidas decoquitur cum hordeacia farina, ad arterias asperas cum galla et melle teritur, ad lienem folia cum melle et sale. crassiores pituitas et nigras extenuat coctum cum aceto et sale sumptum paulatim. regio

4. cunelae, *F.* cunaele, *G.* cunilam, *E.* 5. onitin ali] conitin phal-
lis, *G.* conipalis, *F*¹. coniphalis, *r.* 6. privatim] *E.* privatus, *F*². pri-
vatis, *r.* 7. aranea, *C.* 12. ruptati, *F*¹. ruptanti, *r.* 13. datur
et] *E.* datur, *r.* peripleumonicis] *cod.* *Tol.* peripleumeticis, *C.*
16. praesion, *FG.* tertium] *G.* tertium est, *r.* inter] *d.* in, *r.*
17. medium est] medium, *E.* autem] *om.* *E.* 18. inodorius] *Urlichs*
vind. 440. odorius, *E.* dorius, *r.* 19. otinin, *C.* 20. 21. aesuis dare eo
decoctum potui, *FG.* 21. ciere] *d.* vere, *FG.* vele, *E.* medere, *FG.*
23. ad] *om.* *C.* 24. discensione, *F*²*G.* discensiones, *F*¹. discessione,
E. 25. mulieris] *F*². mulieres, *F*¹*G.* *om.* *E.* tonsillis] *cod.* *Tol.*
toxillis, *C.* et uvis] fluviis, *E.* fluvis, *r.* 26. si cum] succum, *FG.*
in] *E.* et, *r.* 32. paulatium, *FG.*

morbo tritum cum oleo in nares infunditur. lassi perunguntur ex eo ita ut ne venter attingatur. epinyctidas cum pice sanat, furunculos aperit cum fico tosta, strumas cum oleo et aceto et farina hordeacia, lateris dolores cum fico inlitum, fluctiones sanguinis in genitalibus tusum ex aceto inlitum, reliquias pur- 5
gationum a partu.

181 (70.) Lepidium inter urentia intellegitur. sic et in facie cutem emendat exulcerando, ut tamen cera et rosaceo facile sanetur. sic et lepras et psoras tollit semper facile et cicatricum ulcera. tradunt in dolore dentium adalligatum brachio 10
qua doleat convertere dolorem.

182 (71.) Git ex Graecis alii melanthium, alii melaspermon vocant. optimum quam excitatissimi odoris et quam nigerrimum. medetur serpentium plagis et scorpionum. inlini ex aceto ac melle reperio incensoque serpentes fugari. bibitur 15

183 drachma una et contra araneos. destillationem narium discutit tusum in linteolo olefactum, capitis dolores inlitum ex aceto et infusum naribus, cum irino oculorum epiphoras et tumores, dentium dolores coctum cum aceto, ulcera oris tritum aut com- manducatum, item lepras et lentigines ex aceto, difficultates 20
spirandi addito nitro potum, duritias tumoresque veteres et sup-
purationes inlitum. lacte mulierum auget continuis diebus sum-
ptum. colligitur succus eius ut hyoscyami, similiterque largior
184 venenum est, quod miremur, cum semen gratissime panes etiam
condiat. oculos quoque purgat, urinam et menses ciet. quin 25
immo linteolo deligatis tantum granis XXX secundas trahi re-
perio. aiunt et clavis in pedibus mederi tritum in urina, culi-
ces suffitu necare, item muscas.

185 (72.) Et anesum adversus scorpiones ex vino habetur Py-
thagorae inter pauca laudatum sive crudum sive decoctum, item 30
viride aridumve omnibus quae condiuntur quaeque intinguntur
desideratum, panis etiam crustis inferioribus subditum. saccis
186 quoque additum cum amaris nucibus vina commendat. quin
ipsum oris halitum iucundiosem facit faetoremque tollit mandu-
catum matutinis cum zmyrnio et melle exiguo, mox vino col- 35
lutum. vultum iuniorem praestat. insomnia levat suspensum
in pulvino, ut dormientes olefaciant. adpetentiam ciborum prae-

2. ita ut] et, *E.* ne venter] neuter, *C.* 3. tosta] *d.* totas, *r.*
5. tusus, *FG.* 9. 10. ad cicatricem, *FG.* 17. olofactum, *FG.*
18. infusus, *FG.* 21. duritia, *FG.* 22. lacte] *E.* lactum, *F*¹. lactem,
r. 25. condit, *FG.* 26. diligatis, *FG.* 32. crustis, *FG.* sagis,
FG. 33. additum] *cod. Tol.* additur, *C.* maris, *FG.* 36. leva
eius pensum, *F.* laevatur pensum, *V.*

stat, quando id quoque inter artificia deliciae fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. ob has causas quidam anicetum id vocavere.

(73.) Laudatissimum est Creticum, proximum Aegyptium. 187
hoc ligustici vicem praestat in condimentis, dolores capitis le-
vat suffitum naribus. epiphoris oculorum Evenor radicem eius
tusam inponit, Iollas ipsum cum croco pari modo et vino, et
per se cum polenta ad magnas fluctiones extrahendisque si qua
in oculos inciderint. narium quoque carcinodes consumit in-
litum ex aqua. sedat anginas cum hysopo ac melle ex aceto 188
gargarizatum, auribus infunditur cum rosaceo, thoracis pituitas
purgat tostum, cum melle sumptum melius. cum acetabulo
anesi nuces amaras L purgatas tere in melle ad tussim. facil-
lime vero anesi drachmae tres, papaveris duae miscentur melle
ad fabae magnitudinem et ternae diebus sumuntur. praecipuum 189
autem est ad ructus. ideo stomachi inflationibus et intestino-
rum torminibus et coeliacis medetur. singultus et olfactum
potumque decoctum inhibet. foliis decoctis digerit cruditates.
sucus decocti cum apio olfactus sternumenta inhibet. potum
somnos concitat, calculos pellit, vomitiones cohibet et praecor-
diorum tumores, et pectorum vitiis, nervis quoque quibus suc-
cinctum est corpus utilissimum. prodest et capitis doloribus 190
instillari sucum cum oleo decocti. non aliud utilius ventri et
intestinis putant, ideo dysintericis et in tenesmos datur tostum.
aliqui addunt et opium, pilulis in die ternis lupini magnitu-
dine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores 191
suco usus est, semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum
menta, Evenor radicem et ad renes. Dalion herbarius partu-
rientibus ex eo cataplasma inposuit cum apio, item vulvarum
dolori, deditque bibendum cum aneto parturientibus. phrene-
ticis quoque inlinunt vel recens cum polenta, sic et infantibus
comitiale vitium, aut contractiones sentientibus. Pythagoras 192
quidem negat corripit vitio comitali in manu habentes, ideo
quam plurimum domi serendum, parere quoque facilius olfa-
clantis, et statim a partu dandum potui polenta aspersa. Sosi-
menes contra omnes duritias ex aceto usus est eo et contra
lassitudines in oleo decoquens addito nitro. semine eius potio
lassitudinis auxilium viatoribus spopondit. Heraclides ad infla- 193

2. desit, *FV*. 5. capitis] *om. FV*. 6. Evenor] *Pint. eveneror, EF. evenenor, V¹. et venena, V²*. 7. 8. et per] et cum per, *C*. 9. cardines, *FV*. 9. 10. illitum, *E*. in litem, *F*. inlia, *V¹*. illia, *V²*. 13. annisi, *C*. terere, *FV*. 15. ternis, *E*. 20. somnos] *d. somnus, r*. 28. et] *om. E*. 32. confractiones, *FV*. 33. negat] *om. EF*.

- tiones stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit, similiter ad ventris aut intestinorum inflationes et orthopnoicis quod ternis digitis prenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino. multi vomituris acetabula eius et folia lauri decem trita in aqua bibenda inter cenam suadent. 5
- 194 strangulatus vulvae, si manducetur et linatur calidum vel si bibatur cum castoreo in aceto et melle, sedat. vertigines a partu cum semine cucumeris et lini pari mensura ternum digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ad quartanas ternis digitis seminis anesi et feniculi usus est in aceto et mellis cyatho 10
- 195 uno. lenit articularis morbos, cum amaris nucibus inlitum. sunt qui et aspidum venenis adversari naturam eius putent. urinam ciet, sitim cohibet, venerem stimulat, cum vino sudorem leniter praestat, vestes quoque a tineis defendit. efficacius semper recens et quo nigrius, stomacho tamen inutile est praeterquam inflato.
- 196 18. (74.) Anetum quoque ructus movet et tormina sedat, alvum sistit. epiphoris radices inlinuntur ex aqua vel vino. singultus cohibet semen fervens olfactu. sumptum ex aqua sedat cruditatis. cinis eius uvam in faucibus levat, oculos et 2 genituram hebetat.
- 197 (75.) Sacopenium quod apud nos gignitur in totum transmarino alienatur. illud enim hammoniacci lacrimae simile sagapemon vocatur. prodest laterum et pectoris doloribus, convulsis, tussibus vetustis excreationibusque, praecordiorum tumoribus. sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienis, lumbos, perfrictiones. datur olfactandum ex aceto in strangulatu vulvae. ceteris et potui datur et cum oleo infricatur. prodest et contra mala medicamenta.
- 198 (76.) Papaveris sativi tria diximus genera, et sponte nascentis alia promisimus. e sativis albi calix ipse teritur et e vino bibitur somni causa. semen elephantiasi medetur. e nigro papavere sopor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, cum turgescit, ut Iollas, cum deflorescit, hora sereni diei tertia, hoc est cum ros in eo exaruerit. incidi iubent sub capite et calice,
- 199 nec in alio genere ipsum inciditur caput. succus et hic et herbae cuiuscumque lana excipitur aut, si exiguus est, ungue pollicis, ut lactucis, et postero die magis quod inaruit. papaveris vero largus densatur et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi

15. inutile est] *E.* inutilem, *r.* 19. semen] *E.* et semen, *r.*
 22. toto, *FV.* 30. tria] *V.* ita, *F.* om. *E.* 34. ut] *E.* vit. *F.* urt,
V. tertia] *V*². om. *r.* 39. siccatur] om. *FV.* vi] om. *EF.*

soporifera modo, verum, si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos, opium vocant. sic scimus interemptum P. Licini Caecinae praetori viri patrem in Hispania Bavili, cum valetudo inpetibilis odium vitae fecisset, item plerosque alios. qua de 200
 5 causa magna concertatio extitit. Diagoras et Erasistratus in totum damnare ut mortiferum, infundi vetantes praeterea, quoniam visui noceret. addidit Andreas ideo non protinus excaecari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae. sed postea usus eius non improbatus est medicamento nobili quod *διὰ κωδύων*
 0 vocant. semine quoque eius trito in pastillos e lacte utuntur 201 ad somnum, item ad capitis dolores cum rosaceo, cum hoc et aurium dolori instillatum. podagris inlinitur cum lacte mulierum, — sic et foliis ipsis utuntur — item ad ignes sacros et vulnera ex aceto. ego tamen damnaverim collyris addi, multo
 5 toque magis quas vocant *ληξιπυρέτους* quasque *πεπτικὰς* et *κοιλιακάς*. nigrum tamen coeliacis in vino datur. sativum 202 omne maius. rotunda ei capita, at silvestri longa ac pusilla, set ad omnes effectus valentiora. decoquitur et bibitur contra vigilias, eademque aqua fovent ora. optimum in siccis et ubi
 0 raro pluat. cum capita ipsa et folia decocuntur, succus meconium vocatur multum opio ignavior. Experimentum opi est 203 primum in odore — sincerum enim perpeti non est — mox in lucernis, ut pura luceat flamma et ut extincto demum oleat, quae in fucato non eveniunt. accenditur quoque difficilius et
 5 crebro extinguitur. est sinceri experimentum et in aqua, quoniam ut nubecula innatat, fictum in pusulas coit. sed maxime mirum est aestivo sole deprehendi. sincerum enim sudat et se diluit donec suco recenti simile fiat. Mnesides optime servari putat hyoscyami semine adiecto, alii in faba.
 0 19. (77.) Inter sativa et silvestria medium genus, quoniam 204 in arvis sed sponte nasceretur, rhoeam vocavimus et erraticum. 19, 169 quidam id decerptum protinus cum toto calice mandunt. alvum

2. P.] *F.* post, *r.* 5. concertatio] *E.* concentrauro, *r.* diagoras] *d.* diagora, *EV.* diagor, *F.* et] *om.* *C.* 7. addidit] *E.* andidit, *F.* ra//didit, *V.* 9. improbatus] *E.* ut probatus, *r.* diacodion, *Barb.* dacydion, *F.* acydion, *r.* 10. pastillo, *C.* e lacte] *E.* electe, *V.* electo, *F.* utantur, *FV.* 11. hoc et] *codd.* *Gel.* haec, *C.* 12. instillatur, *E.* 15. vocant] *om.* *FV.* peticas, *C.* 17. ei] *Gronovius.* et, *C.* at] *ac,* *FV.* ac] *at,* *E.* 18. set] *et,* *E.* 20. 21. meconium] *me-* notium, *E.* De meconio, *V.* De mochonio, *F¹.* de moconio, *F².* 21. opinio, *FV.* 25. sincere, *FV.* 26. ut nubecula, *F.* in nubila, *E.* 28. recentis, *FV.* 30. et] *est,* *FV.* 31. rhiam, *C.* erraticum] *Barb.* empraticum, *C.* 32. id] *ad,* *FV.*

exinanit. capita quinque decocta in vini tribus heminis pota et somnum faciunt.

- 205 (78.) Silvestrium unum genus ceratitim vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, calyculo inflexo ut corniculo. folia minora et tenuiora quam ceteris silvestribus. 5
 206 semen exile tempestivum est messibus, alvum purgat dimidio acetabulo in mulso. folia trita cum oleo argema iumentorum sanant. radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias datur ad lumborum vitia et iocineris. carbunculis medentur ex melle folia. quidam hoc genus glaucion vocant, 10
 207 alii paralium. nascitur enim in adflatu maris aut nitroso loco. (79.) Alterum e silvestribus genus heraclium vocatur, ab aliis aphron, foliis, si procul intuearis, speciem passerum praebentibus, radice in summa terrae cute, semine spumoso. ex hoc lina splendorem trahunt. aestate tunditur in pila comitia- 15
 208 libus morbis acetabuli mensura in vino albo, vomitionem enim facit, medicamento quod *διὰ κωδύων* et arteriace vocatur utilissimum. fit autem huius papaveris aut cuiuscumque silvestris capitibus CXX in aquae caelestis sextariis tribus biduo maceratis in eademque discoctis, deinde siccato iterumque cum melle 20
 209 decocto ad dimidias partes vapore tenui. addidere postea drachmas senas croci, hypocisthidis, turis, acaciae et passi Cretici sextarium, haec ostentatione; simplex quidem et antiqua illa salubritas papavere et melle constat.
- 209 (80.) Tertium genus est tithymalon — mecona vocant, 25 alii paralion — folio lini, flore albo, capite magnitudinis fabae. colligitur uva florente, siccatur in umbra. semen potum purgat alvum dimidio acetabulo in mulso. cuiuscumque autem papaveris caput viride vel siccum inlitum epiphoras oculorum lenit. opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum 30
 210 ictibus resistit. aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur.

210 20. (81.) Est et porcillaca quam peplin vocant, non mul-

3. ceraticum, *E.* 5. corniculo] *Sillig.* cornicula, *C.* 7. in mulso] bi mulso, *F.* bi. mulso, *V.* 11. pharalium, *V.* pharalii, *F.* far alium, *E.* 12. e] *codd.* *Gel.* est, *C.* vocantur, *F.* vocant, *V.* 13. aphro, *FV.* 13. 14. praesentibus, *F.* prae senibus, *V* *erasis septem fere litteris.* 15. *dist.* *Urlichs vind.* 441. 16. mensura] semine, *C.* 17. dacodyon, *V.* dagodion, *F.* damgodion, *E.* asteriace, *EF.* 19. aqua, *F.* caelesti, *V.* 20. iterum, *FV.* 21. 22. postea drachmas] postea draemis, *V.* dragmis postea, *EF.* dragmis postea dragmis, *F.* 23. sextario, *V.* sexterio, *F.* 25. est] *om.* *EF.* tiethymalon, *V.* tiethimalon, *F.* et himalon, *E.* 26. paralion] asthalion, *V.* arthalion, *r.* flore] *Urlichs vind.* 442. folio, *FV.* *om.* *E.* 29. oculum, *FV.* 33. peplin] *cod.* *Tol.* pephlin, *E.* pepilin, *r.*

tum sativa efficacior, cuius memorabiles usus traduntur: sagittarum venena et serpentium haemorrhoidum et presterum restingui pro cibo sumpta et plagis inposita extrahi, item hyoscyami pota e passo expresso succo. cum ipsa non est, semen eius
 5 simili effectu prodest. resistit et aquarum vitiiis, capitis dolori ulceribusque in vino tusa et inposita, reliqua ulcera comman-
 ducata cum melle sanat. sic et infantium cerebro inponitur 211
 umbilicoque prociduo, in epiphoris vero omnium fronti tempo-
 ribusque cum polenta, sed ipsis oculis e lacte et melle, eadem,
 10 si procidant oculi, foliis tritis cum corticibus fabae, pusulis cum polenta et sale et aceto. ulcera oris tumoremque gingi-
 varum commanducata cruda sedat, item dentium dolores, ton-
 sillarum ulcera succus decoctae. quidam adiecere paulum murræ. 212
 nam mobiles dentes stabilit commanducata. cruda sedat vocem-
 15 que firmat et sitim arcet. cervicis dolores cum galla et lini semine et melle pari mensura sedat, mammarum vitia cum melle aut Cimolia creta, salutaris et suspiriosis semine cum melle hausto. stomachum in acetariis sumpta corroborat. ardenti 213
 febribus inponitur cum polenta, et alias manducata refrigerat
 20 etiam intestina. vomitiones sistit. dysinteriae et vomitis estur ex aceto vel bibitur cum cumino, tenesmis autem cocta. comitialibus cibo vel potu prodest, purgationibus mulierum acetabuli mensura in sapa, podagris calidis cum sale inlita et sacro igni. succus eius potus renes iuvat ac vesicas, ventris animalia 214
 25 pellit. ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta inponitur. nervorum duritias emollit. Metrodorus, qui ἐπιτομὴν διζοτομουμένων scripsit, purgationibus a partu dandam censuit. venerem inhibet venerisque somnia. praetori viri pater est, 215
 Hispaniae princeps, quem scio propter impetibiles uvae morbos
 30 radicem eius filo suspensam e collo gerere praeterquam in balineis, ita liberatum incommodo omni. quin etiam inveni apud auctores caput inlitum ea destillationem anno toto non sentire. oculos tamen hebetare putatur.

(82.) Coriandrum inter silvestria non invenitur. praeci- 216
 35 puum esse constat Aegyptium. valet contra serpentium genus unum quod *amphisbaenas* vocant potum inpositumque. sanat

2. presterum] *Barb.* presigrum, *V.* praesigrum, *F.* presigarum, *E.*
 4. pota e] *E.* pote e, *V.* pote. *F.* semine, *C.* 10. procidant] *codd*
Hard. procedens, *E.* procedant, *r.* oculi] *cod.* *Tol.* oculis, *C.*
 pusullis, *V.* pusillis, *r.* 11. ulcera] *d.* ut ulcera, *E.* ut cera, *r.*
 20. estur] detur, *E.* 28. praestori, *FV.* 29. impatibiles, *EV.*
 31. omnia, *FV.* 32. sentiri, *FV.* 35. constat] constat statim, *C.*
 36. amfis (*amsis*, *E.*) venas, *C.*

- et alia vulnera, epinyctidas, pusulas tritum, sic et omnes tumores collectionesque cum melle aut uva passa, panos vero ex aceto tritum. seminis grana tria in tertianis devorari iubent aliqui
 217 ante accessionem, vel plura inlini fronti. sunt qui et ante solis ortum cervicalibus subici efficaciter putent. vis magna ad re- 5
 frigerandos ardores viridi. ulcera quoque quae serpunt sanat cum melle vel uva passa, item testes, ambusta, carbunculos, aures, cum lacte mulieris epiphoras oculorum, ventris et intestinorum fluctiones semen ex aqua potum. bibitur et in choleris
 218 cum ruta. pellit animalia interaneorum, cum mali punici suco 10 et oleo semen potum. Xenocrates tradit rem miram, si vera est, menstrua contineri uno die, si unum granum biberint feminae, biduo, si duo, et totidem diebus quod grana sumpserint, M. Varro coriandro subtrito et cumino acetoque carnem omnem incorruptam aestate servari putat. 15
- 219 (83.) Atriplex et silvestre est, accusatum Pythagorae tamquam faceret hydropicos morbosque regios et pallorem, concoqueretur difficillime, ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam nisi languidum culpavit. addidere Dionysius et Diocles plurimos gigni ex eo morbos, nec nisi mutata saepe aqua co- 20
 quendum, stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gignere. miror quare difficulter in Italia nasci tradiderit id Solon Smyrnaeus. Hippocrates vulvarum vitiis infundit id cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit, panos, furunculos incipientis, duritias omnis vel cocto vel crudo utiliter 25
 220 inlini putavit, item ignem sacrum cum melle, aceto, nitro, similiter podagras. unguis scabros detrahare dicitur sine ulcere. sunt qui et morbo regio dent semen eius cum melle, arterias et tonsillas nitro addito perfricent, alvum moveant, cocto vel per se vel cum malva aut lenticula, concitantes vomitiones. 30
 221 silvestri capillos tingunt et ad supra scripta utuntur.
- 222 21. (84.) E contrario in magnis laudibus malva est utraque et sativa et silvestris. duo genera earum amplitudine folii discernuntur. maiorem Graeci *malopen* vocant in sativis, alte-

4. antea, *FV.* 5. ad] *om. C.* 8. et] *om. FV.* 9. et] *at, F.*
 at et, *V.* 13. si duo] *QE. om. r.* 14. et cumino (*comino, Q*) acetoque] *Qd. cum acetoque, E. et cum (cum in, V) aceto quae, r.*
 omnem] *Q. cod. Tol. om. C.* 16. est accusatum] et accusatum (*acusatom, F¹ C.* est et sativum accusatum, *codd. det.* Pythagorae] *Urlichs vind. 442. ypitagora, E. ipytagina, F. pytagma, V. phytagora, d.*
 17. 18. concoqueretur] *codd. Hard. conqueretur, C.* 18. iuste, *C.* 20. nec] *nunc, FV.* mutata, *FV.* 23. smyrneus, *E. myrneus, r.*
 26. nitro] *Q. nigro, C.* 27. podagris, *FV.* 31. ad] *om. FV.*
 34. discernuntur, *FV.* malopen] *. . GIEN, Q. lopen, V. lopem, r.*

ram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. at e sil-
 vestribus, cui grande folium et radices albae, althaea vocatur,
 ab excellentia effectus a quibusdam plistolochia. omne solum 223
 in quo seruntur pinguius faciunt, contra omnis aculeatos ictus
 5 efficaces, praecipue scorpionum, vesparum similiumque et muris
 aranei. quin et trita cum oleo qualibet earum peruncti ante
 vel habentes eas non feriuntur. folium inpositum scorpionibus
 torporem adfert. valent et contra psimithi venena. aculeos
 omnes extrahunt inlitae crudae cum *aphronitro*, potae vero de-
 10 coctae cum radice sua leporis marini venenum restingunt, ut
 quidam dicunt, si vomatur. De iisdem mira et alia traduntur, 224
 sed maxime, si quis cotidie suci ex qualibet earum sorbeat cya-
 thum dimidium, omnibus morbis cariturum. ulcera manantia
 in capite sanant in urina putrefactae, lichenas et ulcera oris
 15 cum melle, radix decocta furfures capitis et dentium mobilitatem.
 eius quae unum caulem habet radice circa dentem qui doleat
 pungunt, donec desinat dolor. eadem strumas et parotidas, 225
 panos addita hominis saliva purgat citra vulnus. semen in vino
 nigro potum pituita et nauseis liberat. radix mammaram vitiis
 20 occurrit adalligata in lana nigra, tussim in lacte cocta et sor-
 bitionis modo sumpta quin diebus emendat. stomacho inutilis 226
 Sextius Niger dicit, Olympias Thebana abortivas esse cum adipe
 anseris, aliqui purgari feminas foliis earum manus plenae men-
 sura in oleo et vino sumptis. utique constat parturientis foliis
 25 substratis celerius solvi. protinus a partu revocandum, ne vulva
 sequatur. dant et sucum bibendum parturientibus ieiunis in 227
 vino decoctae hemina. quin et semen adalligant brachio geni-
 tale non continentium. adeoque veneri nascuntur, ut semen
 unicaulis adpersum curationi feminarum aviditates augere *ad*
 30 infinitum Xenocrates tradat, itemque tres radices iuxta adalli-
 gatas. tenesmo, dysintericis utilissime infundi, item sedis vitiis,
 vel si foveantur. melancholicis quoque succus datur cyathis ternis

1. emolliendo, *F.* . . . liendum, *Q.* ventre] *QE.* ventrem, *r.*
 malacen, *V.* malace, *Q.* malecen, *r.* at e] *Q.* ae, *FV.* e, *E.* 2. cui]
E. quo, *Q.* qui, *r.* 3. a] *Q.* om. *C.* plistolochia, *Q.* plitolicia, *C.*
 4. seruntur] *Q.* serantur, *C.* pinguius] *E.* pinguis, *QV.* pinquis,
F. contra] *Q.* incontra, *C.* 5. efficaces] efficacior vis, *E.* 8. psi-
 mithi] *Pint.* psimiti, *Q.* phsitim, *V.* phystim, *r.* 9. afronitro, *Q.* anitro,
FV. nitro, *E.* 10. sua] *E.* suco, *r.* restingunt ut] *Sillig.* restringun-
 tur, *E.* restringitur, *F.* restringuntur, *V.* 15. mobilitatem] *Q.* mobili-
 tates, *C.* 17. pungunt] *Q.* pungit, *C.* dolor] *E.* dolore, *Qr.* 18.
 purgat] *E.* pungit, *V.* pungunt, *F.* 19. et] *V.* ex, *r.* 20. 21. sorbitiones,
FV. 25. revocandam, *QV.* 28. veneri, *C.* ut] *d.* et, *r.* 29.
 curationi] *Ianus.* carationis, *F.* curationis, *r.* augere ad] augeri et, *C.*
 30. tradit, *FV.* 31. tenesmos, *FV.* tenesmos sint, *E.*

tepidus, et insanientibus quaternis, decoctae comitialibus heminae
 228 suci. hic et calculosis et inflatione et torminibus aut opistho-
 tonico laborantibus tepidus inlinitur. et sacris ignibus et am-
 bustis decocta in oleum folia inponuntur, et ad vulnerum im-
 petus cruda cum pane. succus decoctae nervis prodest et vesicae 5
 et intestinorum rosionibus. vulvas et cibo et infusione emollit
 229 oleum, succus decoctae permeatus suavis facit. Althaeae in om-
 nibus supra dictis efficacior radix, praecipue convulsis ruptisque.
 cocta in aqua alvum sistit. ex vino albo strumas et parotidas,
 et mammarum inflammationes et panos in vino folia decocta 10
 et inlita tollunt. eadem arida in lacte decocta quamlibet per-
 230 niciosae tussi citissime medentur. Hippocrates vulneratis sitien-
 tibusque defectu sanguinis radice decoctae succum bibendum
 dedit, et ipsam vulneribus cum melle et resina, item contusis,
 luxatis, tumentibus; et musculis, nervis, articulis inposuit ut 15
 supra, spasticis, dysintericis in vino bibendam dedit. mirum
 aquam radice ea addita addensari sub diu atque glaciescere.
 efficacior autem quo recentior.
 231 (85.) Nec lapathum dissimilis effectus habet. est autem
 et silvestre, quod alii oxalida appellant, sapore sativo proximum, 20
 foliis acutis, colore betae candidae, radice minima, nostri vero
 rumicem, alii lapathum canterinum, ad strumas cum axungia
 efficacissimum. est et alterum genus — fere oxylapathum vo-
 cant — sativo id similis et acutiore folio ac rubriore, non
 nisi in palustribus nascens. sunt qui et hydrolapathum tradant 25
 in aqua natum et aliud hippolapathum maius sativo candidius-
 232 que ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur et fe-
 riri prohibent habentes. radix aceto decocta, si coluatur succus,
 dentibus auxiliatur, si vero bibatur, morbo regio. semen sto-
 machi inextricabilia vitia sanat. hippolapathi radiæ privatim 30
 233 ungues scabros detrahit. dysintericos semen duabus drachmis
 in vino potum liberat. oxylapathi semen lotum in aqua caelesti

1. quaternis] *om. E.* 2. his, *E.* 3. 4. ambusta, *C.* 7. suaves,
E. suvius, F¹. suavius, r. 12. tussi citissime] *tusa citissime, d. tu-*
tissime, r. medentur] *dentur, FV.* 16. bibendam] *Q. bibendum, C.*
 17. glaciescere] *Q. clactescere, F. lactescere, r.* 20. oxallida, *Q.*
osea alli id, E. CXVII. id, r. sativo] *Sillig coni. sativū, Q. om. C.*
 23. *dist. Ianus.* 24. sativum, *Q.* id] *ego. om. Q. idem, E.*
item, r. acutiore] *Q. acutiora, C.* folio] *Sillig coni. folia, C.*
rubriora, E. rudiore, Q. 25. sunt qui] *d. qui sunt, r.* et] *Q. om.*
C. 26. alium, *FV.* 27. 28. feriri] *Q. ferire, C.* 28. coluatur] *d. co-*
letur, V. colatur, r. 30. radix] *ego. radices, C.* 31. scabrose, *FV.*
 32. potum] *QE. optimum, r.*

sanguinem reicientibus adiecta acacia lentis magnitudine prodest. praestantissimos pastillos faciunt ex foliis et radice addito nitro et ture exiguo. in usu aceto diluunt.

(86.) Sed sativom in epiphoris oculorum inlinunt fron- 234

5 tibus. radice lichenas et lepras curant, in vino vero decocta strumas et parotidas et calculos, potio vino et lienes inlita, coeliacos aequae et dysintericos et tenesmos. ad eademque omnia efficacius ius lapathi, et ructus facit et urinam ciet et caliginem oculorum discutit, item pruritus corporis in solia balnearum additum aut prius ipsum inlitum sine oleo. firmat et com- 235 manducata radix dentes. eadem decocta cum vino sistit alvum, folia solvunt. Adiecit Solo, ne quid omittamus, bulapathum, radice tantum altitudine differens et erga dysintericos effectu potae ex vino.

22. (87.) Sinapi, cuius in sativis tria genera diximus, Py- 236

thagoras principatum habere ex his quorum sublime vis feratur 19 171

iudicavit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum penetret. ad serpentium ictus et scorpionum tritum cum aceto inlinitur. fungorum venena discutit. contra pituitam tenetur in

20 ore, donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. ad 237

dentium dolores manditur, ad uvam gargarizatur cum aceto et melle, stomacho utilissimum contra omnia vitia, pulmonibus excreationes faciles facit in cibo sumptum, et suspiriosis datur, item comitialibus taedis cum succo cucumerum. sensus atque

25 sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua et urinam ciet. et hydropicis inponitur cum fico et cumino tusum ternis partibus. comitali morbo aut vulvarum conversione suffocatas 238

excitat odore aceto mixto, item lethargicos, adicitur tordylon — est autem hoc semen ex seseli — et si vehementior lethar-

30 gus premat, cruribus aut etiam capiti inlinitur cum fico ex aceto. veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, umerorum et in quacumque parte ex alto corporis vitia extrahenda sunt inlitum caustica vi emendat pusulas faciendo, at in magna duritia

1. adiecta acacia] *d.* iecta acacia, *E.* aiecta acia, *r.* prodest] *om.* *FV.* 3. ture exiguo] *Cornarius.* iure exiguo, *d.* iure (iure, *F.* iur, *V*) enguo, *r.* 5. radici, *FV.* radice eius, *Q.* 6. pota, *E.* *dist.* Ianus. 7. ad] et, *F.* ex, *r.* 8. ciet et] *E.* ciet, *r.* 12. ne quid] *codd.* *det.* neque ut, *C.* 14. potae] *Gronov.* pota, *C.* 24. taediis, *Gron.* tedis, *C.* 26. ydropicis, *Q.* hydropici, *C.* 27. suffocatas] *codd.* *Gel.* suffocatos, *C.* exanimes, *Q.* 28. odore] *codd.* *Gel.* o dolore, *Q.* odoris, *F¹.* odores, *r.* tordilon, *F.* topaion, *Q.* 29. ex seseli] *esseli*, *Q.* exesse, *F¹.* ex sese, *r.* et si] *E.* si, *Q.* et sive, *r.* 29. 30. lethargus] *Sillig.* i et largus, *Q.* lethargicos, *C.* 33. at in] *E.* ad in, *Q.* ad, *r.*

sine fico inpositum aut, si vehementior ustio timeatur, per du-
 239 plices pannos. utuntur eo ad alopecias cum rubrica, psoras,
 lepras, phthiriasis, tetanicos, opisthotonicos. inungunt quoque
 scabras genas aut caligantes oculos cum melle, sucusque tribus
 modis exprimitur in fictili, calescitque in eo sole modice. exit 5
 et e cauliculo sucus lacteus, qui ita, cum induruit, dentium do-
 240 lori medetur. semen ac radix, cum inmaduere musto, conte-
 runtur manusque plenae mensura sorbentur ad confirmandas
 fauces, stomachum, oculos, caput sensusque omnes, mulierum
 etiam lassitudines, saluberrimae genere medicinae. calculos quo- 10
 que discutit potum in aceto. inlinitur et livoribus suggillatis-
 que cum melle et adipe anserino aut cera Cypria. fit et oleum
 ex eo semine madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad
 nervorum rigores lumborumque et coxendicum et perfrictiones.
 241 (88.) Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur 15
 16, 167 adarca inter silvestria dicta, in cortice calamorum sub ipsa
 coma nascens.

(89.) Marrubium plerique inter primas herbas commenda-
 vere, quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli
 philopaeda aut philochares, notius quam ut indicandum sit. huius 20
 folia semenque contrita prosunt contra serpentis, pectorum et
 lateris dolores, tussim veterem, et iis qui sanguinem reiecerint
 eximie utile, scopis eius cum panico aqua decoctis ut asperitas
 242 suci mitigetur. inponitur strumis cum adipe. sunt qui viride
 semen, quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo de- 25
 coctum addito exiguo olei et salis sorberi ieiunis ad tussim iu-
 beant. alii nihil comparant in eadem causa marrubi et feniculi
 sucis ad sextarios ternos expressis decoctisque ad sextarios duos,
 tum addito mellis sextario, rursus decocto ad sextarios duos, si
 243 cocleari mensura in die sorbeatur in aquae cyatho. virilium 30
 vitiis tusum cum melle mire prodest. lichenas purgat ex aceto,
 ruptis, convolsis, spasticis, nervis salutare. potum alvum solvit
 cum sale et aceto, item menstrua et secundas mulierum. arida
 farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est, item ad

1. aut] *Q.* vel, *E.* ut, *r.* 2. eo] *Q.* om. *C.* 3. tetanicos] *Cor-*
narius. latinioos, *F.* litanicos, *r.* 4. caligantes] cum gallica inter, *E.*
 cum gallicam ter, *r.* sucoque, *FV.* 6. e] *E.* om. *r.* lactens, *FV.*
 qui] *E.*(?). eiuce vi, *r.* duruit, *F.* 7. inmadueri, *F.* inmaduerit,
V. 11. inlinitum, *C.* 13 oleo] ulco, *FV.* 15. nature, *F.* naturae,
r. habere auditur, *EFV.* traditur habere, *d.* 16. atarca, *Q.* adarcam,
C. silvestria dicta] *Q.* silvas tacta, *C.* 19. parsion, *EF.* pa//sion,
V. iippaconium, *Q.* 20. philopheda, *FV.* . . . padam, *Q.* 24. viri-
 de] *Urlichs vind.* 445. viridem, *Q.* viridis, *C.* 25. capiat, *FV.*

gangraenas et pterygia. succus vero auriculis et naribus et morbo regio minuendaeque bili cum melle prodest, item contra venena inter pauca potens. ipsa herba stomachum et excreationis pectoris purgat cum iride et melle, urinam ciet, cavenda tamen exulceratae vesicae et renium vitis. dicitur succus et claritatem oculorum adiuvere. Castor marrubi duo genera tradit, nigrum et quod magis probat candidum. in ovum inane succum addit is ipsumque ovum infundit, mel aequis portionibus, tepefactum vomicas rumpere, purgare, persanare promittens, inlitis etiam vulneribus a cane factis tuso cum axungia vetere.

(90.) Serpyllum a serpendo putant dictum, quod in silvestri evenit, in petris maxime; nam sativom non serpit, sed ad palmum altitudine increscit. pinguius voluntarium et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentes efficax, maxime cenchrin et scolopendras terrestres ac marinas et scorpiones, decoctis ex vino ramis foliisque. fugat et odore omnis, si uratur, et contra marinorum venena praecipue valet. capitis doloribus decoctum in aceto inlinitur temporibus ac fronti cum rosaceo, item phreneticis, lethargicis, contra tormina et urinae difficultates, anginas, vomitiones. drachmis quattuor ex aqua bibitur ad iocinerum desiderium. folia obolis quattuor dantur ad lienem ex aceto. ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti et mellis.

(91.) Sisymbrium silvestre quibusdam thymbraeum appellatum, pedali non amplius altitudine. quod in riguis nascitur simile nasturtio est, utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones et similia, quod in sicco odoratum est et inseritur coronis, angustiore folio. sedant utraque capitis dolorem, item epiphoras, ut Philinus tradit. alii panem addunt, alii per se decocunt in vino. sanat et epinyctidas cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus inpositum diebusque detractum. vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet, sive in cibo sumptum sive suco potum. non edendum gravidis nisi mortuo conceptu, quippe etiam inpositum eicit. movet urinam cum vino potum, silvestre vero et calculos. quos vigilare opus sit excitat infusum capiti cum aceto.

(92.) Lini semen cum aliis quidem in usu est, sed et per

1. cancrianas, *F.* cancrianas, *r.* 4. cavendo, *FV.* 7. inanem, *FV.* 8. mell, *F.* melle, *E.* 10. tusam, *FV.* 12. nam] *Q. om.*
C. 15. cencharim, *C.* 16. odorem, *QFV.* 16. 17. uratur] *Q. uretur, C.*
 20. *dist. ego.* 25. plus, *FV.* 29. plinius, *C.* 32. dractum, *FV.*
 35. vero] *Q. om. C.* 36. calculos] *Q. calchos, C.* 37. sed] *Q. om. C.*

- se mulierum cutis vitia emendat in facie, oculorum aciem suco
adiuvat. epiphoras cum ture et aqua aut cum murra ac vino
sedat, parotidas cum melle aut adipe aut cera, stomachi solu-
tiones inspersum polentae modo, anginas in aqua et oleo de-
250 coctum et cum aneso inlitum. torretur, ut alvum sistat. coe-
liacis et dysintericis inponitur ex aceto. ad iocineris dolores
estur cum uva passa, ad pbthisim utilissime e semine fiunt ec-
ligmata. musculorum, nervorum, articularum, cervicium duritias,
cerebri membranas mitigat farina seminis nitro aut sale aut
cinere additis. eadem cum fico *parotidem* concoquit ac matu-
rat, cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quaecumque
251 corpori inhaereant, sic et fracta ossa. serpere ulcus in vino
decocta prohibet, eruptiones pituitae cum melle. emendat un-
gues scabros cum pari modo nasturti, testium vitia et ramices
cum resina et murra et gangraenas ex aqua, stomachi dolores
cum feno Graeco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa, in-
testinorum, thoracis pernicioosa vitia clystere in oleo aut melle.
252 (93.) Blitum iners videtur ac sine sapore aut acrimonia
ulla, unde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti.
stomacho inutile est. ventrem adeo turbat ut choleram faciat
aliquis. dicitur tamen adversus scorpiones potum e vino prod-
esse, clavis pedum inlini, item lienibus et temporum dolori ex
oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.
253 23. (94.) Meum in Italia non nisi a medicis seritur et his
admodum paucis. duo genera eius: nobilius Athamanticum vel
Athamanicum vocant, illi tamquam ab Athamante inventum, hi
quoniam laudatissimum in Athamania reperiatur, foliis aneso si-
mile et caule aliquando bipedali, radicibus multis obliquis ni-
gris, quibusdam et altis, minus rufum quam illud alterum. uri-
nam ciet in aqua potum radice trita vel decocta. inflationes
stomachi mire discutit, item tormina et vesicae vitia, vulvarum-

2. myrrha, *V*(?). myrta, *F*. mu . . ta, *Q*. misto, *E*. 3. parotidas]
d. paroidas, *r*. 4. polenta, *FV*. anguinae, *C*. 5. torreretur. aut
cum murt . . . ulbum sistat, *Q*. 7. utilissime e] *codd*. *Gel*. utilissimae,
V. utilissime, *r*. 10. parotidem] *Ianus*. et idem, *C*. 12. et fracta]
effracta, *FV*. 13. eruptiones] *d*. veruitions, *F*. eruitions, *r*. emen-
dant, *FV*. 18. ac] *V*. hac, *Q*. aut, *r*. 20. inutile est] inutilem, *C*.
cholera, *FV*. ulcera, *Q*. 21. dicetur, *FV*. 24. meum] *C*. Miliun,
Q. 25. adamanticum, *C*. adamant. hic cum, *Q*. 25. 26. vel Athamanicum]
Urlichs vind. 444. velata manichum, *Q*. *om*. *C*. 27. Athamania] *Ur-*
lichs l. l. athamanta, *QF*. athamante, *r*. 28. obliquis] *V*. olivis, *Q*.
obolis, *E*. oblis, *F*. 29. et] *Q*. *om*. *C*. albis, *Q*. illud] *Q*. illum,
C. 29. 30. murinam, *C*. 30. ciet] *Ianus*. et, *C*. qua, *FV*. pota,
F²V. *om*. *F¹*.

que articulis cum melle, infantibus cum apio inlitum imo ventri
urinas movet.

(95.) Feniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus, 254
venectam exuendo oculorumque aciem suco eius reficiendo, unde 8, 98
intellectum hominum quoque caliginem praecipue eo levare. col-
ligitur hic caule turgesciente et in sole siccatur inungiturque
ex melle [ubique hoc est], laudatissimus in Hiberiae lacrimis;
fit et e semine recenti et e radicibus prima germinatione incisus.

(96.) Est in hoc genere et silvestre quod hippomarathum, 255
alii myrsineum vocant, foliis maioribus, gustu acriore, procerius,
vacuoli crassitudine, radice candida. nascitur in calidis et sa-
cosis. Diocles et aliud hippomarathi genus tradidit, longo
et angusto folio, semine coriandri. Medicinae in sativo ad scor- 256
pionum ictus et serpentium semine in vino potum. sucus et
auribus instillatur vermiculosque in his necat. ipsum condimen-
tis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissime. quin et
panis crustis subditur. semen stomachum dissolutum adstrin-
git, vel in febribus sumptum, nausiam ex aqua tritum sedat,
pulmonibus et iocineribus laudatissimum. ventrem sistit, cum
modice sumitur, urinam ciet ad tormina potum decoctum, et in
lactis defectu potum mammas replet. radix cum tisana sumpta 257
renes purgat. sive decocti suco sive semine sumpto prodest et
hydropicis radix ex vino pota, item convulsis. inlinuntur folia
tumoribus ardente ex aceto, calculos vesicae pellunt. geniturae
abundantiam quoquo modo haustum facit, verendis amicissimum,
sive ad fovendum radice cum vino decocta sive contritum in
oleo inlitum. multi et suggillatis cum cera inlinunt, et radice
in suco vel cum melle contra canis morsum utuntur et contra
multipedam ex vino. Hippomarathum ad omnia vehementius 258
calculos praecipue pellit, prodest vesicae cum vino leni et fe-

4. exuendum, *Q.* execuendam, *F.* exuendam, *r.* oculorumque] *Q.*
colonorumque, *E.* colonumque, *F.* colo . umque, *V*². c. lo . umque, *V*¹.
5. levare, *EF.* 7. [ubique hoc est] *uncis inclusit Urlichs vind.*
445. 7. *S. dist. Urlichs l. l.* S. e] *om. FV.* recenti] *Q.* recenti fit,
C. 9. ippomarathum, *Q.* hippomatium, *E.* ipphomatium, *r.* 10. myr-
sineum] *Qd.* myrseneum, *r.* 11. vacuoli, *Q.* brachioli, *E.* brachioli,
*V*². bracili, *F*¹. bracioli, *r.* 12. et] *V.* set, *F.* sed, *E.* 13. sativi,
Q. sitivo, *FV.* 15. necat] *Q.* necatis, *C.* 18. febris, *FV.* ex] *E.*
in ea, *F*¹. ea, *r.* 20. ciet] *d.* et ciet, *r.* potum] *Sillig.* totum, *C.*
totu, *Q.* et in] *Q.* *om. C.* 21 sq. *dist. Ianus.* 22. decocto, *E.*
23. pota] *ego.* sumpto pota, *Q.* cocta, *C.* 24. ardente] *Ianus.* arden-
tes, *C.* 25. quo, *QE.* 26. radicem, *C.* cum] cum in, *F*²*V.*
decocta] *Sillig.* decoctam, *V.* decoctum, *r.* 27. radicem, *FV.* 28.
vel] *E.* vel radicem, *r.* 29. multipedem, *FV.* hippomarathum] *V*².
ippomaratum, *Q.* hippomaratum, *r.*

minarum menstruis haerentibus. efficacius in eo semen quam radix. modus in utroque quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petrichus qui ophiaca scripsit et Miccion qui rhizotomumena adversus serpentes nihil efficacius hippomaratho putavere. sane et Nicander non in novissimis posuit.

259 (97.) Cannabis in silvis primum nata est, nigrior foliis et asperior. semen eius extinguere genituram virorum dicitur. succus ex eo vermiculos aurium et quodcumque animal intraverit eicit, sed cum dolore capitis, tantaque vis ei est ut aquae infusus coagulare eam dicatur. et ideo iumentorum alvo succurrit potus in aqua. radix articulos contractos emollit in aqua cocta, item podagras et similis impetus. ambustis cruda inlinitur, sed saepius mutatur priusquam arescat.

260 (98.) Ferula semen aneto simile habet. quae ab uno caule dividitur in cacumine femina putatur. caules eduntur decocti, commendanturque muria ac melle, stomacho utilis. sin plures sumpti, capitis dolorem faciunt. radix denari pondere in vini cyathis duobus bibitur adversus serpentes, et ipsa radix inponitur. sic et torminibus medetur, ex oleo autem et aceto contra sudores inmodicos vel in febribus proficit. succus ferulae alvom solvit fabae magnitudine devoratus. e viridi medulla vulvis utilis est ad omnia ea vitia. ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur in vino trita vel cum medulla. sunt qui comitialibus morbis dandum putent luna IIII usque VII lingulae mensura. natura ferularum murenis infestissima est, tactae siquidem ea moriuntur. Castor radicis succum et oculorum claritati conferre multum putavit.

262 (99.) Et de carduorum satu inter hortensia diximus, quapropter et medicinam ex his non differamus. silvestrium genera sunt duo, unum fruticosius a terra statim, alterum unicaule crassius. utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus, sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescentem et abeuntem cum aura, *σκόλυμον* Graeci
263 vocant. hic antequam floreat contusus atque expressus in lito suco alopecias replet. radix cuiuscumque ex aqua decocta potioribus sitim facere narratur. stomachum corroborat et vulvis, si credimus, etiam conferre aliquid traditur ut mares gignan-

1. herentibus, *Q.* haerentes, *V.* herentes, *F.* 2. modus] *Q.* modis, *C.* trito, *C.* *om.* *Q.* addatur, *Q.* 3. Miccion] *Salm.* miccon, *C.*
4. yppomaradrum, *Q.* hippomaraton, *V.* hippomarathon, *r.* 6. nigriore, *FV.* 9. 10. infusus] *Q.* infusa, *V.* infusum, *r.* 12. sed] et, *FV.* 16. muria] *Sillig.* murta, *F*¹. amurca, *E.* musta, *r.* sin] *E.* in, *r.* 21. vulvis] *Gron.* vultui, *E.* vultuis, *r.* utile, *EF.* 23. cum] *V*². *om.* *r.* 24. morbis] *E.* bis, *r.* IIII usque VII] *F*² *V.* IIII us VII, *F*¹. quarta sexta septima, *E*(?).

tur. ita certe Glaucias scripsit qui circa carduos diligentissimus videtur. mastiche e carduis odorem commendat oris.

24. (100.) Et discessuri ab hortensis unam compositionem 264 ex his clarissimam subteximus adversus venenata animalia incisam in lapide versibus Coi in aede Aesculapi: serpylli duum denariorum pondus, opopanacis et mei tantundem singulorum, trifoli seminis pondus denari, anesi et feniculi seminis et ami et api denarium senum e singulis generibus, ervi farinae denarium XII. haec tusa cribrataque vino quam possit excellenti digeruntur in pastillos victoriati ponderum. ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis ternis. hac theriace Magnus Antiochus rex adversus omnia venenata usus traditur aspide excepta.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXI.

Cap. 1. (Sect. 1.) In hortis seri et coronamenta iussit 1 Cato, inenarrabili florum maxume subtilitate, quando nulli potest facilius esse loqui quam rerum naturae pingere, lascivienti praesertim et in magno gaudio fertilitatis tam variae ludenti. quippe 2 reliqua usus alimentique gratia genuit, ideoque saecula annosque tribuit his, flores vero odoresque in diem gignit, magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreat celerrime marcescere, sed ne pictura quidem sufficiente imagini colorum reddendae mixturarumque varietati, sive alterni atque multiplices inter se nectuntur, sive privatis generum funiculis in orbem, in oblicum, in ambitum quaedam coronae per coronas currunt.

1. ita certe] *Urlichs vind.* 446. ita et (enim, *V?*) cereae (cerea, *E*)*C.* scripsit] *Sillig.* adscripsit, *C.* qui] *d.* quid, *r.* 2. mastiche e] *Sillig.* mastice, *Q.* masteche, *V.* mastethe, *r.* 3. discessuri] *codd.* *Gel.* discessum, *C.* 4. 5. incisa, *Q.* 5. in] *Qd. om.* *r.* coi in aede] *Q.* etlinede, *C.* 6. mei] *Cagnatus.* mii, *Q.* mili, *C.* 7. pondus — seminis] *om.* *FV.* anesi] *E.* a. si, *Q.* 8. e] *Q.* et, *C.* 8. 9. denarium] *Q.* *om.* *C.* 9. possunt, *Q.* 10. singuli] *Q.* singulis, *C.* 12. aspide excepta] *Q.* *om.* *C.* 19. ludentis, *d.* iubenti, *V.* inventi, *E.* viventi, *R.* 21. 22. magnam ut, *V.* magna aut, *r.* 23. sufficienti, *GV.* 25. nectuntur] *Ianus in praef.* nectatur, *G.* nectantur, *r.* privati, *GV.* generis, *G.* 26. interpunctionem sustulit *Ianus.*

- 3 2. (2.) Tenuioribus utebantur antiqui stroppos appellantes, unde nata strophiola. quin et vocabulum ipsum tarde communicatum est inter sacra tantum et bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. cum vero e floribus fierent,serta a serendo serieve appellabantur, quod apud Graecos quoque non adeo antiquitus placuit.
- 4 (3.) Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primum. postea variare coeptum mixtura versicolori florum, quae invicem odores coloresque accenderet, Sicyone ingenio Pausiae pictoris atque Glyceriae coronariae dilectae admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur, illa provocans variaret, essetque certamen artis ac naturae, quales etiam nunc extant artificis illius tabellae atque in primis appellata stephaneplocos qua pinxit ipsam. idque factum est post Olympiada
- 5 C. sic coronis e floribus receptis paulo mox subiere quae vocantur Aegyptiae ac deinde hibernae, cum terra flores negat, ramento e cornibus tincto. paulatimque et Romae subrepsit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et corollariis, postquam e lamina tenui aerea inaurata aut inargentata dabantur.
- 6 3. (4.) Crassus Dives primus argento auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit, accesseruntque et lemnisci, quos adici ipsarum coronarum honor erat, propter Etruscas quibus iungi nisi aurei non debebant. puri diu fuere hi. caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher brattiasque etiam philyrae dedit.
- 7 (5.) Semper tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit. namque ad certamina in circum per ludos et ipsi descendebant et servos suos equosque mittebant. inde illa XII tabularum lex: qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis suae ergo duitor ei. quam servi equive meruissent pecunia partam lege dici nemo dubitavit. quis ergo honos? ut ipsi mortuo parentibusque eius, dum intus positus esset forisve ferretur, sine fraude esset inposita. alias in usu promiscuo ne

2. tarde de, *E*. tande de, *R*. tandem, *r*. 4. vero e] *d*. vero se, *E*¹. vero, *E*²*R*. vere, *R*. 5. serieve] *Salm*. serive, *ER*. seriva, *G*. serviae, *V*. 7. enim] *om*. *GV*. 8. postea] *R*. *om*. *r*. versicoloris, *V*. versicolores, *ER*. 10. Pausiae] pausiae in, *ER*. parte, *G*. parte, *V*. licerae, *GV*. 11. picturae, *ER*. 15. subire, *GV*. 16. 17. negat ramento e] nec atramento, *GV*. 17. cincto, *ER*. 23. etruscos, *GV*. 28. equosque] *Salm*. quosque, *C*. 29. 30. virtutis suae] *Pint*. virtutisve, *C*. 30. ergo duitor] *Gron*. ergo duitur, *GV*¹. arguitur, *E*. ergo arguitur, *r*(?). 31. pecuniam, *ER*. partem, *G*. legem, *C*. 32. intus] in, *GV*. 33. inpositus, *G*. impositas, *V*. alia, *GV*.

ludicrae quidem erant. (6.) ingensque et hinc severitas. L. 8
 Fulvius argentarius bello Punico secundo cum corona rosacea
 interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus ex auctori-
 tate senatus in carcerem abductus non ante finem belli emissus
 est. P. Muratius cum demptam Marsuae coronam e floribus
 capiti suo inposuisset atque ob id duci eum in vincula trium-
 viri iussissent, appellavit tr. pl. nec intercessere illi, aliter 9
 quam Athenis, ubi commissabundi iuvenes ante meridiem con-
 ventus sapientium quoque doctrinae frequentabant. apud nos
 exemplum licentiae huius non est aliud quam filia divi Au-
 gusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsuam litterae illius
 degemunt.

(7.) Florum quidem populus Romanus honorem Scipioni 10
 tantum habuit. Serapio cognominabatur propter similitudinem
 suari cuiusdam negotiatoris. obierat in *consulatu* plebei ad-
 modum gratus dignusque Africanorum familia, nec erat in bonis
 funeris inpensa. asses ergo contulit populus ac funus elocavit,
 quaque praeferebatur flores e prospectu omni sparsit.

(8.) Et iam tunc coronae deorum honos erant et larum 11
 publicorum privatorumque ac sepulchrorum et manium, summa-
 que auctoritas pactili coronae, uti Saliorum sacris invenimus
 sollemnes cenas. transiere deinde ad rosaria, eoque luxuria
 processit ut non esset grata nisi mero folio utilis, mox petitis
 ab India aut ultra Indos. lautissimum quippe habetur e nardi
 folio eas dari aut veste Serica versicolori, unguentis madida.
 hunc habet novissime exitum luxuria feminarum.

(9.) Et apud Graecos quidem de coronis privatim scripsere 12
 et Mnesitheus atque Callimachus medici quae nocerent capiti,
 quoniam et in hoc est aliqua valitudinis portio, in potu atque
 hilaritate praecipue odorum vi subrepente fallaciter, scelerata
 Cleopatrae sollertia. namque in apparatu belli Actiaci gratifi-
 cationem ipsius reginae Antonio timente nec nisi praegustatos
 cibos sumente fertur pavorem eius luisse extremis coronae

1. errant, *ER*. 3. e] *om.* *C*. 6. eum in] cum, *GV*. 12. de-
 gemunt] *ego. dei gemunt, C*. 15. obierat] *Freinshemius. ob id erat*
 (irat, *G²*)*C*. consulatu] *Urlichs chrest. p. 212. tribunatu. Cv*. 17.
 inpensas, *V*. immensas, *G*. 21. factili, *GV*. uti] *GV¹. ut hi, V².*
 utili. *r*. 22. rosaria] *Barb. nos alia, R. rosalia, r. eoque] R. eo, r.*
 23. grata] *Urlichs l. l. gratia, C. folii, V. filiu, G. peritis,*
GV. 24. indio, *GV*. 25. versicoloris, *ER*. unguenti, *GV*.
 26. luxuriaque, *ER*. 29. et] *R. om. r*. 30. sceleratae, *V. scelerate,*
G. 31. cleopathra, *E. cleosathra, R. sollertiae, R. solertiae, E.*
 33. pavorem] *Sillig. pavore, GV. ab ore, r. corona et, G. coronis,*
E. coronis et, V.

floribus veneno inlitis ipsaque capiti inposita, mox procedente hilaritate invitavit Antonium ut coronas biberent. quis ita timeret insidias? ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: en ego sum, inquit illa, Marce Antoni, quam tu nova praegustantium diligentia caves, adeo mihi, si possim
 13 diam bibere iussit ilico expirantem. De floribus supra dictos scripsit Theophrastus apud Graecos, ex nostris autem inscripsere aliqui libros anthologicon, flores vero persecutus est nemo, quod equidem inveniam. nec nos nunc scilicet coronas nectemus
 — id enim frivolum est — sed de floribus quae videbuntur digna memorabimus.

14 4. (10.) Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia novere, ac paene violas rosasque tantum. Rosa nascitur spina verius quam frutice, in rubo quoque proveniens, illic etiam iucundi odoris, quamvis angusti. germinat omnis primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente et in virides alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit in calicem medio sui stantis *complexum* luteos apices.

15 usus eius in coronis prope minimus est. oleo maceratur, idque iam a Troianis temporibus Homero teste. praeterea in unguenta
 13,9 transit, ut diximus. medicas per se artes praebet. emplastris atque collyriis inseritur mordaci subtilitate, mensarum etiam
 16 deliciis perunguendis minime noxia. Genera eius nostri fecere celeberrima Praenestinam et Campanam. addidere alii Milesiam, cui sit ardentissimus colos non excedenti duodena folia, proxumam ei Trachiniam minus rubentem, mox Alabandicam viliores, albicantibus foliis, vilissimam vero plurimis, sed minutissimis, spiniolam. differunt enim multitudine foliorum, asperitate, le-
 17 vore, colore, odore. paucissima quina folia, ac deinde numerosiora, cum sit genus eius quam centifoliam vocant, quae est in Campania Italiae, Graeciae vero circa Philippos, sed ibi non suae terrae proventu. Pangaeus mons in vicino fert numerosis foliis ac parvis, accolae transferentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt. non autem talis odoratissima est, nec cui

2. quis] *om. GV.* 6. inde] *Lipsius om. C.* 7. expirante, *ER.*
 dictos] *d. dictis, r.* 19. calicem] *ego. calices, C.* stanti, *C.*
 complexum] *ego. complexa, Cv.* 20. macetur, *G. maceretur, r.*
 21. tam, *C.* 23. insertitur, *G. inpellitur, ER.* 24. genera] *G. contra genera, r.* 25. celeberrimam, *GV.* 26. excedenti] *codd. Hard. excedentis, C.* 26. 27. folia proximam] *V. folia proxima, G. proxima folia, r.* 27. albandicam, *C.* 28. sed] *GV. vel, r.* 29. spiniolam] *Sillig. spinis iam, V. spinoiam, r.* 29. 30. levore] *R. leviore, r.* 33. fert] *d. fere, r.* 35 est] *R. om. r.*

latissimum maximumve folium, breviterque indicium est odoris
 scabritia corticis. Caepio Tiberi Caesaris principatu negavit 18
 centifoliam in coronas addi, praeterquam extremas velut ad
 cardines, nec odore nec specie probabilem. est et quae Graeca
 5 appellatur a nostris, a Graecis lychnis, non nisi in umidis locis
 proveniens, nec umquam excedens quinque folia, violaeque
 magnitudine, odore nullo. est et alia Graecula appellata, con-
 volutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta
 semperque nascenti similis, latissimis foliis. alia funditur e 19
 0 caule malvacio folia oleae habente — mucetum vocant —, at-
 que inter has media magnitudine autumnalis quam coroniolam
 appellant, omnes sine odore praeter coroniolam et in rubo
 natam. tot modis adulteratur. et alias vera quoque plurimum
 solo praevalet. Cyrenis odoratissima est, ideoque ibi unguen-
 5 tum pulcherrimum, Carthagine Hispaniae hieme tota praecox.
 refert et caeli temperies, quibusdam enim annis minus odorata
 provenit, praeterea omnis siccis quam umidis odoratior. seri 20
 neque pinguibus volt neque argillosis locis nec riguis, contenta
 ruderibus, proprieque ruderatum agrum amat. praecox Campana
 0 est, sera Milesia, novissime tamen desinit Praenestina. fodiuntur
 altius quam fruges, levius quam vites. tardissime proveniunt
 semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore, opertum lanu-
 gine. ob id potius caule conciso inseruntur. et ocellis radicis,
 ut harundo, unum genus inseritur pallidae, spinosae, longissi-
 5 mis virgis, quinquefoliae, quae Graecis altera est. omnis autem 21
 recisione atque ustione proficit, tralatione quoque, ut vites, op-
 tume ocissimeque provenit surculis quaternum digitorum longi-
 tudine aut ampliore post vergiliarum occasum sata, dein per
 favonium translata, pedalibus intervallis crebro circumfossa. qui
 0 praecocem faciunt pedali circa radicem scrobe aquam calidam
 infundunt germinare incipiente calice.

5. (11.) Liliū rosae nobilitate proximum est et quadam 22
 cognatione unguenti oleique quod liliū appellatur. et inpo-
 situm etiam maxime rosas decet medio proventu earum inci-
 5 piens. nec ulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum 23

2. scabritiae, *ER.* 5. lycinis, *GV.* 9. alii, *ER.* e] *om. GV.*
 10. malvacio] *Sillig.* malvatio, *GV.* malvaceo, *ER.* oleae] *V.* oleo,
G. olea, *r.* mucetum] *G.* cf. *Theophr. h. pl.* 4. 14, 3. macetum, *r.*
 19. ruderibus] *Pint.* ruribus, *V.* locis ruribus, *G.* raribus, *r.*
 ruderaceum, *GV.* 20. novissima, *GV.* tamen] *om. GV.* 22. cor-
 tice — ipso] *om. GV.* 23. inseruntur] *d.* ut feruntur (*ferunt, R*)*r.*
 radicis] *om. ER.* 26. 27. optime, *d.* optuma, *E.* optima, *r.* 29. cre-
 broque, *V.* circafossa, *d.* circa fossam. *r.* 33. liliū] *Ianus.* liliū, *C.*

trium, languido semper collo et non sufficiente capitis oneri. candor eius eximius foris striati et ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris tenuique pilo et *stamine*, stantibus in medio crocis. ita odor colorque duplex, et alius calicis alius staminis, differentia *etiam* gustu. in unguenti vero oleique usu et folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba quam convolvolum vocant, nascens per frutecta, nullo odore nec crocis intus, candorem tantum referens ac veluti naturae rudimentum lilia facere condiscantis. Alba lilia isdem omnibus modis seruntur quibus rosa, et hoc amplius lacrima sua ut hipposelinum, nihilque est fecundius una radice quinquagenos saepe emittente bulbos. Est et rubens liliun quod Graeci crinon vocant, alii florem eius cynorrhodon. laudatissimum in Antiochia ac Laudicea Syriae, mox in Phaselide. quartum locum optinet in Italia nascens.

25 (12.) Sunt et purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice maiorisque bulbi, sed unius, narcissum vocant. huius alterum genus flore candido, calice purpureo. differentia a lilis est et haec, quod narcissis in radice folia sunt, probatissimis in Lyciae montibus. tertio generi cetera eadem, calix herbaceus. omnes serotini, post arcturum enim florent ac per aequinoctium autumnum.

26 (13.) Inventa est et in his ratio inserendi monstrificis hominum ingeniis. colliguntur namque mense Iulio scapi arecentes lili atque suspenduntur in fumo. dein nudantibus se nodulis in faece nigri vini vel Graeci mense Martio macerantur ut colorem percipiant atque ita in scrobiculis seruntur heminis faecis circumfusus. sic fiunt purpurea lilia, mirumque tingui aliquid ut nascatur infectum.

27 6. (14.) Violis honos proximus, earumque plura genera, purpureae, luteae, albae, plantis omnes ut olus satae. ex his vero quae sponte apricis et macris locis proveniunt purpureae latiore folio statim ab radice carnosio exeunt, solaeque Graeco nomine a ceteris discernuntur, appellatae ia et ab his ianthina

2. striatis, *ERV*². 3. effigie] *d. efficiae GV. efficaciae, r.*
 4. stamine] *Pint. semine, C.* 5. et] *ut, GV.* calicis alius] *om. ER.*
 stamines, *ER.* differentias, *E.* 6. etiam gustu] *ego. angusta, Cv.*
 7. convolvulum, *d. convolvorum, r.* 13. crimon, *E. crim, R.*
 17. quando, *GV.* gemine, *G. gemne, V.* 20. a] *om. ER.*
 est] *om. GV.* 26. lili atque] *ego. lilia quae, V. liliaque, r.* 33. macris] *marinis, G.* 34. carnosia, *EG. carnora, R.* exeunti, *ER.*
 graeco] *E. om. r.* 35. ia] *Barb. ita, C.* ianthina] *d. iantina, ER.*
 iacinthina, *r.*

vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. genera is Tusculana et quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. in totum vero sine odore minutoque folio Calatiana, munus autumnii, ceterae veris.

(15.) Proxima ei caltha est colore et amplitudine, vincit numero foliorum marinam quinque non excedentem. eadem odore superatur, est enim gravis calthae. non levior ei quam scopam regiam appellant, quamquam folia eius olent, non flores.

(16.) Baccar quoque radicis tantum odoratae est, a quibusdam nardum rusticum appellatum. unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos Aristophanes priscae comoediae poeta testis est. unde quidam errore falso baccarida eam appellabant. odor est cinnamomo proximus. gracili solo nec umido provenit. simillimum ei combretum appellatur, foliorum exilitate usque in fila adtenuata, et procerius quam baccar. haec sunt unguenta tantum. sed eorum quoque error corrigendus est qui baccar rusticum nardum appellavere. est enim alia herba sic cognominata quam Graeci asaron vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus. quin immo asaron invocitari, quoniam in coronas non addatur.

(17.) Crocum silvestre optimum. serere in Italia minime expedit, ad scripula usque singula areis decoquentibus. seritur radicis bulbo. sativum latius maiusque et nitidius, sed multo lenius, degenerans ubique, nec fecundum etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. prima nobilitas Cilicio et ibi in Coryco monte, dein Lyciae monte Olympo, mox Centuripino Siciliae. aliqui Theraeo secundum locum dedere. Adulteratur nihil aequae. probatio sinceri, si inposita manu crepitet veluti fragile; humidum enim quod evenit adulteratione. cedit altera probatio, si manu relata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus sativi blandissimum volgo, cum sit mediocre, dileucon vocant. contra Cyrenaico vitium, quod

1. e] se, ER. is] E. om. G. autem, r(?). 3. calatina, GV. 4. minus, E. mus, r. 5. caltha] d. calta, E. calta calta, R. calth, V. cultha, G. colore et] ego. colore, Urlichs vind. 448. et concolori, E. concolori, R. et conculcari, r. amplitudini, ER. 7. culta, G. calta, r. ei] e, GV. 8. quamque, GV. 12. quidem, EGV. baccarida] ego. baccharicam, Urlichs vind. 449. barbaricam, C. 14. ei] et, C. 15. baccara, E. bacchar, GV. 16. unguenta] Urlichs vind. 451. om. C. sed] om. GV. regendus, GV. 21. crocum — 22. ad] om. ER. 24. ubique] sed ubique, ER. 26. lyciae monte] lyciae, V. liciae, G. 27. dhereo, ER. hereo, r. 28. sinceri si] d. sinceris, r. crepitet] Salm. crepiti, GV. crepit, r. 29. dist. ego. sedit, C. 30. manu] om. GV. praelata, ER. 32. dileacon, E²R. dilea, E¹.

omni croco nigrius est et celerrime marcescit. optimum ubi-
 cumque quod pinguissimum et brevis capilli, pessimum vero
 quod situm redolet. Mucianus auctor est in Lycia anno septimo
 aut octavo transferri in locum subactum atque ita degenerans
 renovari. usus eius in coronis nusquam, herba enim est folio
 angusto paene in capillamenti modum. sed vino mire congruit,
 34 praecipue dulci, tritum ad theatra replenda. Floret vergiliarum
 occasu paucis diebus, folioque florem expellit. viret bruma
 et colligitur. siccatur umbra, melius etiam hiberna. carnosa
 et illi radix vivaciorque quam ceteris. gaudet calcari et adteri,
 pereundoque melius provenit. ideo iuxta semitas ac fontes
 laetissimum. 7. Troianis temporibus iam erat honos ei. hos
 certe flores Homerus tris laudat, loton, crocum, hyacinthum.
 35 (18.) Omnium autem odoramentorum atque adeo herba-
 rum differentia est in colore et odore et suco. Odorato sa-
 por raro ulli non amarus, e contrario dulcia raro odorata.
 itaque et vina mustis odoratiora et silvestria magis omnia sa-
 tivis. quorundam odor suavior e longinquo, propius admotus
 36 hebetatur, ut violae. rosa recens a longinquo olet, sicca pro-
 prius. omnis autem verno tempore acrior et matutinis. quid-
 quid ad meridianas horas dies vergit, hebetatur. novella quo-
 que vetustis minus odorata. acerrimus tamen odor omnium
 aetate media. rosa et crocum odoratiora, cum serenis diebus
 leguntur, et omnia in calidis quam in frigidis. in Aegypto
 tamen minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aer
 37 est a multo flumine. quorundam suavitati gravitas inest. quae-
 dam, dum virent, non olent propter umorem nimium, ut bu-
 ceras, quod est fenum Graecum. aquatis odor non omnium
 sine suco est, ut violae, rosae, croco. quae vero ex aquatis
 carent suco, eorum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque
 generis. habrotonum et amaracum acres habent odores. quo-
 rundam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut vio-
 38 lae ac rosae. hortensium odoratissima quae sicca, ut ruta,
 menta, apium et quae in siccis nascantur. quaedam vetustate

6. capillamentis, *ER*. 7. dulce, *R. dulcae, E*. 9. et] *R. om.*
r. 10. atteri, *V. alterri, ER*. 11. paedoque, *E¹. paeudoque, E².*
 12. troiani, *GV*. ei] *codd. Gel. et, C*. 13. laudatur, *GV*.
 crocon, *ER*. 15. odoratus, *GV*. 16. ulli — raro] *om. GV*. 17.
 itaque — odoratiora] *om. GV*. 18. proprius, *GV*. 19. 20. proprius, *GV*.
 21. hebeatur, *GV*. 22. minus] *d. nimis, r*. 23. aetate] *Urlichs*
vind. 452. aestate, dv. aete, GV. ete, r. 26. flamine, *ERV²*. 27.
 cum venirent, *ER*. 27. 28. buceras] *Urlichs vind. 453. buceros, Cv*.
 28. aquatis] *Urlichs l. l. aquatus, Cv*. 29. ut] *om. ER*.

odoratiora, ut cotonea, eademque decerpta quam in suis radicibus. quaedam non nisi defracta aut ex adtritu olent, alia non nisi detracto cortice, quaedam vero non nisi usta, sicut tura murraeque. flores triti omnes amariores quam intacti. 39
 aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. quaedam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris, quin et arborem totam, cuiuscumque radices adtinget. hesperis noctu magis olet, inde nomine invento. animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris quod dictum est credimus. 8, 62

(19.) Illa quoque non omittenda differentia est, et odoratorum multa nihil adtinere ad coronamenta, ut irim atque saliuncam, quamquam nobilissimi odoris utramque. sed iris radice tantum commendatur, unguentis nascens et medicinae. laudatissima in Illyrico, et ibi quoque non in maritimis, sed in silvestribus Drinonis et Naronae, proxima in Macedonia, longissima haec et candicans et exilis. tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes gustuque amarissima, Illyrica quoque duorum generum est: raphanitis a similitudine, quae et melior rhizotomo, subrufa. optuma, quae sternumenta tractatu movet, caulem habet cubitalem, erectum: floret versicolori specie, sicut arcus caelestis, unde et nomen. non improbatur et Pisidica. effossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa hoc veluti placamento terrae blandiuntur, circumscriptam mucrone gladi orbe triplici cum legerunt, protinus in caelum adtollunt. natura est fervens, tractataque pusulas ambusti modo facit. praecipitur ante omnia ut casti legant. teredines non sicca modo verum et in terra celerrime sentit. optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur, — iampridem enim et seritur —, nunc e Pamphylia, sed Cilicium maxime laudatur atque e septentrionalibus. 40 41 42

(20.) Saliunca folio quidem subbrevis et quod necti non possit radici numerosae cohaeret, herba verius quam flos, densa 43

4. intacti] *EV*². intanti, *r*. 9. quod] *codd. Gel.* quam quod, *C*.
 10. est] *d.* est sic, *E*. est si, *r*. 10. 11. odoramentorum, *E'R*. 11. nihil] *E²R*. nihi, *E'*. in his, *r*. 13. et] ut, *ER*. 14. sed] et, *ER*. 16. exilis] *d.* ex illis, *r*. 18. mollior, *GV*. 19. rhyzothomos, *E*. rhizotomos, *R*. tractatu] *d.* tractatum, *GV*. tractu, *r*. 20. erectum] *cod. Tol.* erectis, *C*. versicolori] *Gron.* versicoloris, *V*. versicoloris, *G*. diversi coloris, *r*. 22. effossuri] *G*. et fossuri (fosuri, *E*)*r*. hac velut in, *ER*. 23. 24. gladi orbe] *G*. gladio orbe, *V*. gladiorve, *R*. gladiove, *E*. 24. cum] *ego.* et cum, *C*. legerunt] legerint cum, *EV*(?). 24. 25. natura est] *E*. naturae, *r*. 25. tractatae, *GV*. modi, *GV*. 27. sensit, *ER*. rinum, *GV*. 29. e] et, *GV*. silicum, *G*. cilicum, *r*. e] *cod. Tol. om. C*. 31. folio] *cod. Tol.* folia, *C*. sed brevi, *ER*.

- veluti manu pressa breviterque caespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici Alpiumque aprica, urbium Eporedia, tantae
 44 suavitatis ut metallum esse coeperit. vestibus interponi eam gratissimum, (21.) sicut apud Graecos polium herbam, inclutam Musaei et Hesiodi laudibus ad omnia utilem praedicantium su- 5
 perque cetera ad famam etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modo, ut tradunt, folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea aspiciuntur. duo genera eius: campestre maius, silvestre quod minus est. quidam teutrion vocant. folia canis hominis similia, a radice protinus, numquam palmoaltiora. 10
 45 8. (22.) Et de odoratis floribus satis dictum, in quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. hos animadverto tris esse principales, rubentem ut in cocco, qui a rosis migrante gratia nonnihil trahitur suspectu et in purpuras Tyrias dibaphas- 15
 que ac Laconicas, amethystinum qui a viola et ipse in purpureum quemque ianthinum appellavimus. genera enim tractamus in species multas sese spargentia. tertius est qui proprie conchyli intellegitur, multis modis: unus in heliotropio et in 20
 aliquo ex his plerumque saturatior, alius in malva ad purpuram 20
 inclinans, alius in viola serotina conchyliorum vegetissimus. paria nunc componuntur et natura atque luxuria depugnant. lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum, et fortassis ideo non numerari inter principales, hoc est communes maribus ac feminis, quoniam 2
 47 23.) Amaranto non dubie vincimur. est autem spica purpurea verius quam flos aliquis, et ipse sine odore. mirum in eo gaudere decerpi et laetius renasci. provenit Augusto mense, durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus adser- 3
 vatur, mireque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua revivescit et hibernas coronas facit. summa naturae eius in nomine est, appellato, quoniam non marcescat.

2. eporidia, C. 8. aspicitur, EG. adspicitur, R. 8. campestre maius] om. GV. 9. silvestri, C. 14. rubentem ut] Sillig. ut rubentem, GV. om. r. 15. nonnihil] Ianus. nihil, C. 16. ac] ad, ER. amethystinum] Sillig. amethystum, RV. amethystum, r. qui a] R. que, E. quae, r. 17. ianthinum] d. iantinum, E. lantinum, R. yacinthinum, r. 19. intellegitis, E. intellegis, R. heliotropo, C. 21. vegetissima, C. 27. amaranthon, GV. 28. flos] plus, ER. odore. mirum] mirum odorem, ER. 29. decerpti, GV. 30. palma] E. palmam, r. 30. 31. adsignatur, E. assignatur, R. 32. et] om. GV. naturae] ego. natura, C. 33. nomine] E. nomina, r. appellato] Grasberger de usu Plin. 98. appellatio, C.

(24.) In nomine et cyani colos, item holochrysi. omnes 48
autem hi flores non fuere in usu Alexandri Magni aetate, quon-
iam proximi a morte eius auctores siluere de illis, quo mani-
festum est postea placuisse. a Graecis tamen repertos quis
5 dubitet non aliter Italia usurpante nomina illorum?

(25.) At, Hercules, petellio ipsa nomen inposuit, autum- 49
nali circaque vepres nascenti et tantum colore commendato,
qui est rosae silvestris. folia parva, quina, mirumque in eo
flore inflecti cacumen et nodis intorto folia nasci parvulo calice
ac versicolori luteum semen includentia. luteo et bellio pa-
stillicantibus quinquagenis quinque barbulis coronatur. pratensis
hic flos ac sine usu. plerique et ideo sine nominibus. quin
et his ipsis alia alii vocabula inponunt.

(26.) Chrysocome sive chrysitis non habet Latinam ap- 50
pellationem. palmi altitudine est, comantibus fulgore auri co-
rymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque
nascens.

9. (27.) Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, 51
transit oratio ad eas coronas quae varietate sola placent. duo
earum genera, quando aliae flore constant, aliae folio. florem
esse dixerim genistas — namque et his decerpitur luteus —
item rhododendron, item zizipha quae Cappadocia vocantur.
his odoratus similis qui olearum floribus. in vepribus nascitur
cyclaminum, de quo plura alias. flos eius colossinus in coro- 25, 114
nas admittitur. sqq.

(28.) Folio coronantium milacis et hederæ, corymbique 52
earum optinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde
diximus. Sunt et alia genera nominibus Graecis indicanda, 16, 144
quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturae defuit cura. sqq.
et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen
consectanda, quoniam de natura sermo, non de Italia est.

(29.) Ergo in coronamenta folio venere melotrum, spiraea, 53

1. holochrysi] *d.* holocrisi, *GV.* olochrosi, *r.* 2. fluere, *ER.* ficere,
G. 6. posuit, *GV.* 7. et] *ei.* *GV.* colore] *d.* colorem, *ER.* co-
lores, *r.* commendat, *ER.* commendatus, *r.* 8. est] *et.* *ER.* 9.
cacumine, *ER.* modis intorto, *G¹.* nonnisi retorto, *ER.* 11. coro-
nantur, *GRV.* 12. flos ac] flore et. *V.* flore, *G.* *dist. ego.* 13. et
his] *et in et his,* *GV.* 14. chrysocone sive chrystus. *GV.* 15. al-
titudine est] *V.* altitudinem, *r.* 19. rasi, *ER.* oratio] *Urlichs vind.*
455. ratio, *C.* 20. flores constante alio, *GV.* 22. rhododendron
item] *om.* *ER.* quia. *C.* vocatur, *ER.* 23. similis qui] *V.*
similisque, *r.* 24. alias] *d.* alia, *r.* 26. folia, *ER.* coronamentum,
C. malacis, *E¹.* miliacis, *G.* //iliacis, *V.* 29. qui, *R.* que, *G.* quae, *V.*

origanum, cneorum, quod casiam Hyginus vocat et quod cuni-
laginem, conyza, melissophyllum quod apiastrum, melilotum
quod sertulam Campanam vocamus. est enim in Italiae Cam-
pania laudatissima, Graecis in Sunio, mox Chalcidica et Cretica,
ubicumque vero asperis et silvestribus nata. Coronas ex ea 5
antiquitus factitatas indicio est nomen sertulae quod occupavit.
odor est croco vicinus et flos ipse. Campana placet maxime,
foliis brevissimis atque pinguissimis.

54 (30.) Folio coronat et trifolium. tria eius genera: miny-
anthes vocant Graeci, alii asphaltion, maiore folio, quo utuntur 10
coronari, alterum acuto oxytriphylon. tertium ex omnibus
minutissimum. inter haec nervosi cauliculi quibusdam ut ma-
55 ratho, hippomaratho, myophono utuntur, et ferulis et corymbis
hederae, flore purpureo et in alio genere earum silvestribus
rosis simili. sed in is quoque colos tantum delectat, odor au- 15
tem abest. Et cneori duo genera, nigri atque candidi. hoc
et odoratum, ramosa ambo. florent post aequinoctium autum-
num. 10. Totidem et origani in coronamentis species, alterius
enim nullum semen, id cui odor est Creticum vocatur.

56 (31.) Totidem et thymi, candidum ac nigricans. floret 20
autem circa solstitia, cum et apes decerpunt, et augurium mel-
lis est. proventum enim sperant apiari large florescente eo.
laeditur imbribus amittitque florem. Semen thymi non potest
deprehendi, cum origani perquam minutum non tamen fallat.
sed quid interest occultasse id naturam? in flore ipso intellegi- 2
57 tur satoque eo nascitur. quid non temptavere homines? Mellis
Attici in toto orbe summa laus existimatur. ergo translatum
est ex Attica thymum et vix flore, uti docemur, satum. sed
alia ratio naturae obstitit non durante Attico thymo nisi in
adflatu maris. erat quidem haec opinio antiqua in omni thymo, 3
ideoque non nasci in Arcadia, cum oleam non putarent gigni
nisi intra CCC stadia a mari. thymo quidem nunc etiam lapi-

1. origanon, *Dal.* thriganum, *E.* thrigranum, *R.* thryganum, *r.*
3. 4. campania italiae, *VR.* 4. laudatissimum, *GV.* graecis] *R.* a grae-
cis, *r.* 5. ea] *R.* om. *r.* 7. odor est] odores, *GV.* ipse] ego.
ipsa, *C.* *dist.* ego. Campana] ego. cana, *C.* 9. folia, *ER.*
coronat et] *d.* corona et. *ER.* corone et, *G.* corona te. *V.* 9. 10. minyan-
thes] *Barb.* miniantes, *GV.* insantes, *r.* 10. sphaltion, *C.* 13. *dist.* ego.
miophono, *E.* myphio. *GV.* et] ei. *GV.* et corymbis] co-
rymbis et, *C.* 14. in] om. *ER.* 16. ineori, *GV.* 19. ereticum,
GV. 21. et] ut, *C.* 23. amittitque, *GRV.* thymi] tivi, *V.* tui, *G.*
24. minuam. *GV.* 25. id] in, *ER.* 26. quid] sed quid, *GV.*
28. docemur, *ERV.* 29. obsistit, *GV.* 31. cum] tunc, cum, *Sillig.*
tunc, *C.* 32. thymos, *ER.* thimos, *G.*

deos campos in provincia Narbonensi refertos scimus, hoc paene solo reditu, e longinquis regionibus pecudum milibus convenientibus ut thymo vescantur.

(32.) Et conyzae duo genera in coronamentis, mas ac 58
5 femina. differentia in folio: tenuius feminae et constrictius angustiusque, imbricatum maris. mas et ramosior. flos quoque magis splendet eius, serotinus utrique post arcturum. mas odore gravior, femina acutior, et ideo contra bestiarum morsus aptior. folia feminae mellis odorem habent, masculae radix 0 a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus. 20, 172

(33.) Et tantum folio coronant Iovis flos, amaracum, he- 59
merocalles, habrotonum, Helenium, sisymbrium, serpullum, omnia surculosa rosae modo. Colore tantum placet Iovis flos, odor abest, sicut et illi qui Graece phlox vocatur. et ramis 15 autem et folio odorata sunt excepto serpullo. Helenium e lacrimis Helenae dicitur natum, et ideo in Helene insula laudatissimum. est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, serpullo simili folio.

(34.) Habrotonum odore iucunde gravi floret aestate, aurei 60
20 coloris. vacuum sponte provenit, cacumine suo se propagat. seritur autem semine melius quam radice aut surculo, semine quoque non sine negotio; plantaria transferuntur. sic et Adonium, utrumque aestate. alsiosa enim admodum sunt ut sole tamen nimio laedantur. sed ubi convaluere, rutae vice fruticant. Habrotono simile odore leucanthemum est, flore albo, 25 foliosum.

11. (35.) Amaracum Diocles medicus et Sicula gens ap- 61
pellavere quod Aegyptus et Syria sampsucum. seritur utroque genere, et semine et ramo, vivacius supra dictis et odore mollius. 30 copiosum amaraco aequae quam habrotono semen, sed habrotono radix una est alte descendens, ceteris in summa terra leviter haerentibus. reliquorum satio autumnio fere incipiente nec non et vere quibusdam, locis quae umbra gaudent et aqua ac fimo.

1. repertos, ER. 2. reditu e] reditque, C. 5. feminas, ER.
6. maris] om. ER. mas] mes, G. om. V. 8. acutior, G. auctor, ER.
11. 12. omerocalles, E. homerocalles, r. 14. flox. E. flos, GV.
16. helenae, EGV. insulae, ER. 19. aestate] om. GV. 20. se] om. GV.
22. plantari, GV. 23. ut] ego. et, C. 24. vice] vitae, ER.
28. samsucum, E. samsucum dici, R. 29. 30. mellius, E. melius, R.
30. amaraco aequae] amaro choeaequae (choeae, G)GV. 31. est] ego. et, C.
32. haerentibus] ego coll. Theophr. h. pl. 6, 7, 4. haerens, RV. herens, r. 33. dist. ego. locis] in locis, GV.

- 62 (36.) Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus, coloris hygini, folio spinae, nec a terra se adtollentem. praecipuam in Gedrosia narrat erui post aequinoctium vernum radicitus siccarique ad lunam XXX diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges hac herba uti ad vota suscipienda. 5 eandem vocari chenamychen, quoniam anseres a primo conspectu eius expavescant, ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat.
- 63 (37.) Melilotos ubique nascitur, laudatissima tamen in Attica, ubicumque vero recens nec candicans et croco quam simillima, 10 quamquam in Italia odoratior candida.
- 64 (38.) Florum prima ver nuntiantium viola alba — tepidioribus vero locis etiam hieme emicat — post ea quae ion appellatur et purpurea, proxime flammeum, quod phlox vocatur, silvestre dumtaxat. cyclaminum bis anno, vere et autumno. 15 aestates hiemesque fugit. Seriores supra dictis aliquanto narcissus et lilium trans maria, in Italia quidem, ut diximus, post rosam. verum in Graecia tardius etiamnum anemone. est autem 22 haec silvestrium bulborum flos, alia quam quae dicetur in medicis. Sequitur oenanthe ac melanium et ex silvestribus heli- 20 ochrysos, deinde alterum genus anemones quae timonia vocatur, post hanc gladiolus comitatus hyacintho. novissima rosa, eademque prima deficit excepta sativa, e ceteris hyacinthus maxime durat et viola alba et oenanthe, sed haec ita, si devolsa crebro prohibeatur in semine renasci, in locis tepidis. odor 25 idem ei qui germinantibus uvis, atque inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex luctum praeferens, eius quem Apollo dilexerat aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis ut Graecarum litterarum figura AI legatur inscriptum. Heliocrysus florem habet auro similem, folium tenue, caulicu- 30 lum quoque gracilem sed durum. hoc coronari se Magi, si

2. hisgini, *V.* hygini, *ER.* spinae] hispinae, *V.* his spinae, *G.*
a] ad, *GV.* dist. *Urlichs vind.* 456. 3. erui] herbi, *GV.* 5. uti] *om. ER.* 6. eadem, *GV.* chenamychen, *ER.* cheramychen, *G.* cheramychen, *V.* 10. simillimam, *ER.* 11. quamquam] *d.* quam, *r.*
12. nuncianti, *G.* nuntianti, *r.* 12. 13. dist. *ego.* 13. ion] *R(?) Salm. om. E.* lilia, *r.* 14. flammeum] *Salm.* flammeam, *C.* phlox] phloxos, *R.* floxos, *E. om. r.* 17. post] *V.* per, *r.* 18. verum] *ego.* vero, *C.* 20. melianthum, *GV.* meliancum, *r.* et] *om. ER.* 20. 21. heliocrisos, *GV.* heliocrissos, *r.* 21. timonia, *C.* 22. hyacinthi, *ER.* novissime, *GV.* 25. seminibus, *ER.* renasci in] *Urlichs vind.* 458. renascitur, *C.* 27. quam, *EGR.* 29. AI] ae, *GR.* ea, *E.* e///, *V.* „ut videtur“. 30. heliocrysus, *E.* heliocrisos, *R.* heliocrisos, *G.* heliocrisos, *V.* 31. coronare, *EGV.*

et unguenta sumantur ex auro quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitrantur. Et verbi quidem flores hi sunt.

(39.) Succedunt illis aestivi, lychnis et Iovis flos et alterum genus lili, item iphyon et amaracus quem Phrygium cognominant. sed maxime spectabilis pothos. duo genera huius: unum cui flos hyacinthi est, alter candidus qui fere nascitur tumulis, quoniam fortius durat. et iris aestate floret. Abeunt et hi marcescuntque. alii rursus subeunt autumnis: tertium genus lili, et crocum et orsini utraque genera, unum hebes, alterum odoratum, primis omnia imbribus emicantia. Coronari quidem et spinae flore utuntur, quippe cum spinae albae cauliculi inter oblectamenta quoque gulae condiantur. Hic est trans maria ordo florum. in Italia violis succedit rosa, huic intervenit lili, rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. nam vicapervica semper viret in modum liniae, foliis geniculatim circumdata, topiaria herba, inopiam tamen florum aliquando supplet. haec a Graecis chamaedaphne vocatur.

(40.) Vita longissima violae albae trimatu. ab eo tempore degenerat. rosa et quinquennium perfert non recisa nec adusta. illo enim modo juvenescit. Diximus et terram referre plurimum. nam in Aegypto sine odore haec omnia, tantumque myrtis odor praecipuus; atqui etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria a favonio fossa oportet esse iterumque solstitio, et id agendum ut intra id tempus purgata ac pura sint.

12. (41.) Verum hortis coronamentisque maxime alvaria et apes conveniunt, res praecipui quaestus compendiique cum favit. harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, lili, cytisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen. ea est autem folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo mellis sucum habente. Horum floris avidissimae sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, cum olivae florem ab his non attingi

3. flores] et flores, *ER*. 5. iphyon] *Sillig.* ipson, *G.* tiphyon, *V.* thiphon, *r.* 6. sed] semel, *ER*. 8. tumulis] *Ianus.* in tumulis, *C.*

10. orsini] *Sillig.* orsim, *R.* orsin in, *r.* habes. *GVR*. 15. rosam] *V.* rosa, *r.* 16. viret] et, *ER*. liliae, *GVR*. 19. vita] *d.* ita, *r.* alba et, *ER*.

20. rosam, *ER*. adusta] *Cf. Theophr. h. pl. 6, 8, 5.* adulta, *C.* 23. atqui] *ego.* aliqui, *ER*. aliquis, *V.* 24. opoeriet, *R.* opponi et, *E.* 28. compendio, *V.* 29. favet, *V.*

30. erviliam] *d.* ervillam, *V.* ervillum, *E.* ervilium, *R.* 31. cerinthen ea] *Sillig.* cyrintha, *V.* cerinthea, *r.* 33. habentem, *C.*

constet; ideo hanc arborem procul esse melius sit, cum aliquas quam proxime seri conveniat quae et evolantium examina invitent nec longius abire patiantur.

72 (42.) Cornum quoque arborem caveri oportet. flore eius degustato alvo cita moriuntur. remedium sorba contusa e melle 5 praebere his vel urinam hominis vel boum aut grana punici mali Amineo vino conspersa. at genistas circumseri alvariis gratissimum.

73 (43.) Mirum est dignumque memoratu de alimentis quod conperi. Hostilia vicus adluitur Pado. huius inquilini pabulo 10 circa deficiente inponunt navibus alvos noctibusque quina milia passuum contrario amne subvehunt. egressae luce apes pastaque ad naves cotidie remeant mutantes locum, donec pondere ipso pressis navibus plenae alvi intellegantur revectisque

74 eximantur mella. 13. Et in Hispania mulis provehunt simili 15 de causa, (44.) tantumque pabulum refert ut mella quoque venenata fiant. Heracliae in Ponto quibusdam annis perniciosissima existunt ab iisdem apibus facta. nec dixere auctores e quibus floribus ea fierent, nos trademus quae conperimus.

Herba est ab exitio et iumentorum quidem, sed praecipue ca- 20 prarum, appellata aegolethron. huius flore concipiunt noxium virus aquoso vere marcescentis. ita fit ut non omnibus annis 75 sentiatur malum. Venenati signa sunt quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus sternumenta protinus movens, quod ponderosius innoxio. qui edere abiciunt 25 se humi refrigerationem quaerentes, nam et sudore diffluunt.

76 Remedia sunt multa, quae suis locis dicemus. sed quoniam 29, 97 statim repraesentari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsum 32, 43 vetus e melle optumo et ruta, salsamenta etiam, si reiciantur sumpta crebro. certumque est id malum per excrementa ad 30 canes etiam pervenire similiterque torqueri eos. mulsum tamen ex eo inveteratum innocuum esse constat, et feminarum cutem nullo melius emendari cum costo, suggillata cum aloe.

77 (45.) Aliud genus in eodem Ponti situ, gente Sannorum, mellis quod ab insania quam gignit maenomenon vocant. id 35 existimatur contrahi flore rhododendri quo scatent silvae. gens-

1. constat, *ER.* 4. oporteat, *C.* 11. noctibusque] *V.* noctibus quia, *r.* 12. amne] *cod. det.* mane, *C.* 15. existimantur, *ER.*
16. cantumque, *R.* canumque, *E.* 21. aegolethron] *d.* egolaethron, *V.* egolephron, *r.* 23. sentiantur, *C.* densantur, *ER.* 25. abiciunt] *d.* abiciuntque, *E.* abiciunt quae, *r.* 32. veteratum, *ER.* 33. ullo, *ER.* 34. ponti] *V.* potu, *r.* sannorum, *ER.* 35. quam] *V.* que, *E.* quod, *R.* 36. quo] *V.* qua, *r.*

que ea, cum *ceram* in tributa Romanis praestet, mel, quoniam exitiale est, non vendit. Et in Perside et in Mauretaniae Caesariensis Gaetulia contermina Massaesyliis venenati favi gignuntur, quidamque a parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi
 5 quod livore deprehenduntur. Quid sibi voluisse naturam his ar- 78
 bitremur insidiis, ut ab iisdem apibus nec omnibus annis fierent aut non totis favis? parum enim erat genuisse rem in qua venenum facillime daretur? etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? quid sibi voluit nisi ut cautiorem minusque
 10 avidum faceret hominem? non enim et ipsis apibus iam cuspides dederat et quidem venenatas, remedio adversus has utique non differendo? ergo malvae suco aut foliorum hederæ perungui salutare est vel percussos ea bibere. mirum tamen est venena portantis ore fingentisque ipsas non mori, nisi quod
 15 illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus sicut contra serpentes Psyllis Marsisque inter homines.

14. (46.) Aliud in Creta miraculum mellis: mons est Ca- 79
 rina VIII passuum ambitu, intra quod spatium muscae non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. hoc experi-
 20 mento singulare medicamentis eligitur.

(47.) Alvaria orientem aequinoctialem spectare convenit. 80
 aquilonem evitent, nec favonium minus. alvos optuma e cortice, secunda ferula, tertia vimine; multi et e speculari lapide fecere, ut operantis intus spectarent. circumlini alvos fimo
 25 bubulo utilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus; si magna sit alvos aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiciant, id paulatim reduci fallente operis incremento. alvos hieme stramento operiri, crebro suffiri, maxime fimo bubulo. cognatum hoc iis innascentes bestiolas ne- 81
 30 cat, araneos, papiliones, teredines, apesque ipsas excitat. et araneorum quidem exitium facilius est. papilio, pestis maior, lucernis tollitur vere, cum maturescat malva, noctu interlunio caelo sereno accensis ante alvos. in eam flammam sese ingerunt.

35 (48.) Si cibus sentiatur deesse apibus, uvas passas siccasse 82
 ficos tusas ad fores earum posuisse conveniat, item laneas tra-

1. cera, C. praestent, C. 3. massaesulis, *codd.* Gel. masyllis, V. massasyllis, r. 5. levioire, V. 13. ea] E. eas, r. 16. psyllis] d. phyllis, V. hypsillis, r. 17. 18. carma, ER. 20. exigitur, V. 22. optuma e] optume, ER. optime, V. 23. et e] V. estis et e, R. estis et, E. 24. facere, ER. sperantis, C. 26. proferatur] *codd.* Gel. properatur, C. 29. 30. necant, V. 32. vero, EGV. 36. laneas] ego. lanas, C.

ctas madentes passo aut defruto aut aqua mulsa, gallinarum etiam nudas carnes. quibusdam et aestatibus idem cibi praestandi, cum siccitas continua florum alimentum abstulit. Alvorum, cum mel eximatur, in lini oportet exituus melissophyllo aut genista tritis, aut medias alba vite praecingi, ne apes dif- 5 fugiant. vasa mellaria aut favos lavari aqua praecipiunt, hac decocta fieri saluberrimum acetum.

83 (49.) Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua ac triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis. rursus in eadem 10 olla coquitur cera cum eadem aqua excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. optima quae Punica vocatur, proxima quam maxime fulva odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quod constare equidem miror, inter venenata mella, 11, 16 dein Cretica, plurimum enim ex propoli habet, de qua diximus 15 in natura apium. post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo: 84 ventilatur sub diu saepius cera fulva, dein fervet in aqua marina ex alto petita addito nitro. inde lingulis hauriunt florem, id est candidissima quaeque, transfunduntque in vas quod exi- 20 guum frigidae habeat, et rursus marina decocunt separatim, dein vas ipsum aqua refrigerant. et cum hoc ter fecere, iuncea crate sub diu siccant sole lunaque. haec enim candorem facit, sol siccatur, et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. candidissima vero fit post insolationem etiamnum recocta. Punica 25 85 medicinis utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet, variosque in colores pigmentis trahitur ad reddendas similitudines et innumeros mortalium usus parietumque etiam et armorum tutelam. Cetera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. et hortorum quidem omnis 30 11, 11 fere peracta ratio est. sqq.

86 15. (50.) Secuntur herbae sponte nascentes quibus pleraeque gentium utuntur in cibis maximeque Aegyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola iis carere possit. tanta est ciborum ex herbis abundantia. in Italia paucissimas novi- 35

1. defruto] *V*². defrito, *r*. 3. 4. arborum, *GV*. 6. haec, *GV*.
 8. ac — 9. terebris — quarto, *GV*. rto, *r*. 14. constaret, *ER*.
 et quidem, *GV*. venena mel, *G*. 16. corsicam, *GV*. 17. quan-
 dam] *codd. Gel.* quantam, *C*. 18. fervent, *GV*. fruet, *R*. 22. ipsu,
*V*² ipso, *GV*¹. aqua] *Ianus.* antequam, *C*. 23. grate, *G*. gratae,
E gnatae, *R*. 24. sol] sic, *ER*. liquefaciat] *cod. Tol.* liquefaciant,
C. 26. genere, *R*. geinere, *E*. 27. rubet] rumba et, *ER*. 28.
 reddendas] *V*². reddenda, *ER*. edendas, *r*. 32. 33. pleraque, *C*.

mus, fraga, tamnum, ruscum, batim marinam, batim hortensiam, quam aliqui asparagum Gallicum vocant, praeter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamenta quam cibos.

5 (51.) In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon 87
aliqui vocant. hanc e Nilo metunt, caule, cum coctus est,
araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spe-
ctabili, foliis latissimis, etiam si arboreis conparentur, ad simi-
litudinem eorum quae personata in nostris annibus vocamus,
0 adeoque Nili sui dotibus gaudent ut inplexis colocasiae foliis
in variam speciem vasorum potare gratissimum habeant. seri-
tur iam haec in Italia.

(52.) In Aegypto proxima auctoritas cichorio est, quod 88
diximus intubum erraticum. nascitur post vergilias, floret par- 19, 129
5 ticulatim. radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa.
Anthaliū longius a flumine nascitur mespili magnitudine et
rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. mandunt
igni paratum. mandunt et oetum, cui pauca folia minimaque,
verum radix magna. Arachidne quidem et aracos, cum ha- 89
0 beant radices ramosas ac multiplices, nec folium nec herbam
ullam aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua vol-
garium in cibis apud eos herbarum nomina: chondrylla, hypo-
choeris, caucalis, enthriscum, scandix, quae ab aliis tragopogon
vocatur, foliis croco simillimis, parthenium, trychnum, corcho-
5 rus et ab aequinoctio nascentes aphace achynops. epipetron
vocant quae numquam floret. at e contrario aphace subinde
marcescente flore emittit alium tota hieme totoque vere usque
in aestatem.

(53.) Multas praeterea ignobilis habent, sed maxime cele- 90
0 brant cnecon Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam.

1. fragant, *E*¹*R*. flagant, *E*². hortensianam, *ER*. 2. quam] *V*.
quas, *r*. has] *om*. *GV*. 3. eamque, *ER*. obiectamenta, *C*.
7. madendo, *GV*. 7. 8. spectabilis, *ER*. 9. annibus] *Barb*. mani-
bus, *C*. 10. adeque, *GV*. adaeque, *r*. 14. 15. particula eius, *ER*.
15. quare] *V*. quar, *G*. qua, *r*. 16. a flumine] *d*. et flumine, *GV*.
et lumine, *r*. 18. paratum] comparatum, *V*. comparatum, *r*. cetum,
GR. 19. arachidna, *Dal*. arachncde, *E*¹. anachnide, *G*. arachnide, *r*.
arachos, *C*. 22. chondrylla] *Gesnerus*. candriala, *E*. candryala, *r*.
22. 23. hypochoeris, caucalis] *Barb*. hypocaris caucaris, *C*. 23. enthriscum]
ego coll. l. 22, 81 et Theophr. h. pl. 7, 7, 1. entrisicum, G. antriscum,
V. anthriscum, r. scandix] *d*. scandrix, *V*. sandrix, *G*. scandryx, *R*.
scamdryx, *E*. tragopogon, *C*. 25. ab] *om*. *ER*. aphace achynops]
Salm. apache (apace, GV) achynopos (acynopos, G. acyno, ER)C. 26. at
e] adeo, *GV*. apace, *C*. 29. multa, *ER*. 30. necun, *GV*.
gratum, *GV*.

hoc faciunt e semine eius. Differentia prima silvestris et mitior. silvestrium duae species. una mitiori similis, caule tamen rigido; itaque et colu antiquae utebantur ex illis, quare quidam atractylida vocant. semen eius candidum et grande, amarum. altera hirsutior, torosiore caule et qui paene humi serpat, minuto semine. aculeatarum generis haec est, quoniam distinguenda sunt et genera.

91 (54.) Ergo quaedam herbarum spinosae sunt, quaedam sine spinis. spinosarum multae species. in totum spina est asparagus, scorpio, nullum enim folium habent. quaedam spinosa foliata sunt, ut carduus, erunge, glycyrrhiza, urtica. his enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. aliqua et secundum spinam habent folium, ut tribulus et anonis. quaedam in folio non habent et in caule habent, ut pheos quod aliqui stoeben appellavere. hippophaes spinis geniculatum. tribulo 15 proprietas quod et fructum spinosum habet.

92 (55.) Ex omnibus his generibus urtica maxime noscitur acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, saepe altior binis cubitis. plures eius differentiae: silvestris quam et feminam vocant, mitiorque. et in silvestri quae dicitur canina 20 acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. quae vero etiam odorem fundit Herculanea vocatur. semen omnibus copiosum, 93 nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam et tactu tantum leni pruritem pusulasque confestim adusto similes existere. notum est ei remedium olei. sed 25 mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. incipiens quidem ipsa nasci vere non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos. silvestrium quoque radix omnem carnem teneriorem facit simul cocta. quae innoxia est, morsu carens, lamium vo- 30 22, 39 catur. De scorpione dicemus inter medicas.

94 16. (56.) Carduus et folia et caules spinosae lanuginis habet,

2. sq. dist. *Urlichs vind.* 463. 2. mitiori] *codd. Salm.* mitiore, C. similis] *Urlichs l. l.* simili, C. 4. quidem, *ER.* atractylida] *codd. Barb.* atraylide, *GV.* atrailide, *r.* 7. et] *om. GV.* 10. folium] *florum, GV.* habet, *ER.* 11. glyciriza, *R.* gliciriza, *E.* gelyzicyrici, *G¹.* gelycyrizi, *G².* lycyricia, *V.* 12. inest] id est, *GV.* 13. spina, *ER.* hispaniam, *G.* hispania, *V.* 14. non] *om. ER.* 15. sthoen *GV.* tribulo] *Cagnatius.* tributo, *ER.* tributu, *V.* tribu, *G.* 18. purpureum, *GV.* lanugine, *ER.* 19. plures] *d.* flores, *V.* eius flores, *G. om. r.* 19. et] *om. ER.* 20. et in] et, *ER.* cania, *ER.* 22. funditur, *GV.* 24. levi, *EGV.* 25. ei] *d.* et, *r.* oleo, *GV.* 27. grato, *E.* ignato, *G.* 30. noxia, *GV.* lamium] aonymium, *ER.* 32. caules] *R.* caulae, *E.* cautelae, *V.* cauteile, *G.*

item acorna, leucacanthos, chalceos, cnecos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. chamaeleon in foliis non habet aculeos. Est et illa differentia quod quaedam in his multicaulia ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum
 5 cnecos. quaedam cacumine tantum spinosa sunt, ut erynge. quaedam aestate florent, ut tetralix et helxine. scolymos quo- 95
 que sero floret et diu. acorna colore tantum rufo distinguitur et pinguiore suco. idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset et nisi sanguineum sucum funderet, qua de causa phonos
 10 vocatur a quibusdam, odore etiam gravis, sero maturescente semine nec ante autumnum, quamquam id de omnibus spinosis dici potest. verum omnia haec et semine et radice nasci pos-
 sunt. Scolymus carduorum generis ab his distat quod radix 96
 eius vescendo est decocta. Mirum quod sine intervallo tota ae-
 15 state aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara visu est neque in omnibus terris, a radice foliosa, ex qua media veluti
 malum extuberat contectum sua fronde. huius vertex sum-
 mus lacrimam continet iucundi saporis acanthicen masticen
 20 appellatam.

(57.) Et cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suae 97
 proprietatis et ipse. in terra serpunt caules a radice emissi, lato folio et spinoso. caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis inveteratos quoque. unum autem caulem rectum habet
 5 quem vocant pternica, eiusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem. semen ei lanuginis quam pappum vocant, quo detracto et cortice teneritas similis cerebro palmae est. vocant ascalian.

(58.) Tribulus non nisi in palustribus nascitur. dira res 98

1. acorna] *codd.* Barb. acora, *V.* macora, *G.* machyora, *E*¹. machora, *r.* chalceos, cnecos] *Pint.* chaldenecos, *GV.* om. *r.* polyacanthos] *om.* *ER.* 1. 2. onopyxos] *codd.* Barb. onopygos, *ER.* conopygos, *r.*
 2. helsine, *GV.* elsine, *r.* haberet, *GV.* 3. multicaulia, *GV.*
 4. ne, *C.* 5. erynge] *codd.* Barb. eryncae, *ER.* eryngeli, *V.* cyyngeli, *G.* 6. ut] *om.* *ER.* tetralix] *R.* tetralem, *E.* tetralism, *G.* tetralismi, *V.* helxine] *codd.* Barb. elixine, *ER.* helsine, *G.* helsyne, *V.* 7.
 acorna] *d.* crona, *V.* acrona, *r.* 8. atractyllis, *G.* atractyllis, *r.*
 nisi] *om.* *ER.* 9. esse, *ER.* 11. nec — 12. semine] *om.* *GV.*
 11. quamquam] *d.* quam, *ER.* 12. radici, *GV.* 15. aliud parturit] *om.* *ER.* 16. helisine, *E.* helsine, *r.* 17. a] e, *E.* est e, *R.*
 qua] *E.* aqua, *R.* sativa, *r.* 18. contactum, *ER.* fronde] floret, *ER.*
 21. Et cactos] *Barb.* ectatos, *C.* 22. missi, *GV.* 23. cactus, *ER.* cattus, *r.* 24. quoque] que, *C.* autem] caudem, *ER.* habet] *Schneider.* habent, *C.* 25. pternica] *Barb.* tunica, *ER.* tinica, *r.*
 28. ascaliari, *C.*

alibi iuxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibos, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. at in reliquo orbe genera *duo*. uni cicerculae folia, alteri aculeata. hic et serius floret magisque saepta obsidet villarum. semen ei rotundius, nigrum, in siliqua, alteri harenacium. Spi-
nosorum etiamnum aliud genus anonis. in ramis enim spinas
habet, adposito folio rutae simili, toto caule foliato in modum
coronae. sequitur arata frugibus inimica vivaxque praecipue.

99 (59.) Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut eius quam coronopum vocant. e diverso stat anchusa in-
ficiendo ligno cerisque radicis aptae, stant e mitioribus anthe-
mis et phyllanthos et anemone et aphace. caule foliato est
crepis et lotos.

100 (60.) Differentia foliorum et hic quae in arboribus brevi-
tate pediculi ac longitudine, angustis ipsius foli, amplitudine, 15
iam vero angulis, incisuris, odore, flore. diuturnior hic quibus-
dam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacae, ono-
chili. 17. Multis inter haec aeterna folia sicut quibusdam ar-
borum, in primisque heliotropio, adianto, polio.

101 (61.) Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est *achynops*, 20
alopecuros, stelephuros, — quam quidam ortygem vocant, alii
25, 80 plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas —, *thryal-*
lis. ex his alopecuros spicam habet mollem et lanuginem
densam non dissimilem vulpium caudis, unde et nomen. pro-
xima ei est et stelephuros, nisi quod illa particulatim floret. 25
Cichorion et similia circa terram folia habent germinantia ab
radice post vergilias.

102 (62.) Perdicium et aliae gentes quam Aegypti edunt. no-
men dedit avis id maxime eruens. crassas plurimasque habet

1. cibus, *GV*. cibus, *r*. 1. 2. inclinatos, *GV*. 2. ad] atque, *GV*.
3. duo] *Barb. om. C.* folio, *C.* 5. harenaculum, *R.* heracnaculum,
E. harenatulum, *r*. 6. rariis, *E.* rarinis, *r*. spinis, *ER*. 8. arata
frugibus] *V*¹. rarata (*arra, V*²) frugibus, *GV*². a frugibus aratro, *r*.
vix quae, *GV*. 10. e] *codd. Gron. et, C.* stat] *Gron.* stant, *C.*
12. aphace] *codd. Gel.* apacae, *E.* apace, *r*. foliatae, *ER*. est] *om.*
R. 14. in] et in, *ER*. 15. foliis, *C.* 16. iam vero] *om. ER*.
17. aphacae] *d.* apache, *ER*. apace, *G.* apacae, *V*. 17. 18. onochili]
Hard. onochitae, *G.* onochite, *r*. 19. polio] *Gron.* pholia, *RV*. folia,
r. 20. achynops] *Vid. Theophr. h. pl. 7, 11, 2.* stanipsa, *GV*. stan-
nypi, *r*. 21. stelephuros] *codd. Barb.* stelephyros, *GV*. stelepyros, *r*.
22. 23. thryallis] *Barb.* phryallis, *GV*. priallis, *r*. 24. et] ei et, *R*.
25. ei est et] *Sillig.* et est et, *ER*. est et, *r*. stelephyrus, *V*. stellephy-
rus, *G.* stelepyrus, *r*. 26. germinantia] *Ianus.* germinantibus, *C.*
28. aeliae, *EGV*. genes, *GV*.

radices. item ornithogala caule tenero, candido, semipedali, radice bulbosa, molli, tribus aut quattuor agnatis. coquitur in pulte.

(63.) Mirum loton herbam et aegilopa non nisi post annum e semine suo nasci. mira et anthemidis natura, quod a summo florere incipit, cum ceterae omnes, quae particulatim florent, ab ima sui parte incipiant. 103

(64.) Notabile et in lappa quae adhaerescit, quod in ipsa flos nascitur non evidens sed intus occultus, et intra seminatur velut animalia quae in se pariunt. Circa Opuntem est herba etiam homini dulcis, mirumque e folio eius radicem fieri ac sic eam nasci. 104

(65.) Iasine unum folium habet, sed ita implicatum ut plura videantur. Chondrylla amara est et acris in radice suci. amara et aphace et quae picris nominatur, et ipsa toto anno florens. nomen ei amaritudo inposuit. 105

(66.) Notabilis et scillae crocique natura, quod, cum omnes herbae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in his caulibus prior intellegitur quam folium. et in croco quidem flos inpellitur caule, in scilla vero caulis exit, deinde ex eo flos emergit. eademque ter floret, ut diximus, tria tempora arationum ostendens. 106

(67.) Bulborum generi quidam adnumerant et cypiri, hoc est gladioli, radicem. dulcis ea est et quae decocta panem etiam gratiorem faciat ponderosiorque simul subacta. Non dissimilis ei est quae thesium vocatur, gustu aspera. 107

(68.) Ceterae eiusdem generis folio differunt: asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur et semine tosto et bulbo, set hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito, praeterea tuso cum ficis, praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo. tradunt et ante portas villarum satum remedio esse contra veneficiorum noxiam. asphodeli mentionem et Homerus fecit. radix eius naxis modicis similis est, neque alia numerosior LXXX simul acervatis saepe bulbis. Theophrastus et fere Graeci 108 109

1. ornithogala] *Ianus in praef.* ornithogalae, *E.* ornithogale, *r.*
 tenero] *d.* temero, *GV.* tenedo, *r.* semipedatu, *EV.* semipedata,
R. sempadatu, *G.* 2. *dist.* *Ianus.* 4. mirum — 5. nasci] *om.* *G.*
 4. aegilonpan, *RV.* aegylonpan, *E.* 6. florere] *R.* flore, *r.*
 10. est] *si,* *C.* 11. mirum, *EGV.* 12. sic] *sim,* *ER.* 13. Lasine, *GV.*
L. asine, *r.* 14. chondrylla] *Barb.* achendrylla, *ER.* achendylla, *V.*
 achemdylla, *G.* 15. apace, *EGR.* 19. proprior, *C.* 23. cypiri,
V. cypri, *ER.* 26. ei] *ego.* et, *C.* 29. nomine, *EGV.* 32. et]
 ut et, *ER.* 34. naxis, *ER.*

princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem et saepe duum
 cubitorum, foliis porri silvestris, anthericum vocavere, radicem
 vero, id est bulbos, asphodelum. nostri illud albucum vocant
 et asphodelum assulam regiam, caulis acinosi, ac duo genera
 110 faciunt. Albucum scapus cubitalis, amplius, purus, levis, de quo 5
 Mago praecipit exitu mensis Marti et initio Aprilis, cum florie-
 rit, nondum semine eius intumescente, demetendum findendos-
 que scapos et quarto die in solem proferendos, ita siccati ma-
 111 nipulos faciendos. Idem pistana dicit a Graecis vocari quam
 inter ulvas sagittam appellamus. hanc ab idibus Maiis usque 10
 in finem Octobris mensis decorticari atque leni sole siccati
 iubet, idem et gladiolum alterum quem cypiron vocant et ipsum
 palustrem, Iulio mense toto secari iubet ad radicem tertioque
 die in sole siccati, donec candidus fiat, cotidie autem ante
 solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus dese- 15
 ctis nocturni rores noceant.

112 18. (69.) Similia praecipit et de iunco quem mariscum
 appellant, ad texendas tegetes et ipsum Iunio mense eximi ad
 Iulium medium praecipiens, cetera de siccando eadem quae de
 111 ulva suo loco diximus. Alterum genus iunctorum facit quod 20
 marinum et a Graecis oxyschoenon vocari invenio. tria genera
 eius: acuti, sterilis, quem marem et oxyn Graeci vocant, reli-
 qua feminini ferentis semen nigrum quem melancranim appel-
 113 lant. crassior hic et fruticosior, magisque etiamnum tertius
 qui vocatur holoschoenus. ex his melancranis sine aliis gene- 25
 ribus nascitur, oxys autem et holoschoenus eodem caespite.
 utilissimus ad vitilia holoschoenus, quia mollis et carnosus est.
 fert fructum ovorum cohaerentium modo. nascitur autem et
 is quem marem appellavimus ex semetipso cacumine in terram
 114 defixo, melancranis autem suo semine. alioqui omnium radi- 30
 ces omnibus annis intermoriuntur. usus ad nassas marinas,
 vitilium elegantiam, lucernarum lumina, praecipua medulla,
 amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta ut inciso ventre impleant
 paene unciarum latitudinem, in Aegypto vero cribrorum, longi-

4. assulam] *V.* assulum, *G.* asylam, *E*¹.-assylam, *r.* 5. cubitalis]
cod. Tol. cubitali, *C.* levisque, *GV.* 6. cum] *om.* *EGR.* 8. et]
om. *GV.* 9. tustana, *GV*¹. 10. maiis usque] *d.* maii usque, *V.*
 maius usque, *G.* magisque, *R.* magis quae, *E.* 14. die] *de,* *GV.*
 22. acuti] *d.* acutae, *G.* acute, *r.* oxim, *V.* oxī, *G.* onxym, *E*¹. onxyn,
r. 23. melacrantam, *GV.* melacrantan, *E.* melacranran, *R.* 23. 24. appel-
 lant] vocant, *RV*(?) 25. melanchranis, *G.* melacranis, *ER.* sive, *EGV.*
 28. autem] et autem, *GV.* 32. elegantiam] *d.* elegantium, *r.*
 34. cimbrorum, *V.* umbrorum, *G.* longitudine] *Ianus.* longitudinem, *C.*

tudine non aliis utiliore. Quidam etiamnum unum genus 115
 faciunt iunci trianguli — cyperon vocant — multi vero non
 discerunt a cypiro vicinitate nominis. nos distinguemus utrum-
 que. cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, lauda- 107
 5 tissimus in insulis Creta, dein Naxo et postea in Phoenice.
 Cretico candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phoenicio
 exiguum spirans, nullus Aegyptio, nam et ibi nascitur. Discutit 116
 duritias corporum. iam remedia enim dicemus, quoniam et
 florum odorumque generi est magnus usus in medicina. quod
 10 ad cypiron attinet, Apollodorum quidem sequar qui negabat
 bibendum, quamquam professus efficacissimum esse adversus
 calculos *hos* eo movet. feminis quidem abortus facere non
 dubitat, mirumque tradit barbaros suffitum huius herbae exci-
 pientis ore lienes consumere et non egredi domibus nisi ab
 15 hoc suffitu. vegetiores enim firmioresque sic etiam in dies fieri.
 intertriginum et alarum vitiiis perfrictionibusque cum oleo in-
 litum non dubie mederi.

(70.) Cyperos iuncus est, qualiter diximus, angulosus, iuxta 117
 terram candidus, cacumine niger pinguisque. folia ima porra- 115
 20 ceis exiliora, in cacumine minuta, inter quae semen est. radix
 olivae nigrae similis, quam, cum oblonga est, cyperida vocant,
 magni in medicina usus. Laus cypero prima Hammoniaco,
 secunda Rhodio, tertia Theraeo, novissima Aegyptio, quod et
 confundit intellectum, quoniam et cypiros ibi nascitur. sed
 25 cypiros durissima vixque spirans, ceteris odor et ipsis nardum
 imitans. Est et per se Indica herba quae cypira vocatur, zin-
 giberis effigie. commanducata croci vim reddit. Cypero vis 118
 in medicina psilotri. inlinitur pterygis ulceribusque genitalium
 et quae in umore sunt omnibus, sicut oris ulceribus. radix
 30 adversus serpentium ictus et scorpionum praesentis remedi est.
 vulvas aperit pota. largiori tanta vis ut expellat eas. urinam
 ciet et calculos, ob id utilissima hydropicis. inlinitur et ulceri-
 bus quae serpunt, sed his praecipue quae in stomacho sunt, e
 vino vel aceto inlita.

35 (71.) Iunci radix in tribus heminis aquae decocta ad ter- 119

1. utiliore] *Ianus*. viliorem, *E*. utiliore, *r*. 3. vicinitatem, *GRV*.
 5. in] *om*. *EGV*. 8. dicimus, *GV*. quoniam] *V*. et quoniam,
r. 12. hos eo movet] *ego*. os eo (eos, *ER*) fovet, *C*. 14. ab] *R*.
 ad, *r*. 15. suffito, *GV*. in dies] *d*. in die, *GV*. *om*. *r*. 20. inter]
 inter est, *ER*. 23. theraeo] *V*(?) *Salm*. thereon, *G*. thechreon, *E*.
 thaechreon, *R*. quod] *d*. que, *r*. 24. confudit, *GV*. 28. illinitur,
V. invenitur, *ER*. 29. umore] numero, *GV*. 30. ictus] cuius, *ER*.
 praesenti, *ERV*. remedii, *E*. remedio, *V*. 31. ut] *om*. *ER*.
 33. praecipua, *C*.

tias tussi medetur. semen tostum et in aqua potum sistit et alvum et feminarum menses, capitis dolores facit qui vocatur holoschoenus. quae proxima sunt radicis commanducantur adversus araneorum morsus. inveno etiamnum unum iunci genus quod *euripicen* vocant. huius semine somnum adlici, set modum servandum ne sopor fiat.

120 (72.) *Obiter* et odorati iunci medicinae dicentur, quoniam
12, 104 et in Syria Coele, ut suo loco rettulimus, nascitur. laudatissimus ex Nabataea cognomine *teuchitis*, proximus *Babylonius*, pessumus ex Africa ac sine odore, est autem rotundus, virosae mordacitatis ad linguam. sincerus in confricando odorem rosae emittit rubentibus fragmentis. discutit inflationes, ob id stomacho utilis bilemque reicientibus. singultus sedat, ructus movet, urinam ciet, vesicae medetur. ad muliebres usus decoquitur. opisthotonicis cum resina arida inponitur exalta-
15 ctoria vi.

121 (73.) *Rosa* adstringit, refrigerat. usus eius dividitur in folia et flores et capita. foliorum partes quae sunt candidae ungues vocantur. in flore aliud est semen, aliud capillus, in capite aliud cortex, aliud calix. folium siccatur aut tribus modis exprimitur: per se, cum ungues non detrahuntur — ibi enim umoris plurimum — aut cum detractis unguibus reliqua
122 pars aut oleo aut vino maceratur in sole vasis vitreis. quidam et salem admiscent, nonnulli et anchusam aut aspalathum aut iuncum odoratum, quia talis maxime prodest vulvae ac dysin-
25 tericis. exprimuntur eadem folia detractis unguibus trita per linteum spissum in aereum vas, lenique igni succus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. ad haec eligi oportet odoratissima
123 quaeque folia. 19. Vinum quomodo fieret e rosa diximus inter
14, 106 genera vini. usus suci ad aures, oris ulcera, gingivas, tonsillas gargarizati, stomachum, vulvas, sedis vitia, capitis dolores — in febris per se vel cum aceto — somnos, nausias. folia uruntur in calliblepharum, et siccis femina adsparguntur. epiphoras quoque arida leniunt. flos somnum facit, inhibet flu-

1. sistit et] sistit et in, *ER*. sistitit, *r*. 2. qui] *d. om. r*. 5. euripicen] *Dioscor. 4, 52. trepicem, R. trepicem, r. allici, GV. alio, R. dlio, E.* 6. serunt dum, *ER*. 7. obiter] *Pint. obit, G. ob id, r.* 9. teuchitis] *Dioscor. 1, 16. theucitis, GV. teucitis, E. teuticis, R.* 10. virosae] *Urlichs vind. 465. vinosae, C.* 13. ibidemque, *ER*. sedat] *d. sedet, r.* 14. mulieres, *EGV*. 16. vi] *Sillig. ute, E. ut, r.* 18. et capita] *codd. Hard. capitata, G. capita, r. sunt] om. ER.* 23. sale, *EGR*. 28, mullis, *ER*. 31. *dist. Ianus.* gargarizati] *Pint. gargarizatis, C.* 32. *dist. Ianus.* 33. utuntur, *ER*. feminae, *d. phaemina, R. phemina, r.* 34. liniunt, *G. veniunt, ER*.

ctiones mulierum, maxime albas, in posca potus et sanguinis
 excreationes, stomachi quoque dolores *cyathus* in vini *cyathis*
 tribus. Seminis optimum crocinum, nec anniculo vetustius, et 124
 in umbra siccatum. nigrum inutile. dentium dolori inlinitur,
 5 urinam ciet, stomacho inponitur, item igni sacro non veteri.
 naribus subductum caput purgat. capita pota ventrem et san-
 guinem sistunt. ungues rosae epiphoris salubres sunt. ulcera
 enim oculorum rosa sordescunt, praeterquam initiis epiphorae,
 ita ut arida cum pane inponatur. folia quidem intus stomachi 125
 10 rosionibus et *vitiis* ventris aut intestinorum utilissima et prae-
 cordiis, vel inlita. cibo quoque lapathi modo condiuntur. ca-
 vendus in his situs celeriter insidens. et aridis aut expressis
 aliquis usus. diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita
 ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. silve-
 15 stris pilulae cum adipe ursino alopecias emendant.

(74.) Lili radices multis modis florem suum nobilitant, 126
 contra serpentium ictus ex vino potae et contra fungorum ve-
 nena. propter clavos pedum in vino decocuntur triduoque
 non solvuntur. cum adipe aut oleo decoctae pilos quoque adustis
 20 reddunt. e mulso potae inutilem sanguinem cum alvo trahunt,
 lienique et ruptis vulsis prosunt et mensibus feminarum, in vino
 vero decoctae inpositaeque cum melle nervis praecisis. meden- 127
 tur contra lichenas et lepras, et furfures in facie emendant,
 erugant corpora. cum *polio* folia in aceto cocta vulneribus
 25 inponuntur, si testium, melius cum hyoscyamo et farina tritici.
 semen inlinitur igni sacro, flos et folia ulcerum vetustati, succus
 qui flore expressus est — ab aliis mel vocatur, ab aliis sy-
 rium — ad emolliendas vulvas sudoresque faciendos et sup-
 purationes concoquendas.

(75.) Narcissi duo genera in usum medici recipiunt, pur- 128
 pureo flore et alterum herbaceum, hunc stomacho inutilem et
 ideo vomitorium alvosque solventem, nervis inimicum, caput
 gravantem et a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero.
 utriusque radix mulsei saporis est. ambustis prodest exiguo e 129
 35 melle, sic et vulneribus et luxatis, panis vero cum melle et
 avenae farina. sic et infixi corpori extrahit. in polenta tritus

2. *cyathus*] *ego*. quantum, *ER*. tantum, *r*. 4. siccatur, *ER*.
 5. ciunt, *GI*¹. cient, *r*. 10. *vitiis*] intus, *C*. ventri, *GV*. 15.
 emendat, *EGR*. 21. rupsis vulsis, *E*. ulsis (vulvis, *V*²) ruptis, *GV*.
 23. *dist. Ianus*. 24. *polio* folia] *Sillig*. *polio*, *Gron*. folio, *G*. folia,
r. 25. mellis, *ER*. 27. qui] *d*. que, *r*. *dist. Ianus*. 29.
 coquendas, *ER*. 30. usu, *EV*. visu, *R*. 32. inamicum, *EGV*.
 34. exiguo e] *Sillig*. exigue, *R*. exiguo, *r*.

oleoque contusis medetur et lapide percussis. purgat vulnera permixtus farinae, nigras vitilignes emaculat. ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias, calfacienda quae alserint, auribus utilissimum, sed et capitis dolores facit.

130 (76.) *Violae silvestres et sativae. purpureae refrigerant. 5*
 contra inflammationes inlinuntur stomacho ardenti. inponuntur et capiti in fronte, oculorum privatim epiphoris et sede procidentevolvave et contra suppurationes. crapulam et gravedines capitis inpositis coronis olfactuque discutunt, anginas ex aqua potae. id quod purpureum est ex his comitialibus medetur, 10
 131 maxime pueris, in aqua potum. semen violae scorpionibus adversatur. contra flos albae suppurata aperit, ipsa discutit. et alba autem et lutea extenuat menses, urinam ciet. minor vis est recentibus, ideoque aridis post annum utendum. lutea dimidio cyatho in aquae tribus menses trahit. radices eius cum 15
 aceto inlitae sedant lienem, item podagram, oculorum autem inflammationes cum murra et croco. folia cum melle purgant capitis ulcera, cum cerato rimas sedis et quae in umidis sunt, ex aceto vero collectiones sanant.

132 (77.) *Baccar* in medicinae usu aliqui ex nostris perpres- 20
 sam vocant. auxiliatur contra serpentes, capitis dolores fervoresque, item epiphoras. inponitur in mammis tumentibus a partu et aegilopis incipientibus ignibusque sacris. odor somnum gignit. radicem decoctam bibere spasticis, eversis, con- 25
 133 volsis, suspiriosis salutare est. in tussi veteri rami eius tres quattuorve decocuntur ad tertias partes. haec potio mulieres ex abortu purgat. laterum punctiones tollit et vesicae calculos. tunditur cum lilio in diapasmata. vestibus odoris gratia inse- 30
 30 ritur. *Combretum* quod simile ei diximus tritum cum axungia vulnera miré sanat. 30

134 (78.) *Asarum iocinerum* vitii salutare esse traditur un-
 cia sumpta in hemina mulsi mixti. alvum purgat ellebori modo, hydropicis prodest et praecordiis vulvisque ac morbo regio. in mustum si addatur, facit vinum urinis ciendis. effoditur cum folia emittit, siccatur et conditur in umbra. situm celerrime 35
 sentit. 35

3. ad emolliendas] eadem molliendas, *G.* eadam emolliendas, *V.*
 4. utilissima, *ER.* 13. extenuant, *ERV.* urinam] *om.* *ER.*
 ciet] et, *GV.* 14. visa, *ER.* 15. aqua, *C.* 19. mero, *GV.*
 20. 21. perpensam, *ER.* 25. rami] radices, *E.* radicem, *R.* 27. et] *om.*
ER. calculos] *d.* calculos tollit, *r.* 28. lilio in diapasmata] *lanus.*
 diligentia paemata *GV.* diapasmata, *r.* 31. anserum. *GV.* 31. 32. uncia]
d. ungia, *V.*¹. unguas, *G.* axungia, *r.* 35. mittit, *EGV.* et conditur]
E. et foditur, *RV.*². effoditur, *r.*

20. (79.) Et quoniam quidam, ut diximus, nardum rusti- 135
cum nominavere radicem baccaris, contexamus et Gallici nardi 29
remedia in hunc locum dilata in peregrinis arboribus. ergo 12, 45
adversus serpentes duabus drachmis in vino succurrit, inflatio-
nibus coli vel ex aqua vel ex vino, item iocineris et renium
5 suffusisque felle, et hydropicis per se vel cum absinthio. si-
stit purgationum mulierum impetus.

(80.) Eius vero quod phun eodem loco appellavimus radix 136
datur potui trita vel decocta ad strangulatus vel pectoris do-
lores vel laterum quoque. menses ciet. bibitur cum vino.

(81.) Crocum melle non solvitur nulloque dulci, facillime 137
autem vino aut aqua. utilissimum in medicina. adservatur cor-
nea pyxide. discutit inflammationes omnes quidem, sed ocu-
lorum maxime, ex ovo intus, vulvarum quoque strangulatus,
15 stomachi exulcerationes, pectoris et renium, iocinerum, pulmo-
num vesicarumque, peculiariter inflammationi earum vehementer
utile, item tussi et pleuriticis. tollit et pruritus, urinas ciet. 138
qui crocum prius biberint crapulam non sentient, ebrietati re-
sistent. coronae quoque ex eo mulcent ebrietatem. somnum
20 facit, caput leniter movet, venerem stimulat. flos eius igni
sacro inlinitur cum creta Cimolia. ipsum plurimis medicami-
nibus miscetur.

(82.) Collyrio uni etiam nomen dedit. faex quoque ex- 139
pressi unguento crocino quod crocomagma appellant habet
25 suas utilitates contra suffusiones oculorum, urinas. magis ex-
calfacit quam crocum ipsum. optimum quod gustatu salivam
dentesque maxime inficit.

(83.) Iris rufa melior quam candida. infantibus eam cir- 140
cumligari salutare est, dentientibus praecipue et tussientibus
30 taeniarumve vitio laborantibus instillari. ceteri effectus eius
non multum a melle differunt. ulcera purgat capitis, praecipue
suppurationes veteres. alvum olvit duabus drachmis cum melle,
tussim, tormina, inflationes pota, lienes ex aceto. contra ser- 141
pentium et araneorum morsus ex posca valet, contra scorpio-
35 nes duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur,
contra canum morsus ex oleo inponitur et contra perfrictiones.
sic et nervorum doloribus, lumbis vero et coxendicibus cum

3. dilata] *d.* delata, *ER.* deluta, *r.* 6. felle] *om.* *ER.* 9. stran-
gulatus] *d.* stragularis, *E.* stringularis, *G.* strangularis, *r.* 14. intus]
Ianus. in, *C.* 23. uni] vini, *ER.* faex] *V.* sex, *G.* ex, *r.* 24.
crocomagna, *V*¹. crocomagno, *EGR.* 25. magis] *GV.* 29. prae-
cipua, *ER.*

resina inlinitur. vis ei concalfactoria. naribus subducta ster-
 142 numenta movet caputque purgat. dolori capitis cum cotoneis
 malis aut strutheis inlinitur. crapulas quoque et orthopnoeas
 discutit. vomitiones ciet duobus obolis sumpta. ossa fracta
 extrahit, inposita cum melle. ad paronychia farina eius utuntur, 5
 in vino ad clavos et verrucas, triduoque non solvitur. halitus
 oris commanducata abolet alarumque vitia. suco duritias om-
 nes emollit. somnum conciliat, sed genituram consumit. se-
 dis rimas et condylomata omniaque in corpore excrescentia sanat.
 143 Sunt qui silvestrem xyrim vocent. strumas haec vel panos vel 10
 inguina discutit. praecipitur ut sinistra manu ad hos usus eruatur
 144 colligentesque dicant cuius hominis utique causa eximant. scelus
 herbariorum aperietur et in hac mentione. partem eius servant
 et quarundam aliarum herbarum, sicuti plantaginis, et si parum
 mercedis tulisse se arbitrantur rursusque opus quaerunt, partem 15
 eam quam servavere eodem loco infodiunt, credo, ut vitia quae
 sanaverint faciant rebellare. Saliunca radix in vino decocta
 sistit vomitiones, corroborat stomachum.
 145 (84.) Polio Musaeus et Hesiodus perungui iubent digna-
 tionis gloriaeque avidos, polium tractari, coli, polium contra 20
 venena haberi, contra serpentes substerni, uri, portari, medici
 in vino decoqui recens vel aridum, inlinique. splenicis pro-
 pinant ex aceto, morbo regio in vino, et hydropicis incipienti-
 146 bus in vino decoctum, vulneribus quoque sic inlinunt. secundas
 mulierum partusque emortuos pellit, item dolores corporis. 25
 vesicas inanit, epiphoris inlinitur. nec magis alia herba con-
 venit medicamento quod alexipharmacum vocant. stomacho
 tamen inutile esse caputque eo impleri et abortum fieri puto.
 147 aliqui negant et religionem addunt, ubi inventum sit, protinus
 adalligandum contra oculorum suffusiones, cavendumque ne 30
 terram attingant. hi et folia eius thymo similia tradunt, nisi
 quod molliora sunt et lanatiore canitie. cum ruta silvestri et
 si teratur ex aqua caelesti, aspidas mitigare dicitur, et non se-
 cus atque cyanus adstringit et cohibet vulnera prohibetque serpere.

4. facta, *GV*. 5. utuntur] utuntur teruntur, *GV*. 6. solvit, *C*.
 10. syrin. *ER*. haec vel] haec, *GV*. 11. eruatur] *cod. Tol.*
 servatur, *ERV*¹. servetur, *V*². ut servatur, *G*. 13. aperitur, *ERV*.
 et] *om.* *ER*. partes, *GV*. 16. eidem, *GV*. 19. pollio, *C*.
 20. polium] *d.* pollum, *r*. 21. substerni, uri] *d.* substernit (substerni
 et, *V*) uri (turi, *G*)*r*. medici] *om.* *GV*. 22. inlinique] inlinique vel,
C. 25. mortuos, *GV*. et mortuos, *r*. repellit, *E*. sepellit, *R*.
 26. inanit] *d.* inaniet, *ER*. inant, *G*. aniant et, *V*¹. anet, *V*². 28. poto,
ER. *dist. ego.* 29. et] ad, *ER*. 31. simili, *ER*. 33. et] ut, *C*.
 34. atque] *d.* aque, *R*. aqua, *V*. aquae, *r*.

(85.) Holochrysos medetur stranguriae in vino, et ocu- 148
lorum epiphoris inlitis, cum faece vero vini cremata et polenta
lichenas emendat. Chrysocomes radix calfacit et adstringit.
datur potui ad iocinerum vitia, item pulmonum, vulvae dolores
5 in aqua mulsa decocta. ciet menstrua, et si cruda detur,
hydropicorum aquam.

(86.) Melissophyllo sive melittaena si perunguntur alvi, 149
non fugient apes, nullo enim magis flore gaudent. scopis eius
examina facillime continentur. idem praesentissimum est contra
0 ictus earum vesparumque et similium, sicut araneorum, item
scorpionum, item contra volvarum strangulationes addito nitro,
contra tormina e vino. folia eius strumis inlinuntur et sedis 150
vitiis cum sale. decoctae succus feminas purgat et inflamma-
tiones discutit et ulcera sanat. articularios morbos sedat canis-
5 que morsus. prodest dysintericis veteribus et coeliacis, ortho-
pnoicis, lienibus, ulceribus thoracis. caligines oculorum suco
cum melle inungui eximium habetur.

(87.) Melilotos quoque oculis medetur cum luteo ovi aut 151
lini semine. maxillarum quoque dolores lenit et capitis cum
0 rosaceo, item aurium e passo quaeque in manibus intumescant
vel erumpant, stomachi dolores in vino decocta vel cruda tri-
taque. idem effectus et ad vulvas, ad testes vero et sedem
prociduum quaeque et alia ibi sint vitia recente ex aqua decocta
vel ex passo. adiecto rosaceo inlinitur ad carcinomata. de-
25 fervescit in vino dulci. peculiariter et contra meliceridas efficax.

21. (88.) Trifolium scio credi praevalere contra serpentium 152
et scorpionum ictus ex vino aut posca, seminis granis XX potis
vel foliis et tota herba decocta, serpentesque numquam in
trifolio aspici, praeterea a celebratis auctoribus contra omnia
30 venena pro antidoto sufficere XXV grana eius quod minyanthes
ex eo appellavimus tradi, multa alia praeterea in remediis eius 54
adscribi. sed me contra sententias eorum gravissimi viri au- 153
ctoritas movet, Sophocles enim poeta venenatum id dicit, Simos

2. inlitis, *GV*. 3. emendant, *GV*. 5. ciet] e, *ER*. 7. me-
littaena] *d.* melitena, *GV*. malitiaena, *E*. melitiae, *R*. 8. fugiunt, *E*¹.
fugiant, *R*. vagis, *ER*. *om.* *V*. copis, *E*. topi, *R*. eius] tius, *E*.
istius, *RV*. 12. tormina e] tormina, *V*². tormine, *r*. 18. Melilotos]
Contra melilotos, *C*. ovi] *codd. det.* cui, *G*. cum, *r*. aut] *cod.*
Tol. autem, *C*. 22. eidem, *GV*. ad testes] *G*. testes, *r*. 23. et
alia] *om.* *ER*. recente] *Ianus.* recentem, *C*. aquam, *G*. deco-
ctam, *GV*. 25. dulci] *om.* *GV*. 28. tota herba decocta] *d.* totam
herbam decoctam, *r*. 29. a] *om.* *ER*. 30. quod] *om.* *ER*. 31. tradi]
Barb. tradidi, *ER*. tradidit, *r*. eius] et his, *GV*. 32. 33. auctori-
tates, *E*. auctoritate, *R*. 33. issimos, *GV*.

quoque ex medicis, decocti aut contriti sucum infusum corpori easdem uredines facere quas si percussis a serpente inponatur. ergo non aliter utendum eo quam contra venena censuerim. fortassis enim et his venenis inter se contraria sit natura sicut multis aliis. item animadverto semen eius cuius minima sint 5 folia utile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam in facie inlitum.

- 154 (89.) Thymum colligi oportet in flore, et in umbra sic-
cari. duo autem sunt genera eius: candidum radice lignosa,
in collibus nascens, quod et praefertur, alterum nigrius floris- 10
que nigri. utraque oculorum claritati multum conferre existi-
mantur et in cibo et in medicamentis, item diutinae tussi,
155 ecligmate faciles excreationes facere cum aceto et sale, sanguinem
concreescere non pati e melle, longas faucium destillationes
extra inlita cum sinapi extenuare, item stomachi et ventris 15
vitia. modicis tamen utendum est, quoniam excalfaciunt, qua
vi sistunt alvum, quae si exulcerata sit, denari pondus in sex-
tarium aceti et mellis addi oportet, item si lateris dolor sit,
aut inter scapulas aut in thorace. praecordiis medentur ex
aceto cum melle, quae potio datur et in alienatione mentis ac 20
156 melancholicis. datur et comitialibus quos correptos olfactu
excitat thymum. aiunt et dormire eos oportere in molli thymo.
prodest et orthopnoicis et anhelatoribus mulierumque mensibus
retardatis, vel si emortui sint in utero partus; decoctum in
aqua ad tertias, et viris vero contra inflationes cum melle et 25
aceto, et si venter turgueat testesve, aut si vesicae dolor exigat.
157 e vino tumores et impetus inpositum tollit, item cum aceto
callum et verrucas. coxendicibus inponitur cum vino, articularis
morbis et luxatis tritum ac lanae inspersum ex oleo, ambustis
cum adipe suillo. dant et potionem articularis novis trium 30
obolorum pondere in tribus cyathis aceti et mellis, et in fastidio
tritum cum sale.

- 158 (90.) Hemerocalles pallidum e viridi et molle folium habet,

1. decocti aut] *E.* decocta (decocū, *R*) aut (ut, *V*)*r.* corporis,
ER. 2. qua, *C.* 6. utilem, *C.* mulierem, *GV.* gratiam in]
gratia in, *ER.* gratiam, *r.* 10. 11. floresque, *GV.* 13. eligmate, *C.*
15. extenuari, *GV.* 16. quoniam] condilonam, *R.* condylonam, *E.*
17. sit] sunt. *E*¹. sint, *r.* 18. oporteat, *C.* 20. alienatione] elationem,
GV. 21. olfactu] *V*². olfacto, *V*¹. alfacto, *G.* olfactus, *r.* 22. thymo,
V. 23. anhelatoribus] *Pint.* anhelationis, *ER.* anhelatoriis, *V.* alena-
toris, *G.* 25. viri, *ER.* 26. testesque, *RV*(?) 27. vino] *om.* *ER.*
29. ambustis — 30. suillo] *om.* *ER.* 30. novis] *Gron.* bonis, *C.*
31. et in] in, *GV.* 33. Phemero calles, *C.*

radice odorata, quae bulbosa cum melle inposita ventri aquas pellit et sanguinem etiam inutilem. folia epiphoris oculorum mammillarumque post partum doloribus inlinuntur.

(91.) Helenium ab Helena, ut diximus, natum favere cre- 159
ditur formae, cutem mulierum in facie reliquoque corpore nu- 59
trire incorruptam. praeterea putant usu eius quandam ita
gratiam his veneremque conciliari. adtribuunt et hilaritatis
effectum eidem potae in vino eumque quem habuerit nepenthes
illud praedicatum ab Homero, quo tristitia omnis aboleretur.
0 est autem suci praedulcis. prodest et orthopnoicis radix eius
in aqua ieiunis pota. est autem candida intus et dulcis. bibitur
et contra serpentium ictus ex vino. mures quoque contrita
dicitur necare.

(92.) Habrotonum duorum traditur generum, campestre 160
5 ac montanum. hoc feminam, illud marem intellegi volunt.
amaritudo absinthi in utroque. Siculum laudatissimum, dein
Galaticum. usus et foliis, sed maior semini ad excalfaciendum,
ideo nervis utile, tussi, orthopnoeae, convulsis, ruptis, lumbis,
urinae angustiis. datur bibendum manualibus fasciculis deco-
10 ctis ad tertias partes. es his quaternis cyathis bibitur. datur 161
et semen tusum in aqua drachmae pondere. prodest et vulvae.
concoquit panos cum farina hordeacia et oculorum inflamma-
tioni inlinitur cotoneo malo cocto. serpentes fugat. contra 162
ictus earum bibitur cum vino inliniturque, efficacissimum contra
25 ea quorum veneno tremores et frigus accidunt, ut scorpionum
et phalangiorum, et contra venena alia pota prodest et quoquo
modo argentibus et ad extrahenda ea quae inhaereant corpo-
ribus. pellit et interaneorum mala. ramo eius, si subiciatur
pulvino, venerem stimulari aiunt, efficacissimamque esse herbam
30 contra omnia veneficia quibus coitus inhibeatur.

22. (93.) Leucanthemum suspiriosis medetur duabus par- 163
tibus aceti permixtum. Sampsuchum sive amaracum in Cypro
laudatissimum et odoratissimum scorpionibus adversatur ex aceto
ac sale inlinitum. menstruis quoque multum confert inpositum.

1. radice] *R.* nec (*ne, E*) radice, *r.* 2. inugilem, *ER.* 3. dolo-
ribus] *om. EGR.* 6. ita] *tam, ER.* 8. nepentes, *C.* 9. illum
praccidatum, *GV.* quod, *GV.* aboleretur] *d. aboletur, GV.* abole-
tus, *r.* 10. radix] *tradicio, E. traditio, R.* 11. pota. est] *potest, ER.*
candida] *d. candidus, r.* 15. intellegentibus, *G.* volumus, *E.*
nolumus, *R.* 18. convulsis, ruptis] *vulsis (vulfis, R. vulvis, V²) cor-*
ruptis, *C.* 20. bibuntur, *EGV.* 21. vulsae, *ER.* 22. pani, *ER.*
25. ut] *R. et, GV.* 27. et ad] *d. et, R. est, G. est et, V.* extra-
hendi, *C.* 28. inter araneorum, *GV.*

minor eidem poto vis. cohibet et oculorum epiphoras cum polenta. sucus decocti tormina discutit. et urinis et hydro-picis utile. movet et aridum sternumenta. fit ex eo et oleum quod *sampsuchinum* vocatur aut *amaracinum* ad excalfaciendos molliendosque nervos, et vulvas calfacit. et folia suggillatis 5 cum melle et luxatis cum cera prosunt.

164 23. (94.) Anemonas coronarias tantum diximus, nunc red-
 64sq. demus et medicas. Sunt qui *phrenion* vocent. duo eius genera:
 prima silvestris, altera cultis nascens, utraque sabulosis. huius
 plures species, aut enim *phoenicium* florem habet, quae et co- 10
 piosissima est, aut purpureum aut lacteum. harum trium folia
 apio similia sunt, nec temere semipedem altitudine excedunt,
 165 cacumine asparagi. flos numquam se aperit nisi vento spirante,
 unde et nomen accepere. silvestri amplitudo maior latioribus-
 que foliis, flore *phoenicio*. hanc errore ducti *argemonen* putant 15
 19, 168 multi, alii rursus *papaver* quod *rhoean* vocavimus. sed distin-
 ctio magna, quod utraque haec postea florent, nec aut sucum
 illarum anemonae reddunt aut calyces habent nec nisi asparagi
 cacumen. prosunt anemonae capitis doloribus et inflamma-
 tionibus, vulvis mulierum, lacti quoque. et menstrua cient cum 20
 166 tisana sumptae aut vellere adpositae. radix commanducata
 pituitam trahit, dentes sanat, decocta oculorum epiphoras et
 cicatrices. Magi multum quidem iis tribuere, quamprimum
 aspiciatur *in* anno tolli iubentes dicique colligi eam tertianis
 et quartanis remedio, postea adligari florem panno russeo et 25
 in umbra adservari, ita, cum opus sit, adalligari. quae ex his
phoenicium florem habet radice contrita cuicumque animalium
 inposita ulcus facit styptica vi. et ideo expurgandis ulceribus
 adhibetur.

167 24. (95.) Oenanthe herba nascitur in petris, folio pasti- 30
 naciae, radice magna, numerosa. caulis eius et folia cum melle
 ac vino nigro pota facilitatem pariendi praestant secundasque
 purgant, tussim e melle tollunt, urinam cient. radix et vesicae
 vitiis medetur.

168 25. (96.) Heliochrysum alii *chrysanthemum* vocant, ramulos 35

3. movet e, *R.* movet, *r.* 4. *samsusinum*, *V.* *samsucinum*, *r.*
 5. et folia] *R.* folia, *r.* 8. *fremion*, *RV.* *fremeon*, *G.* 11. *tria*, *GV.*
 12. *semipedem*] *d.* *semipede*, *R.* *semipide*, *r.* 16. *alia*, *GV.*
rhyan, *GV.* *rbyn*, *R.* 23. *magi*] *magni*, *GV.* *magnum*, *R.* *quiddam*,
C. 24. *in*] *Urlichs vind.* 469. *eo*, *C.* 28. *ulcus*] *V.* *ulcerum*, *r.*
 33. *e*] *om.* *R.* 35. *helycrisum*, *G.* *elychryssum*, *R.* *helychryssum*, *V.*
chrysanthemum] *Dioscor.* 4, 57. *chrysanthon*, *V.* *crysanton*, *G.* *chrys-*
saton, *R.*

habet candidos, folia subalbida, habrotono similia, ad solis re-
 percussum aureae lucis in orbem veluti corymbis dependentibus,
 qui numquam marcescunt, qua de causa deos coronant illo,
 quod diligentissime servavit Ptolomaeus Aegypti rex. nascitur
 in frutectis. ciet urinas e vino pota et menses. duritias et 169
 inflammationes discutit, ambustis cum melle inponitur. contra
 serpentium ictus et lumborum vitia bibitur. sanguinem con-
 cretum ventris aut vesicae absumit cum mulso. folia eius
 trium obolorum pondere sistunt profluvia mulierum in vino
 albo. vestes tuetur odore non ineleganti.

26. (97.) Hyacinthus in Gallia maxime provenit. hoc ibi 170
fuco hyginum tingunt. radix est bulbacea, mangonicis venali-
 cis pulchre nota, quae e vino dulci inlita pubertatem coercet
 et non patitur erumpere. torminibus et araneorum morsibus
 resistit. urinam impellit. contra serpentes et scorpiones mor-
 bumque regium semen eius cum habrotono datur.

(98.) Lychnis quoque flammea illa adversus serpentes et 171
 scorpiones et crabrones similiaque bibitur e vino semine trito.
 silvestris eadem stomacho inutilis. alvum solvit, ad detrahen-
 dam bilem efficacissima duabus drachmis, scorpionibus tam
 contraria ut omnino visa ea torpescant. radicem eius Asiani
 boliten vocant, qua adalligata oculo albugines tolli dicuntur.

27. (99.) Et vicapervica sive chamaedaphne arida tusa 172
 hydropicis datur in aqua cocleari mensura, celerrimeque red-
 dunt aquam. eadem decocta in cinere sparsa vino tumores
 siccant. auribus suco medetur. alvinis inposita plurimum prod-
 esse dicitur.

(100.) Rusci radix decocta bibitur alternis diebus in cal- 173
 colorum valitudine et tortuosiore urina vel cruenta. radicem
 pridie erui oportet, postero mane decoqui, ex eo sextarium
 vini cyathis duobus misceri. sunt qui et crudam radicem
 tritam ex aqua bibant, et in totum ad virilia cauliculis eius ex
 aceto tritis nihil utilius putant.

(101.) Batis quoque alvom mollit. inlinitur podagricis 174
 cruda et contunsa. Acinon et coronarum causa et ciborum
 Aegyptii serunt, eademque erat quae ocimum, nisi hirsutior ra-

8. folio, *G.* 12. fuco] *Gron. loco, C.* tinguit, *R.* est] eius,
G. mangonisuis, *G.* 15. 16. morborumque, *GR.* 17. Lychnis] contra
 lychnis (lychinis, *G*)*C.* 18. scabrones, *R.* e vino] *Dioscor. 3, 104.*
 vini, *R.* lini, *r.,* 21. visi, *R*¹. viso, *G.* ea] *om. R.* radicem —
 22. vocant] *om. G.* 22. boliten] *d. boliter, R. voliten, V.* 28. rusci]
V. rusticis, R. 30. posterior, *R.* sextario, *C.* 32. eius] *V. vino,*
R. 34. beatis, *R.* 35. cruda] *tura, R.*

mis ac foliis esset et admodum odorata. ciet et menses et urinas.

28. (102.) Colocasia Glaucias acria corporis leniri putavit et stomachum iuvari.

175 29. (103.) Anthali quod Aegyptii edunt nullum alium re-
peri usum. sed est herba anthyllum quam alii anthyllum
vocant, duorum generum: foliis et ramis lenticulae similis, palmi
altitudine, sabulosis apricis nascens, subsalsa gustanti. altera
chamaepityi similis, brevior et hirsutior, purpurei floris, odore
gravis, in saxosis nascens. prior volvis aptissima, ex rosaceo
ac lacte inposita, et volneribus. bibitur in stranguria renium-
que harenis tribus drachmis. altera bibitur in duritia volvarum
et in torminibus et in comitiali morbo cum melle et aceto
quattuor drachmis.

176 30. (104.) Parthenium alii leucanthes, alii amaracum
vocant, Celsus apud nos perdicium et muralem. nascitur in
hortorum saepibus, flore albo, odore mali, sapore amaro. ad
insidendum decocta in duritia volvarum et inflammationibus,
sicca cum melle et aceto inposita bilem detrahit atram. ob
hoc contra vertigines utilis et calculosis. inlinitur et sacro
igni, item strūmis cum axungia inveterata. Magi contra ter-
tianas sinistra manu evelli eam iubent dicitque cuius causa
vellatur nec respicere, dein eius folium aegri linguae subicere
ut mox in cyatho aquae devoretur.

177 31. (105.) Trychno, quam quidam strychnon scripsere,
utinam ne coronarii in Aegypto uterentur, quos invitat hede-
rae foliorum similitudo in duobus eius generibus, quorum al-
terum cui acini coccini granosi in folliculis, halicacabon vocant,
alii callion, nostri autem vesicariam, quoniam vesicae et cal-
culis prosit. frutex est surculosus verius quam herba, folliculis
magnis latisque et turbinatis grandi intus acino, qui maturescit
178 Novembri mense. tertio folia sunt ocimi, minime diligenter
demonstrando remedia, non venena, tractantibus, quippe in-

6. sed] et, *R.* quam] *d.* quem, *r.* 7. palme, *R.* 10. ex]
et ex, *R.* 12. arenis] *Gron.* anseris, *C.* 15. parthenium] contra
parthenium, *Vd.* amaracum] *Salm.* amnacum, *C.* 16. pellecium,
R. muralem] *cod. Chiff.* muraleum, *C.* 18. insidendum] *d.* inse-
dendum, *r.* decoctae, *C.* 21. magi] *agi, V.* 23. dein eius] *d.*
cuius, *R.* dein, *V.* lingua, *Rd.* 25. trychno] *cod. Chiff.* trychne,
RV. tricnum, *d.* strychnon] *cod. Chiff.* sthrynum, *V.* strhyinum, *R.*
strycnum, *d.* 26. ne] *Sillig coni.* nec, *C.* 28. coccinei, *V.*
granos, *R.* in] *d. om. r.* folliculi, *R.* halicacabon] *d.* alii cacca-
bon (caccabum, *R)r.* 31. lacisque, *R.* laxisque, *Vd.* grandis, *R.*
drachmis, *Vd.*

saniam facit parvo quoque suco. quamquam et Graeci auctores
in iocum vertere. drachmae enim pondere lusum pudoris
gigni dixerunt species vanas imaginesque conspicuas obversari
demonstrantēs, duplicatum hunc modum legitimam insaniam
5 facere, quidquid vero adiciatur ponderi repraesentari mortem.
hoc est venenum quod innocentissimi auctores simpliciter dory- 179
cnion appellavere ab eo quod cuspides in proeliis tingerentur
illo passim nascente. qui parcius insectabantur manicon no-
minavere, qui nequiter occultabant erythron aut neurada aut,
10 ut nonnulli, perisson, ne cavendi quidem causa curiosius di-
cendum. quin et alterum genus quod halicacabon vocant so- 180
poriferum est atque etiam opio velocius ad mortem, ab aliis
morion, ab aliis moly appellatum, laudatum vero a Diocle et
Evenore, Timaristo quidem etiam carmine, mira oblivione in-
15 nocentiae, quippe praesentaneum remedium ad dentium mobilis
firmandos, si colluerentur halicacabo in vino. exceptionem
addidere, ne diutius id fieret, delirationem enim gigni eo, de-
monstrando remedia quorum medicina maioris mali periculum
adferat. commendetur ergo in cibis tertium genus licet ac 181
20 praeferatur hortensis saporibus et nil sit corporis malorum cui
non salutare trychnos Xenocrates praedicet, non tamen auxilia
eorum tanti sunt ut ideo plura nos de iis commemorare fas
putem, praesertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Hali- 182
cacabi radicem bibunt qui vaticinari gallantesque vere ad con-
25 firmandas superstitiones aspici se volunt. remedio est — id
enim libentius rettulerim — aqua copiosa mulsa calida potu.
nec illud praeteribo, aspidum naturae halicacabum in tantum
adversam ut radice eius propius admota soporetur illa sopore
enecans vis earum. ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

30 32. (106.) Corchorum Alexandrini cibi herba est convolutis 183

2. pudoris] *om. V.* 3. observari, *V.* 4. duplicari, *R.* 8.
qui] *Barb.* quo, *C.* insectabantur] *Gron.* inspectabantur, *Vd.* spectaban-
tur, *R.* 8. 9. magnico gnominavere. *R.* 9. neurata, *R.* nervada, *d.*
aut] *Sillig coni. om. C.* 10. perisson, ne] *Barb.* perissone, *RV.* pe-
rison, *d.* 11. alii cacabon (caccabon, *Vd*) *C.* 13. moti, *RV.* mo'hi,
d. a diocle] *d.* ad locre, *R.* ad loclem, *V.* 14. evenorea, *d.* frvenda,
R. minora oblivionem, *R.* 14. 15. innocentiae] innocentia, *Rd.* minus no-
centia, *V.* 16. sic coluerunt, *R.* halicacabo in] *Pint.* alii cacabon,
Rd. haveccabon, *V.* 17. id] sit, *R.* 17. 18. eo demonstrando] *Urlichs*
vind. 471. eode (eodem, *d.*) monstranda, *C.* 19. commendetur] *d.* commen-
datur, *r.* *dist. Urlichs vind.* 472. ac] *Urlichs ibid.* a, *R. om.*
Vd. 22. ideo plura] *Dal.* id pitura, *R.* id pletura, *Vd.* nos] non,
R. 24. vaticinandi, *R.* vaticinare, *d.* gallantesque] *Urlichs vind.*
473. gallantes quo, *C.* 25. aspici se] aspicere, *R.* 26. potui, *R.*
28. adversa, *RV.*

foliis ad similitudinem mori, praecordiis, ut ferunt, utilis alopecisque et lentigini. boum quoque scabiem celerrime sanari ea inventio, apud Nicandrum quidem et serpentium morsus, antequam floret.

184 (107.) Nec de cneco sive atractylide verbosius dici par 5
esset, Aegyptia herba, ni magnum contra venenata animalia
praeberet auxilium, item adversus fungos. constat a scorpione
percussos, quamdiu teneant eam herbam, non sentire cruci-
atum.

33. (108.) Et pesolutam Aegyptus in hortis serit, coro- 10
narum gratia. duo genera eius: femina ac mas, utraque sub-
dita venerem inhiberi, virorum maxime, tradunt.

185 34. (109.) Et quoniam in mensuris quoque ac ponderi-
bus crebro Graecis nominibus utendum est, interpretationem
eorum semel hoc in loco ponemus: Drachma Attica — fere 15
enim Attica observatione medici utuntur — denari argentei
habet pondus, eademque VI obolos pondere efficit, obolus X
chalcos. cyathus pendet per se drachmas X, cum acetabuli men-
sura dicitur, significat heminae quartam, id est drachmas XV.
mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas C. 20

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXII.

1 (Sect. 1.) Implesse poterant miraculum sui natura atque
tellus reputanti vel prioris tantum voluminis dotes totque genera 25
herbarum utilitatibus hominum aut voluptatibus genita. sed
quanto plura restant quantoque mirabiliora inventu? illarum
enim maiore in parte cibi aut odoris decorisve commendatio
ad numerosa experimenta duxit, reliquarum potentia adprobat
nihil ab rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni. 30

2 Cap. 1. (2.) Equidem et formae gratia ritusque perpetui

1. muri, *d.* muris, *r.* ut] *om.* *Vd.* 1. 2. alopacisque, *R.* alopiciis,
Vd. 3. invento, *C.* 10. pesoluta, *Vd.* persoluta, *R.* 18.
per se] *om.* *V'd.* 20. mna] omnia, *R.* vocant, pendet] *d.*
vocant pendent, *V.* pendent vocant, *R.* 25. reputanti] *Sillig* *coni.*
reputantium, *C.* vel prioris tantum] *om.* *V.* 27. illarum] *Strack.*
illa, *C.*

in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam adverte animo. inlinunt certe aliis aliae faciem in populis barbarorum feminae, maresque etiam apud Dacos et Sarmatas corpora sua inscribunt. similis plantagini glastum in
 5 Gallia vocatur, Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris nudae incedunt Aethiopum colorem imitantes.

2. (3.) Iam vero infici vestes scimus admirabili fuco, 3
 atque ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae e granis coccum
 10 imperatoriis dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis Tyria atque conchyliis tinguit et omnis alios colores. nec quaerit in profundis murices seque obiciendo escam, dum praeripit, beluis marinis intacta etiam ancoris scrutatur vada, ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, cor-
 15 ruptor insidietur nuptaë. stans et in sicco carpit quo frugem 4 modo, sed culpant ablui usu, alioqui fulgentius instrui poterat luxuria, certe innocentius. Non est nunc propositum ista consecrari, nec omitemus ut subiciendo utiliora luxuriam vilitate circumscribamus dicturi et alias herbis tingui lapides, parietes
 20 pingi. nec tinguendi tamen rationem omissemus, si umquam ea liberalium artium fuisset. interim fortius agetur, auctoritas- 5 que quanta debet etiam surdis hoc est ignobilibus herbis perhibebitur, siquidem auctores imperi Romani conditoresque immensum quiddam et hinc sumpsere, quoniam non aliunde
 25 sagmina in remediis publicis fuere et in sacris legationibusque verbenae. certe utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra evolsum, ac semper e legatis, cum ad hostis clarigatumque mitterentur, id est res raptas
 30 clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

3. (4.) Corona quidem nulla fuit graminea nobilior, in 6
 maiestate populi terrarum principis praemiisque gloriae. gemmatae et aureae, vallares, murales, rostratae, civicae, triumphales post hanc fuere suntque cunctae magno intervallo magnaque
 7 differentia. ceteras omnes singuli, et duces ipsi imperatores-
 35 que militibus aut aliquando collegis dedere, decrevit in triumphis

1. uti] ut in, *R.* 2. animum, *R.* certe] se///tae, *R.* aliis] *d.* alias, *r.* 9. e] *Sillig. coni. om. C.* 11. tyria] *d.* tyrio, *r.*
 et] *om. R.* 13. maris, *Vd.* 15. capit, *R.* frugem] *Sillig. fruge, C.* 16. culpant] culpa non, *Vd.* 17. non est] *om. R.* 18. utiliora, *V.* 19. parietes] parietes nec, *V.* pariete nec, *R.* 20. omisimus, *R.* 22. etiam] nam, *Vd.* 24. hic, *C.* 26. verbenae] *d.* verbere, *R.* herbene, *V.* 27. e legatis] et legati, *R.* 28. est res] res, *R.* ei fores, *r.* 31. terrarum principis] *d.* terrarumque principiis, *r.* praemiisque] *R.* praemissa ut, *r.* 35. collegis, *Rd.*

senatus cura belli solutus et populus otiosus, 4. graminea numquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. ceteras imperatores dedere, hanc solam miles imperatori. eadem vocatur obsidionalis liberatis obsidione abominandoque exitu totis castris. quod si 5
8 civicae honos uno aliquo ac vel humillimo cive servato praeclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur haec viridi e gramine decerpto inde ubi obsessos servasset aliquis. namque summum apud antiquos signum victoriae erat herbam porrigere 10 victos, hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

9 5. (5.) Donatus est ea L. Siccus Dentatus semel, cum civicas quattuordecim meruisset depugnassetque CXX proeliis 15 semper victor. tanto rarius est servatorem unum a servatis donari. quidam imperatores et saepius donati sunt, veluti P. Decius Mus tribunus militum ab exercitu, altera ab his qui in praesidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris auctoritas confessus religione, siquidem donatus bovem album Marti inmolavit et centum fulvos qui ei virtutis causa dati fuerant simul 20 ab obsessis. hic Decius postea se consul Imperioso conlega pro victoria devovit. Data est et a senatu populoque Romano, 10 qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio illi qui rem omnem Romanam restituit non pugnando, nec data, cum magistrum equitum et exercitum eius servasset. 25 tunc satius fuit nomine novo coronari appellatum patrem ab his quos servaverat. sed quo dictum est consensu honoratus est Hannibale Italia pulso, quae corona adhuc sola ipsius imperi manibus inposita est et, quod peculiare ei est, sola a tota Italia data. 30

11 6. (6.) Praeter hos contigit eius coronae honos M. Calpurnio Flammae tribuno militum in Sicilia, centurioni vero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati Cimbrico bello. primum pilum is capessens sub Catulo exclusam ab hoste legionem suam hortatus tribunum suum dubitantem per castra hostium 35 erumpere interfecit legionemque eduxit. invenio apud auctores eundem praeter hunc honorem adstantibus Mario et Catulo

1. gramineam, C. 8. virtute] sunt ute, R. viridis, Rd.
e] d. om. r. 9. gramina, R. 14. proeliis] d. om. r. 20. ei] et, R.
21. ab] om. R. imperioso] codd. Gel. imperio, C. 29. manibus] V. manus, R. manu, d. et] om. Vd. 33. petreio] cod. Chiff.
treio, RV. creio, d. 34. hoste] hoc, R.

cos. praetextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scri- 12
psit et Sulla dictator ab exercitu se quoque donatum apud
Nolam legatum bello Marsico, idque etiam in villa sua Tuscu-
lana, quae fuit postea Ciceronis, pinxit. quod si verum est,
5 hoc execrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo
proscriptione sua ipse detraxit tanto paucioribus civium servatis
quam postea occisis. addat etiamnum huic gloriae superbum
cognomen Felicem, ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis
hac corona Sertorio cessit. Aemilianum quoque Scipionem 13
10 Varro auctor est donatum obsidionali in Africa Manilio consule III
cohortibus servatis totidemque ad servandas eas eductis, quod
et statuae eius in foro suo divos Augustus subscripsit. ipsum
Augustum M. Cicerone filio consule idibus Septembribus sena-
tus obsidionali donavit, adeo civica non satis videbatur. nec
15 praeterea quemquam hac invenimus donatum.

(7.) Nullae ergo herbae fuere certae in hoc honore, sed 14
quaecumque fuerant in periculi sede quamvis ignobiles igno-
taeque honorem nobilem faciebant, quod latere apud nos mi-
nus quidem miror cernens neglegi ea quoque quae ad vali-
tudinem conservandam cruciatusque corporis propulsandos et
20 mortem arcendam pertinent. sed quis non mores iure castiget?
addidere vivendi pretia deliciae luxusque. numquam fuit vitae
cupido maior nec minor cura. aliorum hanc operae esse cre- 15
dimus ac de mandato quidem nostro alios id agere, medicisque
25 provisum esse pro nobis. ipsi fruimur voluptatibus et, quo
nihil equidem probrosius duco, vivimus aliena fiducia. immo
vero plerisque ultro etiam inrisui sumus ista commentantis
atque frivoli operis arguimur, magno quamquam immensi laboris
solatio sperni cum rerum natura, quam certe non defuisse
30 nobis docebimus et invisis quoque herbis inseruisse remedia,
quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. haec enim 16
proxime restant ex iis quas priore libro nominavimus, in
quibus ipsis providentiam naturae satis admirari amplecti-
que non est. dederat quas diximus mollis cibusque gratas,
35 pinxerat remedia in floribus visuque ipso animos invitaverat

7. gloria, R. 9. hac] *codd. Gel.* haec, C. 10. III] *R. om. r.*
12. subscripsit] *Gron.* scripsit, *Vd.* subscripsit — 13. Augustum *om.*
R. 14. civitas, *Vd.* 15. hac] *d. om. r.* 22. pretio, R. 23.
esse] *om. R.* 24. ac] *om. Vd.* de] *ne, R.* mandata, *V¹d.* mandu-
cata, R. 25. nobis] *Gron.* bonis, C. 27. plerique, *Vd.* plenique, R.

irrisui sumus] in re suibus, *R.* in risum in usu *V.* in risum minus, *d.*
28. atque] *d.* quae, *r.* magna, R. 29. solatia, *V¹.* 30. in-
visi, *r.* 33. mirari, *Vd.* 34. dedere et, R. 35. et media, *V.*

- 17 etiam deliciis auxilia permiscens. excogitavit aliquas aspectu
 hispidas, tactu trucidis, ut tantum non vocem ipsius fingentis
 illas rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat
 avida quadripes, ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia
 obterant, ne insidiens ales infringat, iis muniendo aculeis telis- 5
 que armando, remediis ut tuta ac salva sint. ita hoc quoque
 quod in iis odimus hominum causa excogitatum est.
- 18 7. (8.) Clara in primis aculeatarum erynge est sive eryngion
 contra serpentis et venena omnia nascens. adversus ictus
 morsusque radix eius bibitur drachmae pondere in vino aut, 10
 si plerumque talis iniurias comitetur et febris, ex aqua. in-
 linitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas.
 vero omnibus contra toxica et aconita efficaciorum Heraclides
 19 medicus in iure anseris decoctam arbitratur. Apollodorus ad-
 versus toxica cum rana decoquit, ceteri in aqua. ipsa dura, 15
 fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali et maiore
 aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata, et sativa
 quidem est, sed sponte nascitur in asperis et saxosis et in li-
 toribus maris durior nigriorque, folio api.
- 20 8. (9.) Ex his candidam nostri centum capita vocant. 20
 omnes eiusdem effectus, caule et radice in cibos Graecorum
 receptis utroque modo, sive coquere libeat sive cruda vesci.
 portentosum est quod de ea traditur, radicem eius alterutrius
 sexus similitudinem referre, raro inventu, set si viris contigerit
 mas, amabilis fieri. ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a 25
 Sappho, multa circa hoc non Magorum solum vanitate sed
 21 etiam Pythagoricorum. sed in medico usu praeter supra dicta
 auxiliatur inflationibus, torminibus, cordis vitiis, stomacho,
 iocineri, praecordiis in aqua mulsa, lieni in posca, item ex
 mulsa renibus, stranguriae, opisthotonis, spasmis, lumbis, hydro- 30
 picis, comitialibus, mulierum mensibus, sive subsidant sive
 22 abundant, volvarumque omnibus vitiis. extrahit infixam corpori
 cum melle. strumas, parotidas, panos, recedentis ab ossibus
 carnis sanat cum axungia salsa et cerato, item fracturas. cra-
 pulam praesumpta arcet, alvom sistit. aliqui e nostris sub 35

1. inexcogitavit, *R.* aspectus, *V.* 3. illam rationesque reddentes, *R.* audire, *Vd.* 5. obterant] *d.* obtenerant, *V.* obtegant, *R.*

7. excogitatum] excogitati unus, *R.* 8. eclara, *R.* 11. iniurias] miserias, *Vd.* comitatur, *R.* 12. chrysodos, *R.* chrysutidas, *V.* chrysupidas, *d.* 17. aliquanto, *Rd.* 18. sed] et, *Vd.* 22. modo] in otio, *Vd.* 23. de ea] *d.* dea, *V.* de, *R.* taradiatur, *R.* 25. Phaonem] phaonem et, *R.* pheonem et, *r.* dilectos, *Rd.* 26. multae, *R.* vanitates, *R.* 30. opisthotonis] *cod. Chiff.* opisthotonos, *RV.* opisthotonicis, *d.* 34. 35. crapulas, *R.* 35. praesumptam, *Vd.*

solstitio colligi eam iussere. ex aqua caelesti inponi omnibus cervicis vitiis, oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

9. (10.) Sunt qui et acanum eryngio adscribant, spinosam brevemque et latam herbam spinisque latioribus. hanc inpositam sanguinem mire sistere.

(11.) Alii eryngen falso eandem putavere esse et glycyrrhizam, quare subiungi eam protinus refert. et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis, pinguibus tactuque cumminosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fractu pilularum platani magnitudinis. praestantissima in Cilicia, secunda Ponto, radice dulci et hac tantum in usu. capitur ea vergiliarum occasu, longa ceu lycium, coloris buxei melior quam nigra, quaeque lenta quam quae fragilis. usus in subditis decoctae ad tertias, cetero ad mellis crassitudinem, aliquando et tusae, quo genere et volneribus inponitur et faucium vitiis omnibus, item voci utilissimo suco sic ut spissatus est linguae subdito, item thoraci, iocineri. hac diximus sitim famemque sedari. ob id quidam adipson appellavere eam et hydropicis dedere, ne sitirent. ideo et conmanducata stomatice est et ulceribus oris inspersa saepe et pterygiis. sanat et vesicae scabiem, renium dolores, condylomata, ulcera genitalium. dedere eam quidam potui in quartanis drachmarum duarum pondere ex pipere, hemina aquae. conmanducata sanguinem ex vulnere sistit. sunt qui et calculos ea pelli tradiderunt.

10. (12.) Tribuli unum genus in hortis nascitur, alterum in fluminibus tantum. succus ex his colligitur ad oculorum medicinas, est enim refrigerantis naturae et ideo utilis contra inflammationes collectionesque. ulcera per se erumpentia et praecipue in ore cum melle sanat, item tonsillas. potus calculos frangit. Thraces qui ad Strymona habitant foliis tribuli equos saginant, ipsi nucleo vivunt panem facientes praedulcem et qui contrahat ventrem. radix caste pureque collecta discutit

2. adalligatam] *d.* adalligatamque, *r.* 4. acanum] *Sillig.* arcanum, *R.* canum, *r.* eryngio, *Vd.* erygion, *R.* 7. eryngen] *d.* erygen, *r.*
eandem] *d.* eadem, *r.* et] *om.* *Vd.* 7. 8. glyzyrrizam, *C.* 9. pinguibus] *pinnatis*, *R.* tactuque] *om.* *R.* 9. 10. cumminosis, *V.* gummosis, *d.* *om.* *R.* 11. plantani, *V.* plantaginis, *d.* 12. haec, *Vd.*
13. longe, *Vd.* lycium] *Urlichs vind.* 474. vitium, *RV.* vitui, *d.*
14. quam] *Gron.* que, *C.* nigri, *Vd.* leta, *V.* 15. decocta, *R.*
16. tusae] *tusa* et, *R.* *tunsa* ae, *V.* *tunsa*e, *d.* 18. linguae] *in* linguae, *R.* *in* lingua, *r.* 19. quidam adipson] *ipro*, *R.* 20. sisterent, *Vd.*
25. qui et] *et* qui, *V.* qui, *d.* 30. in ore] *odore*, *R.* 31. foliis] *e* foliis, *Vd.*

strumas, semen adalligatum varicum dolores sedat, tritum vero in aquam sparsum pulices necat.

28 11. (13.) Stoebe quam aliqui pheon vocant, decocta in vino praecipue auribus purulentis medetur, item oculis ictu cruentatis, haemorrhagiae quoque et dysinteriae infusa. 5

29 12. (14.) Hippophaes in sabulosis maritimisque, spinis albis, hederæ modo racemosa est, candidis, ex parte rubentibus acinis. radix suco madet qui aut per se conditur aut pastillis farinae ervi. bilem detrahit obolo ponderis, saluberrime cum mulso. Est altera hippophaes sine caule, sine flore, foliis tantum mi- 10
30 nutis. huius quoque succus hydropicis mire prodest. Debent adcommodatae esse et equorum naturae, neque ex alia causa nomen accepisse. quippe quaedam animalium remediis nascuntur locupleti divinitate ad generanda praesidia, ut non sit mirari satis ingenium eius disponentis auxilia in genera, in causas, in 15
tempora. ut aliis prosit aliud horis diesque nullus prope sine praesidiis reperiatur.

31 13. (15.) Urtica quid esse invisius potest? at illa praeter
15, 30 oleum quod in Aegypto ex ea fieri diximus vel plurimis scatet remediis. semen eius cicutae contrarium esse Nicander adfir- 20
mat, item fungis et argento vivo, Apollodorus et salamandris cum iure coctae testudinis, item adversari hyoscyamo et serpentibus et scorpionibus. quin ipsa illa amaritudo mordax uvas in ore procidentisque vulvas et infantium sedes tactu resilire cogit, lethargicos expergisci tactis cruribus magisque fronte. 25
32 eadem canis morsibus addito sale medetur, sanguinem trita naribus indita sistit et magis radice. carcinomata et sordida ulcera sale admixto, item luxata sanat et panos, parotidas carnisque ab ossibus recedentis. semen potum cum sapa vulvam strangulatis aperit, profluvia narium sistit inpositum. vomitiones in 30
33 aqua mulsa sumptum a cena facilis praestat duobus obolis, uno autem in vino potum lassitudines recreat. vulvae vitiis tostum acetabuli mensura, potum in sapa resistit stomachi inflationibus. orthopnoicis prodest cum melle et thoracem purgat eodem ecligmate et lateri medetur cum semine lini. addunt hysopum 35

2. aqua, *Vd.* 3. pheon] *d.* phaeon, *V.* peon, *R.* 6. hippophaes] *Dal.* hippophes, *R.* hippopes, *r.* maritimis, *Vd.* simaritudinis, *R.* maritimisque nascitur, *v.* 9. ervi. bilem] *cod.* *Murbacensis.* ervilem, *R.* haec bilem, *r.* 10. altera] *om.* *R.* hippophaes] *Sillig.* hippopes, *d.* hippope, *V.* hae, *R.* 16. aliud] *Gron.* *om.* *R.* ab, *r.* 18. invisius, *Vd.* 20. cicutae] *d.* sicutae, *V.* sicut et, *R.* 21. et] in, *C.* 22. 23. serpentium, *C.* 23. et] *R.* *om.* *r.* quin] que in, *V.* 29. 30. strangulatis] *d.* strangulantis, *r.* 33. pota, *Rd.* 35. elegmate, *d.* elegmatae, *V.* et lecmate, *R.* alteri, *Vd.*

et piperis aliquid. inlinitur lieni, -difficilem ventrem tostum
 cibo emollit. Hippocrates vulvam purgari potest eo pronuntiat, 34
 dolore levare toto acetabuli mensura, dulci potest et inposito
 cum succo malvae, intestinorum animalia pelli cum hydromelite
 5 et sale, deflavia capitis semine inlito cohonestari. articulariis
 morbis et podagricis plurimi cum oleo vetere aut folia cum
 ursino adipe trita inponunt. ad eadem radix tusa cum aceto
 non minus utilis, item lieni, et cocta in vino discutit panos
 cum axungia vetere salsa. eadem psilotrum est sicca. Condidit 35
 10 laudes eius Phanius physicus, utilissimam cibis coctam condi-
 tamve professus arteriae, tussi, ventris destillationi, stomacho,
 panis, parotidibus, pernionibus, cum oleo sudorem, coctam cum
 conchyliis cingere alvum, cum tisana pectus purgare mulierumque
 menses, cum sale ulcera quae serpant cohibere. Succo quoque 36
 15 in usu est. expressus inlinitus fronti sanguinem narium sistit,
 potus urinam ciet, calculos rumpit, uvam gargarizatus reprimit.
 semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur.
 Ad omnia haec et mitiores quidem teneraeque efficaces, sed
 praecipue silvestris illa, et hoc amplius lepras e facie tollit in
 20 vino pota. si quadrupes fetum non admittat, urtica naturam
 fricandam monstrant.

14. (16.) Ea quoque quam lamium inter genera earum 37
 appellavimus, mitissima et foliis non mordentibus, medetur cum 21, 93
 mica salis contusis incussisque, inustis et strumis, tumoribus,
 25 podagris, vulneribus. album habet in medio folio quod igni-
 bus sacris medetur. quidam e nostris tempore discrevere genera, 38
 et autumnalis urticae radicem adalligatam in tertianis ita ut
 aegri nuncupentur, cum eruatur ea radix, dicaturque cui et
 quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt, hoc idem et
 30 contra quartanas pollere. iidem urticae radice addito sale in-
 fixa corpori extrahi, foliis cum axungia strumas discuti vel, si
 suppuraverint, erodi, compleri.

15. (17.) Ex argumento nomen accepit scorpio herba. 39

4. pelli] repellit, *R.* hydropicae, *R.* 5. cohonestari] *d.* cohe-
 nestari, *R.* cohosiostari, *V.* 8. lini, *Vd.* 11. anariae, *R.* ventris]
d. ventri, *V.* ventr, *R.* 12. sudore cocta, *Vd.* 14. succo, *Vd.* su-
 cos, *R.* 16. gargarizatur, *d.* gargarissatur, *R.* gargarizatu, *V.* 22.
 quam] numquam, *R.* 23. imitissima, *V*¹. inmitissima, *V*². 24. in-
 clusisque, *R.* inustis] iustis, *RV*². iuctis, *V*¹. iuxtis, *d.* 25. album]
d. alvum, *r.* quo, *R.* 26. describere, *R.* 27. adalligatam]
Gron. adalligata, *Vd.* adalligatam — 30. radice, *om.* *R.* 28. dicatur-
 que] *d.* dicatur quae, *V.* 29. filio] *d.* folio, *V.* 30. radicem, *Vd.*
 31. discuti] *d.* discutit, *r.* 33. scorpios, *R.*

semen enim habet ad similitudinem caudae scorpionis, folia pauca. valet et adversus animal nominis sui. Est et alia eiusdem nominis effectusque sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens et inde nomen.

40 16. (18.) Leucacantham alii phyllon, alii ischada, alii polygonaton appellant, radice cypiri, quae commanducata dentium dolores sedat, item laterum et lumborum, ut Hicesius tradit, semine poto drachmis octo aut suco. eadem ruptis, convulsis medetur.

41 17. (19.) Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdicibus ea praecipue vescantur, alii sideritem, nonnulli parthenium. folia habet mixtae similitudinis plantagini et marruvio, cauliculos densos, leviter rubentis, semina in capitibus lappaceis adhaerentia vestibus, unde et helxinen dictam volunt. sed nos
21, 96 42 qualis vera esset helxine diximus priori libro. haec autem inficit lanas, sanat ignis sacros et tumores collectionesque omnis et adusta, panos sucus eius cum psimithio et guttura incipientia turgescere, item veterem tussim cyatho hausto et omnia in umido, sicut tonsillas et varices cum rosaceo. inponitur et podagris cum caprino sebo ceraque Cypria.

43 (20.) Perdicium sive parthenium — nam sideritis alia est — ab nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astercum, folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque. medetur cum mica salis trita iisdem omnibus quibus lamium, et eodem modo, item vomicae calfacto suco pota, sed contra
44 volsa, rupta lapsusque et praecipitia, ut vehiculorum eversionses, singularis. Verna carus Pericli Atheniensium principi, cum is in arce templum aedificaret. repissetque super altitudinem fastigi et inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus monstrata Pericli somnio a Minerva, quare parthenium vocari coepta est adsignaturque ei deae. hic est vernula cuius effigies ex aere fusa est nobilis ille splanchnoptes.

45 18. (21.) Chamaeleonem aliqui ixian vocant. duo genera eius: candidior asperiora habet folia, serpit in terra echini modo

1. ad] et, *R.* et ad, *r.* 2. animal nominis] nomen animalis, *C.*
3. effectusque] effectus eius, *R.* 5. phyllon] *Hard.* pymon, *R.* phimum, *V.* phinion, *d.* iscada, *R.* schada, *r.* 16. omnis — 17. et] *om.* *R.*
17. psimithio] *Sillig.* psinithio, *V.* psinthio, *d.* 18. cyato, *R.* ciato, *V.* quiata, *d.* 18. 19. in humido, *R.* ut in umido, *r.* 19. varices] *R.* arietes, *r.* 21. nam] sive nam, *R.* 22. astercum] *cod.* *Tol.* astericum, *d.* altercum, *r.* 23. ocimis, *V.* ocimus, *d.* 24. mica] medica, *C.* salis, *R.* tritam, *V.* 28. repissetque, *V.* repissetque, *d.* reptisque, *R.* 31. fusa] *d.* effusa, *V.* fussas, *R.* 32. est] *Urlichs vind.* 477. est et, *C.* 33. ixion, *C.*

spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo. quibusdam in locis viscum gignit album sub-alis foliorum, maxime circa canis ortum, quo modo tura nasci dicuntur, unde et *ixia* appellatur. hac mastiche utuntur mulieres. quare et *chamaeleon* vocetur, 5 varietate foliorum evenit. mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus atque aliis coloribus. Ex his candidus hydropicos sanat suco radicis decoctae. 46 bibitur drachma in passo. pellit et interaneorum animalia acetabuli mensura suci eiusdem in vino austero cum origani scopis. facit *ad* difficultatem urinae. hic succus occidit et canes 0 suesque in polenta. addita aqua et oleo contrahit in se muris ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. radicem eius aliqui concisam servari iubent funiculis pendentem decoquique in cibo contra fluctiones quas Graeci rheumatismos vocant. ex nigris 47 5 aliqui marem dixere cui flos purpureus esset et feminam cui violaceus. una nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur cum sulphure et bitumine una coctis, conmanducatis vero dentes mobiles aut in aceto decoctis. suco scabiem et quadripedum sanant. et ricinos canum necat, 0 iuencos quoque anginae modo, quare a quibusdam *ulophonon* vocatur et *cynozolon* propter gravitatem odoris. Ferunt et haec viscum ulceribus utilissimum. omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur.

19. (22.) *Coronopus oblonga* herba est cum fissuris. se- 48 5 ritur interim, quoniam radix coeliacis praeclare facit in cinere tosta.

20. (23.) Et *anchusae* radix in usu est, digitali crassitudine. finditur papyri modo manusque inficit sanguineo colore, praeparat lanas pretiosis coloribus. sanat ulcera in cerato, prae- 0 cipue senum, item adusta. liquari non potest in aqua, oleo dissolvitur, idque sincerae experimentum est. datur et ad renium 49 dolores drachma eius potui in vino aut, si febris sit, in decocto balani, item iocinerum vitiis et lienis et bile subfusus. lepris et lentigini inlinitur ex aceto. folia trita cum melle et farina 5 luxatis inponuntur, et pota drachmis duabus in mulso alvom sistunt. pulices necare radix in aqua decocta traditur.

1. gravi, *Vd.* 3. *exia*, *C.* 4. hac] *cod. Chiff.* haec, *R.* has, *V.* has et, *d.* 6. aliubi croceus] *R. om. r.* 9. mensura] *d. om. r.*
 10. facti, *R.* ad] *om. C.* 13. decoquique] *d. decoquentque, r.*
 15. et] *d. ef, R. om. V.* cuinam, *R.* 16. una] et una, *Vd.*
 19. negat, *R. necant, d.* 20. iuencas, *R.* *ulophiton, V. ulophilon, d. olopylon, R.* 21. *cynozialon, d. cynosialon, V.* 32. potum, *R.* 33. item] item in, *R.* lienis, *Vd.* 34. lentiginis, *R. lentigines, r.* 35. potatur, *RV².* mulso] fulgo, *R.*

50 (24.) Est et alia similis pseudoanchusa ob id appellata, a quibusdam vero echis aut doris et multis aliis nominibus, languinosior et minus pinguis, tenuioribus foliis languidioribus. radix in oleo non fundit rubentem sucum, et hoc ab anchusa discernitur. contra serpentes efficacissima potu foliorum vel 5 seminis. folia ictibus inponuntur. virus serpentes fugat. bibitur et propter spinam. folium eius sinistra decerpi iubent Magi, et cuius causa sumatur dici tertianisque febribus adalligari.

51 21. (25.) Est et alia herba proprio nomine onochilon, quam aliqui anchusam vocant, alii archebion, alii onochelim, 10 aliqui rhexiam, multi enchrysam, parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice messibus sanguinea, cetero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes maximeque viperas, et radice et foliis, aequae cibo ac potu. vires habet messibus. folia trita odorem cucumeris reddunt. datur in cyathis 15 52 tribus volva procidente. pellit et taenias cum hysopo, et in dolore renium aut iocineris ex aqua mulsa, si febris sit, sin aliter, e vino bibitur. lentigini ac lepris radix inlinitur. habentes eam a serpentibus feriri negantur. Est et alia huic similis flore rubro, minor, et ipsa ad eosdem usus, traduntque, conmandu- 20 cata ea si inspuatur, mori serpentem.

53 (26.) Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemida, quoniam vere floreat, alii chamaemelon, quoniam odorem mali habeat. nonnulli melanthion vocant. Genera eius tria fronde 20 tantum distant, palmum non excedentia, parvis foliis rutae candidis aut malinis aut purpureis. In macro solo aut iuxta semitas colligitur vere et in coronamenta reponitur. eodem tempore et medici folia tusa in pastillos digerunt, item florem et 54 radicem. Dantur omnia mixta drachmae unius pondere contra 3 serpentium omnium ictus. pellunt mortuos partus, item menstrua in potu et urinam calculosque, inflationes, iocinerum vitia, bilem subfusam, aegilopia, conmanducata ulcerum eruptiones manantis sanat. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est quae florem purpureum habet, cuius et foliorum 3

1. a] et, R. 2. doris] d. odoris, r. 4. in oleo] cod. Chiff. in oleum, Vd. oleum, R. 5. potu] d. potum, r. 7. spinae, C. 9. onocholin, V. 11. rhexiam] d. rexiam, V. raxian, R. enichrysam, V. enecrisam, d. enchysam, R. 12. foliis] floris, R. 17. si] in, V. 21. inspuat, Vd. instra. at. R. 23. eranthemida] Barb. erathemida, Rd. arathemida, V. 24. chamaemelon] d. chememelon, V. cumemelon, R. 25. fronde] flore, d. 26. foliis] floribus ut, d. 31. omnium] om. V. 32 sq. dist. Urlichs vind. 479.

et fruticis amplitudo maiuscula est. hanc proprie quidam eranthemim vocant.

(27.) Loton qui arborem putant tantum esse vel Homero 55 auctore coargui possunt. is enim inter herbas subnascentis deorum voluptati loton primam nominavit. folia eius cum melle 5 oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutunt.

(28.) Est et lotometra quae fit ex loto sata, ex cuius semine 56 simili mili putri fiunt panes in Aegypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto. negatur quicquam illo pane salubrius 0 esse aut levius, dum caleat. refrigeratus difficiliter concoquitur fitque ponderosus. constat eos qui illo vivant nec dysinteria nec tenesmo neque aliis morbis ventris infestari. itaque inter remedia eorum habent.

(29.) Heliotropi miraculum saepius diximus cum sole se 57 circumagentis etiam nubilo die, tantus sideris amor est. noctu 2, 109 velut desiderio contrahit caeruleum florem. Genera eius duo: 18, 252 tricoccum et helioscopium. hoc altius, quamquam utrumque 58 semipedalem altitudinem non excedit, ab una radice ramosum. semen in folliculo messibus colligitur. nascitur non nisi in pingui 20 solo cultoque maxime, tricoccum ubique. si decoquatur, invenio cibis placere et in lacte iucundius alvum molliri et, si decocti sucus bibatur, efficacissime exinaniri. maioris sucus excipitur aestate hora sexta, miscetur cum vino, sic firmior. capitis do- 59 lores sedat rosaceo admixto. verrucas cum sale tollit sucus e folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere aliis cogno- 25 minari effectibus digniorem. namque et serpentibus et scorpionibus resistit ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes et Apollodorus tradunt. folia infantium destillationibus, quam siriasim vocant, inlita medentur, item contractionibus, etiam si id comi- 30 tialiter accidat. decocto quoque foveri os saluberrimum est. potum id pellit taenias et renium harenas. si cuminum adiciatur, calculos frangit. decoqui cum radice oportet, quae cum foliis et hircino sebo podagris inlinitur. Alterum genus quod 60 tricoccum appellavimus et alio nomine scorpiuron vocatur, foliis non solum minoribus sed etiam in terram vergentibus. semen 35 ei est effigie scorpionis caudae, quare nomen. vis ad omnia

4. possint, *R.* 6 cicatrices] *cicer, R.* nubeculas] *d. nu///cu-*
las, V. niculas, R. 8. simili mili] *Sillig. simillimi//, V. simillime, R.*
simillimo, d. putri] *Ianus. porri, C.* 9. subactio, *RV.* quicquam,
RV. 10. cum, *R.* 13. habentur, *R. bñtur, d.* 14. se] *saepe,*
RV. om. d. 15. tantum, *Rd.* 20. decoquantur, *RV.* 27. apollophanes et] *om. V.* 28. quam] *Urlichs vind. 479. quod, C.* 30.
 os] *eos, V.*

venenata et phalangia sed contra scorpiones praecipue inlita. non feriuntur habentes, et si terram surculo heliotropi circum- scribat aliquis, negant scorpionem egredi, inposita vero herba aut uda omnino respersum protinus mori. seminis grana quattuor 5
 61 pota quartanis prodesse dicuntur, tria vero tertianis, vel si herba ipsa ter circumlata subiciatur capiti. semen et venerem stimu- lat, cum melle panos discutit. verrucas hoc utique heliotropium radicitus extrahit et excrescentia in sedibus. spinae quoque ac 10
 62 lumborum sanguinem corruptum trahit inlitum semen et potum, in iure gallinacei decoctum aut cum beta et lente. cortex se- minis viventibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter adligari iubent ab ipso aegro precarique eum soluturum se nodos liberatum et facere non exempta herba.
 63 (30.) Aliud adianto miraculum: aestate viret, bruma non marcescit, aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est 15 — tanta dissociatio deprehenditur — unde et nomen a Grae- cis alioqui frutici topiario. quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. tinguit enim capillum et ad hoc decoquitur in vino cum semine api adiecto oleo copiose,
 64 ut crispum densumque faciat, et defluere autem prohibet. Duo 20 eius genera: candidius et nigrum breviusque. id quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant. utrique ramuli nigro colore nitent, foliis felicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrariis pediculis densa ex adverso inter se, radix nulla. umbrosas petras parietumque aspergines 25 ac fontium maxime specus sequitur et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat. Calculos e corpore mire pellit frangitque, utique nigrum, qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur a nostris saxifragum appellatum cre- diderim. bibitur e vino quantum terni decerpere digiti. urinam 30
 65 cient, serpentium et araneorum venenis resistunt, in vino de- cocti alvom sistunt. capitis dolores corona ex his sedat. contra scolopendrae morsus inlinuntur, crebro auferendi ne perurant, hoc et in alopeciis. strumas discutiant furfuresque in facie et 35
 65 capitis manantia ulcera. decoctum ex his prodest suspiriosis et iocineri et lieni et felle subfufis et hydropicis. stranguriae

4. uda] *om.* *Vd.* grana — 5. tertianis] *om.* *Vd.* 6. ipsa] *om.* *Vd.* 13. eum] *cum*, *R.* se] *secum*, *V.* 17. 18. polytricum, *C.*
 18. ab] *est ab*, *V.* 19. copiose] *d.* *copiosum*, *r.* 21. brevius-
 que] *veriusque*, *R.* 22. polytrichon] *polycyon*, *R.* 23. nitent] *item.*
*RV*². ac] *om.* *R.* 27. sentiant, *R.* 30. quantum] *quam cum*, *C.*
 33. perurant] *Gron.* *perunt*, *RV.* *perant*, *d.* 36. iocineri et lieni]
d. *iocineri (iocineris, R)* *lienis, r.* et hydropicis] *hydropicis, V.*

inlinuntur et renibus cum absinthio. secundas cient et menstrua. sanguinem sistunt ex aceto aut rubi suco poti. infantes quoque exulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et vino prius. folium in urina pueri inpubis, tritum quidem cum aphro-
 5 nitro et inlitum ventri mulierum ne rugosus fiat praestare dicitur. perdices et gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse utilissimos.

22. (31.) Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut 66
 diximus, folio rotundo. tollit eximie verrucas. Thesium quoque 21, 105
 10 non dissimili amaritudine est, sed purgat alvom, in quem usum teritur ex aqua.

(32.) Asphodelum de clarissimis herbarum, ut quod he- 67
 roion aliqui appellaverint, Hesiodus et in silvis nasci dixit, Dionysius marem ac feminam esse. defectis corporibus et phthisicis
 15 constat bulbos eius cum tisana decoctos aptissime dari, panemque ex his cum farina subactis saluberrimum esse. Nicander et contra serpentes ac scorpiones vel caulem quem anthericum vocavimus vel semen vel bulbos dedit in vino tribus drachmis substravit- 21, 109
 que somno contra hos metus. datur et contra venenata marina 68
 20 et contra scolopendras terrestres. cocleae mire in Campania caulem eum persequuntur et sugendo arefaciunt. folia quoque inlinuntur venenatorum volneribus ex vino. bulbi nervis articulisque cum polenta tumsi inlinuntur. prodest et concisis ex aceto lichenas fricare, item ulceribus putrescentibus ex aqua
 25 inponere, mammarum quoque et testium inflammationibus. de- 69
 cocti in faece vini oculorum epiphoris supposito linteolo medentur. fere in quocumque morbo magis decoctis utuntur, item ad tibiaram taetra ulcera rimasque corporum quacumque in parte farina arefactorum. autumnno autem colliguntur, cum plurimum valent. sucus quoque ex tuis expressus aut decoctis
 30 utilis fit corporis dolori cum melle, idem odorem corporis iucundum affectantibus, cum iri arida et salis exiguo. folia et 70
 supra dictis medentur et strumis, panis, ulceribus in facie decocta in vino. cinis e radice alopecias emendat et rimas pedum
 35 sedisque, decoctae radice in oleo sucus perniones et ambusta. et gravitati aurium infunditur, a contraria aure in dolore den-

4. folium in] folii, C. 5. ne] e, R. 8. amaritudinis, E. 10. sed] om. V. 12. quam, E². 12. 13. heroion] Hard. hereneon, V. heroneon, r. 13. silvis] E²V. fulvis, E¹. fluviis, R. 15. dari] mederi, E².
 21. caule, V. calem, R. 22. venenatarum, RV. 30. ex] et, RV. tuis] d. tirsis, E². tussis, r. decoctus, V². 31. odorem] E. dolorem, r. 34. 35. pedum sedisque] Ianus. pedisque, C. 35. decocta, ER. sucu, E. suco, R. 36. gravitatem, V. gravitate. r.

- tium. prodest et urinae pota modice radix et menstruis et lateris doloribus, item ruptis, convolsis, tussibus, drachmae pondere in vino pota. eadem et vomitiones adiuvat commanducata.
- 71 semine sumpto turbatur venter. Chrysermus et parotidas in vino decocta radice curavit, item strumas admixta cachry ex 5
vino. quidam aiunt, si inposita radice pars eius in fumo suspendatur quartoque die solvatur, una cum radice arescere strumam. Diocles ad podagras utroque modo, cocta crudaque usus est. ad perniones decoctam ex oleo dedit et suffusis felle in vino et hydropicis. venerem quoque concitari cum vino et melle 10
- 72 perunctis aut bibentibus tradidere. Xenocrates et lichenas, psoras, lepras radice in aceto decocta tolli dicit, item sicca cum hyoscyamo et pice liquida, alarum quoque et feminum vitia, et capillum crispiolem fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur, Simos lapides renium in vino decocta potaque eximi. Hippo- 15
crates semine ad impetus lienis dari censet. iumentorum quoque ulcera ac scabiem radix inlita aut decoctae succus ad pilum reducit. mures eadem fugantur, caverna praecclusa moriuntur.
- 73 (33.) Asphodelum ab Hesiodo quidam halimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. est enim suo nomine hali- 20
mon, non parvi et ipsum erroris inter auctores. alii enim fruticem esse dicunt densum, candidum, sine spina, foliis oleae, sed mollioribus, coqui haec ciborum gratia, radice tormina discuti drachmae pondere in aqua mulsa pota, item rupta, con- 25
- 74 vulsa. alii olus maritimum esse dixere salsum et inde nomen, 25
foliis in rotunditatem longis, laudatum in cibis. duorum praeterea generum, silvestre et mitius, utrumque prodesse dysintericis etiam exulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto. ulceribus vetustis inlini crudum et volnerum recentium impetus lenire et luxatorum pedum ac vesicae dolores. silvestri tenuiora folia, 30
sed in isdem remediis effectus maiores et in sananda hominum
- 75 ac pecorum scabie. praeterea nitorem corpori fieri dentibusque candorem, si fricentur radice ea, semine linguae subdito sitim non sentiri. hoc quoque mandi et utraque etiam condiri. Cratevas tertium quoque genus tradidit longioribus foliis et hirsutio- 35

4. chrysermus] *V*¹. chryserimus, *V*². chryserinus, *r*. 6. eius] *V*. eius si, *r*. 8. Diocles] *Gron*. socles, *V*. socres, *r*. 9. pernitiones decocta, *EGV*. 10. concitare, *ER*. 12. sicca cum] *ego*. si coccum, *C*. 15. Simos] *timon*, *C*. 19. halimum, *GV*. alimon, *r*. 21. alii enim] *R*. alii, *E*². alieni, *E*¹. elienem, *r*. 23. radix, *E*². 23. 24. discutit, *ERV*². 24. drachmae] *E*². drachmas, *r*. 29. crudum] *GV*¹. crurum, *r*. 31. maiores et] *ER*. maior sed, *r*. 32. corpore, *ER*. 35. genus] *om*. *GF*. foliis et hirsutioribus] *om*. *ER*.

ribus, odore cupressi, nasci sub hederâ maxime, prodesse opisthotonis, contractionibus nervorum tribus obolis in sextarium aquae.

(34.) Acanthi topiariae et urbanae herbae lato longoque 76
5 folio crepidines marginum adsurgentiumque pulvinorum toros
vestientis duo genera sunt, aculeatum et crispum, quod brevius,
alterum leve, quod aliqui paederota vocant, alii melamphyllum.
Huius radices ustis luxatisque mire prosunt, item ruptis, con-
volsis, et phthisin metuentibus, ideo coctae cibo, maxime tisana.
10 podagris quoque inlinuntur tritae et calefactae.

(35.) Bupleuron in sponte nascentium olerum numero 77
Graeci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite
aneti, laudatum in cibis ab Hippocrate, in medicina a Glaucone
et Nicandro. semen contra serpentes valet. folia ad secundas
15 feminarum vel sucum ex vino inlinunt, et strumis folia cum
sale et vino. radix contra serpentes datur in vino et urinae
ciendae.

(36.) Buprestim magna inconstantia Graeci in laudibus 78
ciborum etiam habuere, idemque remedia tamquam contra ve-
20 nenum prodiderunt. et ipsum nomen indicio est boum certe
venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. quapropter
nec de hac plura dicemus. est vero causa quare venena mon-
stremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda
alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant quam
25 pota ea?

(37.) Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum digiti cras- 79
situdine, semine corymbis dependentibus silis effigie, set non
amaris, foliis olusatri, et hoc laudatum in cibis. quippe etiam
conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores sedan-
30 dos, rupta, convolsa sananda, inflationes discutiendas coique
tormenta, contra serpentium omniumque aculeatorum ictuus.
quippe fama est hoc pabulo cervos resistere serpentibus. fistulas
quoque radix nitro addito inlita sanat, siccanda autem in eo
usu prius est, ne suco suo madeat, qui contra serpentium ictus
35 non facit deteriorem eam.

1. 2. opisthotonis] *cod. Chiff.* epistotonis, *C.* 6. vestientes, *ER.*
7. alioqui, *GV.* paederotae, *RV.* pederotae, *r.* 9. ideo cocte,
E. id coctae (cocte, *G*)*r.* 10. calefactae] *Urlichs vind.* 482. calefactae
(calefacte, *E.* calfactae, *V.* cãlfacte, *G*) calidis, *C.* 13. ab ipocrate, *V.*
apocrate, *G.* xipocrate, *R.* xiphocrate, *E.* a] *om.* *C.* 18. magnam,
GV. 21. quod, *G.* disseri, *ER.* gustata, *G.* 22. dicimus, *ER.*
23. ne si, *E*². 25. pota ea] *R.* potae, *E.* postea, *r.* 26. aela-
phoboscon, *E.* 33. eos, *ER.*

- 80 (38.) Scandix quoque in olerè silvestri a Graecis ponitur,
 ut Ophion et Erasistratus tradunt. item decocta alvom sistit,
 semine singultus confestim ex aceto sedat. inlinitur ambustis,
 urinas ciet. decoctae succus prodest stomacho, iocineri, renibus,
 vesicae. haec est quam Aristophanes Euripidi poetae obicit 5
 ioculariter: matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse,
 81 sed scandicem. Eadem erat enthriscum, si teneriora folia et
 odoratiora haberet. peculiaris laus eius, quod fatigato venere
 corpori succurrit marcentesque iam senio coitus excitat. sistit
 profluvia alba feminarum. 10
- 82 (39.) Et iasine olus silvestre habetur, in terra repens, cum
 lacte multo, florem fert candidum, conchylium vocant. et huius
 eadem commendatio ad stimulandos coitus. cruda ex aceto in
 cibus et mulieribus lactis ubertatem praestat. salutaris est phthi-
 sin sentientibus. infantium capiti inlita nutrit capillum tenacio- 15
 remque eius cutem efficit.
- 83 (40.) Estur et caucalis feniculo similis, brevi caule, flore
 candido, cordi utilis. succus quoque eius bibitur, stomacho per-
 quam commodatus et urinae calculisque et harenis pellendis et
 vesicae pruritibus. extenuat et lienis, iocineris reniumque pi- 20
 tuitas. semen menses feminarum adiuvat bilemque a partu siccatur
 datur et contra profluvia geniturae viris. Chrysippus et con-
 ceptionibus eam putat conferre multum. bibitur in vino ieiun-
 nis. inlinitur et contra venena marinorum, sicut Petrichus in
 carmine suo significat. 25
- 84 (41.) His adnumerant et sium latius apio, in aqua nascens,
 pinguius nigriusque, copiosum semine, sapore nasturti. prod-
 est urinis, renibus, lienibus mulierumque mensibus, sive ipsum
 in cibo sumptum sive ius decocti sive semine in vino drachmis
 duabus. calculos rumpit aquisque quae gignunt eos resistit. 30
 dysintericis prodest infusum, item inlitum lentigini et mulierum

2. opinion, C. 6. holus, E. bolus, GV. 7. enthriscum] Ianus
 in Jahns Jahrb. 1867, 858. enthriscum, GV. hentris ne cum (cu, R)r.
 teneriora, E, tenuiora, R. 8. ei, GV. 10. alvi, E. 11. iasine]
 Salm. lasinae, G. lasine, r. 12. multa, GV. conchylium] Urlichs
 vind. 484. concilium, E. concylium, r. 13. crude, E. crudae, r.
 acto, GV. 14. salutaris est] salutare, C. 17. eostur, GV. eosture,
 r. caucalidis, ER. brevis] d. breve, r. 20. reniumque] Brot.
 lieniumque, GV. lienumque, r. 21. bilemque] bilem (vilem, ER) adiu-
 vatque, C. 24. sicut] nisi, ER. petrichus] d. petricus, r. 26. et
 sium] codd. Brot. esium, C. 28. ipso, GV. 29. ius] eius, ER.
 30. aquisque quae] d. aquis quaeque, GV. aliquis quaeque (quae,
 R)r.

vitiis in facie noctu inlittum, lomentoque cutem emendat et ramices lenit, equorum etiam scabiem.

(42.) Syllibum chamaeleonti albo similem, aequae spinosam, 85
ne in Cilicia quidem aut Syria aut Phoenice, ubi nascitur, co-
5 cere tanti est. ita operosa eius culina traditur. in medicina
nullum usum habet.

(43.) Scolymum quoque in cibos recepit oriens et alio 86
nomine limoniam appellavit. frutex est numquam cubitali al-
tior cristis foliorum ac radice nigra, sed dulci, Eratostheni quo-
10 que laudata in pauperi cena. urinam ciere praecipue traditur,
sanare lichenas et lepras ex aceto, venerem stimulare in vino
Hesiodo et Alcaeo testibus, qui florente ea cicadas acerrumi 87
cantus esse et mulieres libidinis avidissimas virosque in coitum
pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adiumento
15 tunc valentissimo. item graveolentiam alarum emendat radicis
emedullatae uncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad
tertias et a balneo ieiuno itemque post cibum cyathis singulis
pota. mirum est quod Xenocrates promittit experimento, vitium
id ex alis per urinam effluere.

(44.) Estur et soncos — ut quem Theseo apud Callima- 88
chum adponat Hecale — uterque, albus et niger. lactucae simi-
les ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cavo,
sed qui fractus copioso lacte manet. albus, cui e lacte nitor,
utilis orthopnoicis lactucarum modo ex embammate. Erasistra-
25 tus calculos per urinam pelli eo monstrat et oris graveolen-
tiam commanducato corrigi. succus trium cyathorum mensura 89
in vino albo et oleo calefactus adiuvat partus ita ut a potuambu-
lent gravidae. datur et in sorbitione. ipse caulis decoctus facit
lactis abundantiam nutricibus coloremque meliorem infantium,
30 utilissimus his quae lac sibi coire sentiant. instillatur auribus
succus, calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura et in
stomachi rosionibus cum semine cucumeris nucleisque pineis.

1. inlittum lomentoque] *Urlichs vind.* 485. inlittum (illittum, *R*) mo-
mentoque, *ER.* que, *r.* 3. sillybum, *R.* chamaeleoni, *R.* 7. re-
cepit] *Sillig coni.* recipit, *C.* 8. appellant, *GV.* 9. cristis] *ego.*
tristis, *G.* tristisque, *V.* cristis quam, *R.* tristis quam, *E.* 12. ea] *V.*
ex ea, *r.* 15. item] *R.* idem, *E.* id est, *r.* graviolentiam, *C.*
17. a] *om.* *GV.* post] *poscit,* *ER.* 19. aliis] *EGR.* 21. Hecale]
Sabellicus. haecaule, *E.* hecaule, *R.* hecalet, *G.* hae. calet, *V.* 23.
cui] *Dal.* qui, *C.* nitro, *ER.* 24. embammate] *d.* embamba, *E.* em-
bambate, *r.* 24. 25. erasistratus] *d.* *om.* *r.* 25. cauculos, *C.* - pelli] *cod.*
Murbacensis. pellit, *C.* 26. commanducato] *cod.* *Tol.* commanducata,
GV. commanducatam, *r.* 27. a potu] *Dal.* a portu, *G.* a partu, *V.*
aput, *r.* 28. detur, *ER.* caulis decoctus] *coctus,* *GV.*

- 90 inlinitur et sedis collectionibus. bibitur contra serpentes scor-
pionesque, radix vero inlinitur. eadem decocta in oleo, punici
mali calyce, aurium morbis praesidium est. haec omnia ex albo.
Cleemporus nigro prohibet vesci ut morbos faciente, de albo
consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demon- 5
strat sucum eius, refrigeratorem tamen vim esse convenit nigro
et hac causa inponendum cum polenta. Zenon radicem albi
in stranguria suadet.
- 91 (45.) Condrium sive chondrile folia habet intubi, circum-
rosis similia, caulem minus pedalem, suco madentem amaro, 10
radice fabae simili, aliquando numerosa. habet proxumam ter-
rae masticen tuberculo fabae, quae adposita feminarum menses
trahere dicitur. tusa cum radicibus tota dividitur in pastillos
contra serpentes argumento probabili, siquidem mures agrestes
laesi ab his hanc esse dicuntur. sucus ex vino coctae alvom 15
sistit. eadem palpebrarum pilos inordinatissimos pro cummi
efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctionibus utilem
carminibus suis pronuntiavit. alioqui feminis et oculis genera-
tionique virorum contrariam putavere.
- 92 (46.) Inter ea quae temere manduntur et boletos merito 20
posuerim, opimi quidem hos cibi, sed inmenso exemplo in
crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc oc-
casionem ab coniuge Agrippina dato, quo facto illa terris vene-
num alterum sibi ante omnis Neronem suum dedit. quo-
rundam ex his facile noscuntur venena diluto rubore, rancido 25
aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum
93 labro. Non sunt haec in quibusdam, siccique et veri similes
veluti guttas in vertice albas ex tunica sua gerunt. volvam
enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in
ovo est luteum. nec tunicae minor gratia in cibo infantis bo- 30
leti. rumpitur haec primo nascente, mox increscente in pediculi
94 corpus absumitur, rarum umquam geminis ex uno pede. origo
prima causaque e limo et acescente suco madentis terrae aut
radicis fere grandis, initioque spuma lentior, dein corpus mem-

6. sucum] *R.* sucu, *E.* suco, *r.* 7. radice, *V.* 8. in] *Sillig.*
om. C. 9. condryle, *ER.* chondrile, *r.* 10. pedale, *GV.* 11. nu-
 merosam, *GV.* 12. messes, *V.* meses, *r.* 18. 19. generatioque, *ER.*
 20. et] *om. ER.* 21. opimis, *GV.* hos] *R.* os, *E.* his, *r.* cibi
 sed] cibus et, *GV.* 22. adductus, *C.* 25. facere, *C.* 27. simile,
GV. 29. prius] *om. ER.* 30. miror, *GV.* infantes, *ER.*
 31. increscente] *om. ER.* peduculi, *R.* peduculo, *E.* 32. numquam,
E¹. 33. e] *om. EG.* 34. radices, *GV.* grandis] grandi fere, *E.*
 grandi ferae, *R.*

branae simile, mox partus, ut diximus. illa pernicialia quae 93
 probandi alea! si caligaris clavos ferrive aliqua robigo aut panni
 marcor adfuit nascenti, omnem ilico sucum alienum saporemque
 in venenum concoquit. deprehendisse qui nisi agrestes possunt?
 5 atque quae colligunt ipsi alia vitia? equidem, si serpentis ca- 95
 verna iuxta fuerit, si patescentem primo adhalaverit, capaci ve-
 nenorum cognatione ad virus accipiendum. itaque caveri con-
 veniat prius quam se condant serpentes. signa erunt tot herbae,
 tot arbores fruticesque ab emersu earum ad latebram usque
 10 vernantes et vel fraxini tantum folia nec postea nascentia nec
 ante decidentia. et boletis quidem ortus occasusque omnis intra
 dies septem est.

23. (47.) Fungorum lentior natura et numerosa genera, 96
 sed origo non nisi ex pituita arborum. tutissimi qui rubent
 15 callo minus diluto rubore quam boleti, mox candidi velut apice
 flaminis insignibus pediculis, tertium genus suilli venenis accom-
 modatissimi. familias nuper interemere et tota convivia, An-
 naeum Serenum praefectum Neronis vigilum et tribunos cen-
 turionesque. quae voluptas tanta tam ancipitis cibi? quidam 97
 20 discrevere arborum generibus, fico, ferula et cummim ferenti-
 bus, non item taxo, robore, cupresso, ut diximus. sed ista 16, 31
 quis spondet in venalibus? omnium colos lividus. hic habebit
 veneni argumentum quo similior fuerit arborum. piri ad-
 versus haec diximus remedia dicemusque. interim sunt aliqua 98
 25 et in his. Glaucias stomacho utilis putat boletos. siccantur 23, 115
 pendentes suilli, iunco transfixi quales e Bithynia veniunt. hi
 fluctationibus alvi quas rheumatismos vocant medentur excrescen-
 tibusque in sede carnibus, minuunt enim eas et tempore ab-
 sumunt, item lentiginem et mulierum in facie vitia. lavantur

1. pernicialia] *R.* permitti alia, *r.* 1. 2. quae probandi alea] *Gron.*
 quod (*om. R.*) probandi (*provandi, G*) alia (*ali alias, G*) *C.* 2. si caligari,
ER. sic alligari, *G.* sic aliguri, *V.* ferrive] *codd. Gel.* ferri vel, *C.*
 3. adfuerit, *RV*(?). 4. qui] quae, *GV.* 4. nisi — 5. quae col-
 ligunt] *Ianus.* nisi — qui colligunt, *GV.* ni dicunt, *E.* nigunt, *R.*
dist. Ianus. 5. equidem] *ego.* ne quidem *C.* 6. patescentes, *ER.*
 7. 8. conveniet, *V.* 8. signa erunt] signaverunt, *GV.* 9. emerso,
GV. 11. infra, *GV.* 14. sed] et, *ER.* ex] *R.* et, *E.* e, *V.* *om.*
G. tutissime, *ER.* 16. suillis, *EGR.* veneni, *GV.* 16. 17. accommo-
 datissimis, *E¹R.* accomodatissumis, *E².* accomodatissimi, *r.* 17. inte-
 mtere, *C.* convivio, *C.* 17. 18. annanum, *ER.* 18. neronis] ve-
 nenis, *E²R.* venenum, *E¹.* 19. voluntas, *GV.* tam] *Ianus. om. C.*
 cibo, *ER.* 20. arbori, *GV.* ferulae, *C.* 21. taxo] taxo aut,
ER. saxo, *r.* 22. haberit, *ER.* 23. piri] *ego.* fici, *GV.* ficis, *r.*
 25. glaucitas, *GV.* glauciatas, *r.* 26. e] a, *ER.* 27. albi, *EG.* albis, *V.*
 reumatiston, *G.* reumatisthon, *E.* rheumatisthon, *r.*

etiam ut plumbum in oculorum medicamenta. sordidis ulceribus et capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua inlinuntur. Libet et coquendi dare aliquas communes in omni eo genere observationes, quando ipsae suis manibus deliciae preparant hunc cibum solum et cogitatione ante pascuntur sucinis novaculis aut argenteo apparatu comitante. noxii erunt fungi qui in coquendo duriores fient, innocentiores qui nitro addito coquentur. utique percoquantur. tutiores fiunt cum carne cocti aut cum pediculo piri. prosunt et pira confestim sumpta. debellat eos et aceti natura contraria iis.

(48.) Imbribus proveniunt omnia haec, imbre et silphium venit primo, ut dictum est. ex Syria nunc hoc maxime importatur, deterius Parthico, sed Medico melius, extincto omni Cyrenaico, ut diximus. Usus silphi in medicina: foliorum ad purgandas vulvas pellendosque emortuos partus. decocuntur in vino albo et odorato, ut bibatur mensura acetabuli a balineis. radix prodest arteriis exasperatis, collectionibus sanguinis inlinitur, sed in cibus concoquitur aegre. inflationes facit et ructus, urinae quoque noxia, suggillatis cum vino et oleo amicissima et cum cera strumis. verrucae sedis crebriore eius suffitu cadunt.

(49.) Laser e silphio profluens quo diximus modo inter eximia naturae dona numeratum plurimis compositionibus inseritur, per se autem algores excalfacit, potum nervorum vitia extenuat. feminis datur in vino, et lanis mollibus admovetur vulvae ad menses ciendos. pedum clavos circumscariphatos ferro mixtum cerae extrahit. urinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas spondet copiosius sumptum nec inflationes facere et concoctioni plurimum conferre senibus et feminis, item hieme quam aestate utilius, et tum aquam bibentibus. cavendum ne qua sit exulceratio intus. Ab aegritudine recreationi efficax in cibo, tempestive enim datum cauteri vim optinet, adsuetis etiam utilius quam expertibus. Extera corporum indubitatas confessiones habent. venena telorum et serpentium

1. in oculorum] oculorum, *GV*. 6. argento, *GV*. apparatus, *E*. adparatus, *R*. nuxi, *V*. noxia, *R*. noxiae, *E*. 8. *dist. ego*.
 9. pira] piri, *GV*. 10. ageti, *R*. agente, *E*. contra, *GV*. 11. *dist. Urlichs vind. 489.*
 12. hoc] *om. ER*. 13. deterior, *ER*. 14. ad] de, *ER*. 18. inflationibus, *ER*. facit et] faciet, *ER*. 18. 19. ruptus *GV*. truncos, *r*. 19. noxiae, *ER*. 21. cadent, *E*. candent, *R*.
 23. 24. inferitur, *R*. infertur, *E*. 27. urinam ciet ciceris — 28. dilutum] *V*. urinam ciceris — dilutum, *G*. ur, *r*. 28. andria, *E*. andrias, *r*.
 30. cum, *GV*. 32. cauteri vim] cautherium, *G*. cauterium, *r*.

extinguit potum. ex aqua volneribus his circumlinitur, scorpio-
 num tantum plagis ex oleo, ulceribus vero non maturescenti-
 bus cum farina hordeacia vel fico sicca, carbunculis cum ruta
 vel cum melle vel per se visco superlitum ut haereat, sic et
 5 ad canis morsus, excrescentibus circa sedem cum germine pu-
 nici mali ex aceto decoctum, clavis qui volgo morticini appel-
 lantur nitro mixto. alopecias nitro ante subactas replet cum 104
 vino et croco aut pipere ac murium fimo et aceto. perniones
 ex vino fovet et ex oleo coctum inponitur, sic et callo, clavis
 10 pedum superrasis, praecipuae utilitatis contra aquas malas, pe-
 stilentes tractus vel dies et in tussi, uva, fellis veteri suffusione,
 hydropisi, raucitatibus; confestim enim purgat fauces vocemque
 reddit. podagras in spongea dilutum posca lenit. pleuriticis 105
 in sorbitione vinum poturis datur, contractionibus, opisthotoni-
 15 cis ciceris magnitudine cera circumlitum. in angina gargari-
 zatur. anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto
 datur, aequae ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint. prae-
 cordiorum vitiis syntecticis, comitialibus cum vino, in aqua
 mulsa linguae paralyti. coxendicum et lumborum doloribus
 20 cum decocto melle inlinitur. non censuerim, quod auctores 106
 suadent, cavernis dentium in dolore inditum cera includi, magno
 experimento hominis qui se ea de causa praecipitavit ex alto.
 quippe tauros inflammat naribus inlitis, serpentes avidissimas
 vini admixtum rumpit. ideo nec inungui suaserim, cum Attico
 25 licet melle praecipiant. Quas habeat utilitates admixtum aliis
 inmensum est referre, et nos simplicia tractamus, quoniam in
 his naturam esse apparet, in illis coniecturam saepius fallacem,
 nulli satis custodita in mixturis concordia naturae ac repugnan-
 tia. qua de re mox plura. 117

30 24. (50.) Non esset mellis auctoritas in pretio minor quam 107
 laseris, ni ubique nasceretur. illud ipsa fabricata sit natura,
 sed huic gignendo animal, ut diximus, innumeros ad usus, si 11, 11
 quotiens misceatur aestimemus. prima propolis alvorum, de
 qua diximus, aculeos et omnia infixi corpori extrahit, tubera 11, 16
 35 discutit, dura concoquit, dolores nervorum mulcet ulceraque

1. ex] et, *GV*. 4. sic et] sicut, *C*. 5. sedem] semen, *C*.
 7. alopecias nitro] *om. ER*. 8. ac] aut, *ER*. 10. *dist. ego*.
 contra — 12. raucitatibus] *om. ER*. 11. et] *om. V*. veteris,
G. 12. hydropicis, *GV*. 13. in] *om. ER*. posca] postea, *ER*.
 pleuritis, *GV*. 16. ex] et, *EG*. 17. aequae] *codd. Gel. ad, ER. om. r*.
 18. vino] cibo, *GV*. 19. coxendicum] *ego. coxendicibus, C*.
 et] *om. ER*. 22. ea de] *codd. Gel. eadem, C*. 23. naribus] *d. ma-*
 ribus, *GV*. inaribus, *r*. 24. *dist. ego*. 33. alvorum] *G. arborum, r*.

- 108 iam desperantia cicatricem cludit. mellis quidem ipsius natura
 talis est ut putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque
 non aspero, alia quam salis natura, faucibus, tonsillis, anginae
 omnibusque oris desideriiis utilissimum, arescentique in febribus
 linguae, iam vero peripneumonicis, pleuriticis decoctum, item 5
 volneribus, a serpente percussis et contra venena, fungos, pa-
 ralyticis in mulso, quamquam suae mulso dotes constant. mel
 auribus instillatur cum rosaceo, lendes et foeda capitis animalia
 109 necat. usus despumati semper aptior, stomachum tamen inflat,
 bilem auget, fastidium creat, et oculis per se inutile aliqui ar- 10
 bitrantur, rursus quidam angulos exulceratos melle tangi sua-
 dent. Mellis causas atque differentias nationesque et indicatio-
 nem in apium ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis
 11, 32
 21, 74 dividi cogeret miscenda rursus naturam rerum pernoscere vo-
 lentibus. 15
- 110 (51.) In mellis operibus aqua mulsa debet tractari. duo
 genera eius: subitae ac recentis, alterum inveteratae. repentina
 despumato melle praeclaram utilitatem habet in cibo aegrotan-
 tium levi, hoc est alicae elutae, viribus recreandis, ore stomacho-
 que mulcendo, ardores refrigerando. frigidam enim dari utilius 20
 ventrem molliendo. invenio apud auctores hoc potu bibendum
 alsiosis, item animi humilis et praeparci, quos illi dixere mi-
 111 cropsychos. et est ratio subtilitatis inmensae a Platone descen-
 dens, corpusculis rerum levibus scabris, angulosis rotundis, magis
 aut minus ad aliorum naturam accedentibus, ideo non eadem 25
 omnibus amara aut dulcia esse. sic et in lassitudine proniores
 esse ad iracundiam et in siti. ergo et haec animi asperitas,
 seu potius animae, dulciore suco mitigatur lenito transitu spi-
 ritus et molliore facto meatu, ne scindat euntem redeuntemque.
 112 experimenta in se cuique; nullius non ira, luctus, tristitia et 30
 omnis animi impetus cibo mollitur, ideoque observanda sunt
 quae non solum corporum medicinam sed et morum habent.
- 112 (52.) Aqua mulsa et tussientibus utilis traditur, calefacta

* 1. cicatricem] in cicatricem, *R.* 2. iucunda, *G.* iocunda, *V.*
 4. omnibus, *G.* oris] *V.* horis, *G.* om. *r.* desiderii, *ER.* 5. de-
 coctum] *E.* decoctūtū, *R.* decoctura, *r.* dist. *Ianus.* 6. 7. paraly-
 ticos, *C.* 9. inflat] *d.* inflant, *R.* infla, *r.* 12. 13. indicationem] *Barb.*
 iudicationem, *C.* 16. aqua] *E*². et aqua, *R.* et qua, *r.* 18. despu-
 matum, *GV.* 20. ardore, *ER.* 21. dist. *ego.* 22. praeparet, *ER.*
 23. et est] ut st, *GV.* 25. ad] aut, *V.* om. *G.* naturas, *G.*
 accipientibus, *GV.* 27. siti] stilit, *ER.* animis, *ERV.* 28. lenito]
cod. Tol. lenit, *V.* leni, *G.* venit, *r.* 29. redeuntemque] om. *ER.*
 30. luctusque, *ER.* 33. calefaciat, *ER.*

invitat vomitiones, contra venenum psimithi salutaris addito oleo, item contra hyoscyami cum lacte maxime asinino, et contra halicacabi, ut diximus. infunditur et auribus et genitalium fistulis. vulvis inponitur cum pane molli, subitis tumoribus, luxatis leniendisque omnibus. inveteratae usum damnare posteriori minus innocentem aqua minusque vino firmum. longa tamen vetustate transit in vinum, ut constat inter omnes, stomacho inutilissimum nervisque contrarium. 21, 182

(53.) Semper mulsum ex vetere vino utilissimum, facillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci numquam evenit. ex austero factum non inflat stomachum, neque ex decocto melle, minusque implet, quod fere evenit. adpetendi quoque revocat aviditatem cibi. alvum mollit frigido potu, pluribus calido sistit, corpora auget. multi senectam longam mulsi tantum intrita toleravere, neque alio ullo cibo, celebri Pollionis Romili exemplo. centensimum annum excedentem eum divus Augustus hospes interrogavit, quam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset. at ille respondit: intus mulso, foris oleo. Varro regium cognominatum arquatorum morbum tradit, quoniam mulso curetur. 113 114

(54.) Melitites quo fieret modo ex musto et melle docuimus in ratione vini. saeculis iam fieri non arbitror hoc genus inflationibus obnoxium. solebat tamen inveteratum alvi causa dari in febre, item articulario morbo et nervorum infirmitate laborantibus et mulieribus vini abstemis. 115 14, 85

(55.) Mellis naturae adnexa cera est, de cuius origine, bonitate, nationibus suis locis diximus. omnis autem mollit, calfacit, explet corpora, recens melior. datur in sorbitione dysintericis, favique ipsi in pulve alicae prius tostae. adversatur lactis naturae, ac mili magnitudine decem grana cerae hausta non patiuntur coagulari lact in stomacho. si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est. 116 11, 18 21, 83

1. psimithiis, *R.* primitis, *G.* psimithis, *r.* 2. hyoscyami] *Sillig.* hyoscyamum, *C.* 3. alicaccabi, *R.* aliacaccabi, *E.* hallicaccabi, *r.*
 3. 4. fistulae, *GV.* 4. 5. luxa, *GV.* 5. liniendis, *E.* lendisque, *GV.*
 inveteratae] *d.* invenerate ut, *G.* inventa /// ad, *V.* inventa et, *r.* 6. innocentem] *d.* innocente, *r.* aquam in usuque, *GV.* 10. concorporatur] *d.* corporat, *E.* concorporat, *r.* 12. appetendi, *codd.* *Barb.* adpetentum, *C.* 14. mulsis, *GV.* 16. romuli, *V.*². 17. quam] *codd.* *Gel.* unam, *C.* 19. marquatorum, *R.* ad quartorum, *GV.*
 24. et] *om.* *GV.* infirmitati, *C.* 30. lactis] *E.*². lacti, *E.*¹*R.* latis, *r.*
 hausta] *nusta*, *R.* *inusta*, *E.* 31. inguen] *d.* ingen, *GV.*¹. unguen, *E.* ungen, *r.* tumet, *ER.* tume // t, *V.*

- 117 (56.) Nec huius usus quos mixta aliis praestat enumerare
 possit medicina, sicuti nec ceterorum quae cum aliis prosunt.
 106 ista, ut diximus, ingeniis constant. non fecit ceratum, malag-
 mata, emplastra, collyria, antidota parens illa ac divina rerum
 artifex; officinarum haec, immo verius avaritiae commenta sunt. 5
 naturae quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur, pau-
 cis ex causa, non ex coniectura rebus adsumptis, ut suco aliquo
 sicca temperentur ad meatus, aut corpore alio umentia ad nexus.
 118 scripulatim quidem colligere ac miscere vires non coniecturae
 humanae opus, sed inpudentiae est. nos nec Indicarum Ara- 10
 bicarumque mercium aut externi orbis adtingimus medicinas.
 non placent remediis tam longe nascentia, non nobis gignun-
 tur, immo ne illis quidem, alioqui non venderent. odorum causa
 unguentorumque et deliciarum, si placet, etiam superstitionis
 gratia emanant, quoniam ture supplicamus et costo. salutem 15
 quidem sine istis posse constare vel ob id probabimus ut tanto
 unagis sui delicias pudeat.
- 119 (57.) Sed medicinas e floribus coronamentisque et hortens-
 iis quaeque mandantur herbae persecuti quonam modo frugum
 omittimus? nimirum et has indicare conveniat. 25. In primis 20
 sapientissima animalium esse constat quae fruge vescantur. Si-
 liginis grana combusta et trita in vino Amineo, oculis inlita
 epiphoras sedant, tritici vero ferro combusta iis quae frigus us-
 120 serit praesentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta
 nervorum contractionibus, cum rosaceo vero et fico sicca myxis- 25
 que decoctis furfures tonsillis faucibusque gargarizatione pro-
 sunt. Sex. Pomponius praetorii viri pater, Hispaniae citerioris
 princeps, cum horreis suis ventilandis praesideret, correptus
 dolore podagrae mersit in triticum super genua sese, levatusque
 siccatis pedibus mirabilem in modum hoc postea remedio usus 30
 121 est. vis tanta est ut cados plenos siccet. Paleam quoque tri-
 tici vel hordei calidam inponi ramicum incommodis experti iu-
 bent, quaque decoctae sint aqua fovere. Est in farre vermi-
 culus teredini similis, quo cavis dentium cera incluso cadere
 18, 92 vitiati dicuntur, etiam si fricentur. Olyram arincam diximus 35

1. quod, *ER*. 3. ita, *GV*. constat, *GV*. 8. nixus, *R*. nixsus,
E. 15. erimantur, *GV*. 16. contrare, *V*. contrarem, *G*. ut] et,
ER. 17. suis, *C*. 19. mandantur] *cod. Chiff.* mandanter, *GV*. man-
 duntur, *r*. 21. fruges, *ER*. 22. camineo, *E¹R*. 25. 26. missisque,
G. misisque, *V*. mixtisque, *E¹*. mixti, *E²*. 26. decoctique, *E²*. 28.
 correptum, *ER*. 29. in] *om.* *GV*. 33. fovere] foveret, *R*. foverit,
E. 34. cavis] *d.* cavis, *r*. 35. fricentur] refrigerentur, *GV*.
 caricam, *E*. coricam, *R*.

vocari. hac decocta fit medicamentum quod Aegypti atheram vocant, infantibus utilissimum, sed et adultos inlinunt eo.

(58.) Farina ex hordeo et cruda et decocta collectiones 122
 impetusque discutit, lenit, concoquit. decoquitur alias in mulsa
 5 aqua aut fico sicca, at iocineris doloribus, cum pus concoqui
 opus est, in vino, cum inter coquendum discutiendumque cura
 est, tunc in aceto melius aut in faece aceti aut in cotoneis
 pirisve decoctis, ad multipedae morsus cum melle, ad serpen-
 tium in aceto et contra suppurantia, ad extrahendas suppura-
 10 tiones ex posca addita resina Gallica, ad concoctiones vero et 123
 ulcera vetera cum resina, ad duritias cum fimo columbarum
 aut fico sicca aut cinere, ad nervorum inflammationes aut in-
 testinorum vel laterum dolores cum papavere aut meliloto, et
 quotiens ab ossibus caro recedit, ad strumas cum pice et in-
 15 pubis pueri urina cum oleo. cum Graeco feno contra praecor-
 diorum tumores vel in febris cum melle vel adipe vetusto.
 Suppuratis triticea farina multo lenior. nervis cum hyoscyami 124
 succo inlinitur, ex aceto et melle lentigini. zaeae, ex qua alicam 18, 112
 fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur, trimenstris
 20 mollior, ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida et sanguinem
 excreantibus, item arteriae, tussi cum caprino sebo aut butyro.
 ex feno Graeco mollissima omnium ulcera manantia sanat et 125
 furfures corporis, stomachi dolores, pedes et mammas cum vino
 et nitro cocta. aerina magis ceteris purgat ulcera vetera et
 25 gangraenas, cum raphano et sale et aceto lichenas, lepras cum
 sulphure vivo, et capitis dolores cum adipe anserino inposita
 fronti. strumas et panos concoquit cum fimo columbino et
 lini semine decocta in vino.

(59.) De polentae generibus in frugum loco satis diximus. 126
 30 medicorum ratione a farina hordei distat eo quod torretur, ob 18, 72
 id stomacho utilis. alvom sistit impetusque rubicundi tumoris,
 et oculis inlinitur et capitis dolori cum menta aut alia refrige-
 rante herba, item pernionibus et serpentium plagis, item am-
 bustis ex vino, inhibetque pusulas.

35 (60.) Farina in pollinem subacta vim extrahendi umoris 127

1. haec, *GV*. ateram, *ER*. 2. eo] eos, *C*. 4. impetusque]
 que, *E¹R*. om. *E²*. concoquitque. *GV*. 5. sicca, at] ego. siccatur. *GV*.
 sicca ut, *E*. sicca, *R*. com, *GV*. pusca, *E*. 6. in] *G*. eum, *E*.
 cum, *r*. 7. tunc] tunc et, *GV*. 8. multipedae] multitudine, *ER*.
 10. galla, *R*. gala, *E*. 13. laterum] v. ex *Dioscor.* 2, 108. aurium,
C. 18. qua] aqua, *GV*. 24. haerina, *E*. herina, *GV*. 26. vino,
GR. 30. *dist. Ianus.* medicorum] locorum, *ER*. 35. Farina —
 p. 316, 6. efficaciter] om. *GV*.

habet adeo ut cruore suffusis in fascias usque sanguinem perducatur, efficacius in sapa. inponitur et pedum callo clavisque. nam cum oleo vetere ac pice decocto polline condylomata et alia omnia sedis vitia quam maxime calido mirabilem in modum curantur. pulte corpus augetur. farina qua chartae glutinantur 5 sanguinem excreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

128 (61.) Alica res Romana est et non pridem excogitata, alioqui non tisanæ potius laudes scripsissent Graeci. nondum arbitror Pompei Magni aetate in usu fuisse, et ideo vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. esse quidem eximie uti- 10 lium nemo dubitat, sive eluta detur ex aqua mulsa sive in sorbitiones decocta sive in pultem. eadem in alvo sistenda torretur, 129 dein favorum cera coquitur, ut supra diximus. peculiariter 116 tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subvenit ternis eius cyathis in sextarium aquae sensim decoctis, donec omnis aqua 15 consumatur, postea sextario lactis ovilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle. tali genere sorbitionis emendantur syntexis.

130 (62.) Milio sistitur alvos, discutiuntur tormina, in quem usum torretur ante. nervorum doloribus et aliis fervens in 20 sacco inponitur, neque aliud utilius, quoniam levissimum mollissimumque est et caloris capacissimum. itaque talis usus eius est ad omnia quibus calor profuturus est. farina eius cum pice liquida serpentium et multipedae plagis inponitur.

131 (63.) Panicum Diocles medicus mel frugum appellavit. 25 effectus habet quos milium. in vino potum prodest dysintericis. similiter his quae vaporanda sunt excalfactum inponitur. sistit alvum in lacte caprino decoctum et bis die haustum. sic prodest et ad tormina.

132 (64.) Sesima trita in vino sumpta inhibet vomitiones. au- 30 rium inflammationi inliuitur et ambustis. eadem efficit et dum in herba est. hoc amplius oculis inponitur decocta in vino. stomacho inutilis in cibis et animae gravitatem facit. stellionum 23, 95 morsibus resistit, item ulceribus quae cacoethe vocant, et auri- 133 bus oleum quod ex ea fit prodesse diximus. Sesamoides a si- 35 militudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. nascitur in glariosis. detrahit bilem in aqua potum. semen inlinitur igni

1. adeo] *ego*. ideo, *ER*. ut] *E*. et, *R*. sanem, *R*. 10. ea] *eo*, *E*. eos, *R*. 12. pulte, *V*². polte, *GV*¹. puhe, *E*. pube, *R*. 14. ad] aut, *GV*. 21. 22. mollissimumque] que, *GV*. 22. caloris] *G*. calores, *V*. doloris, *r*. 30. in vino sumpta] *d*. in ovo sumpta, *GV*. *om.* *r*. 33. in cibis] *R*. cibis, *r*. 36. folia minora (*minara*, *E*¹)*ER*. 37. gloriosis, *GV*.

sacro, discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant, cetera simile erigeronti herbae, de qua dicemus suo loco, grano sesamae. 25, 167 datur in vino dulci ad detractones quantum tribus digitis capitur. 5 miscent ibi et ellebori albi unum et dimidium obolum, purgationem eam adhibentes maxume insaniae melancholicae, comitialibus, podagris. et per se drachmae pondere exinanit.

(65.) Hordeum optimum quod candidissimum. sucus decocti in aqua caelesti digeritur in pastillos, ut infundantur ex- 134 ulceratis interaneis et vulvis. cinis eius ambustis inlinitur et carnibus quae recedunt ab ossibus et eruptionibus pituitae, muris aranei morsibus. idem adperso sale ac melle candorem dentibus, 10 suavitatem oris facit. eos qui pane hordeacio utuntur morbo pedum temptari negant. novem granis furunculum si 135 quis circumducat, singulis ter manu sinistra, et omnia in ignem abiciat, confestim sanari aiunt. est et herba phoenicea appellata a Graecis, a nostris vero hordeum murinum. haec trita e vino pota praeclare ciet menses.

(66.) Tisanae quae ex hordeo fit laudes uno volumine 136 condidit Hippocrates, quae nunc omnes in alicam transeunt. quanto innocentior alica! Hippocrates tamen sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in alvo non intumesceret, quoniam facile redderetur et adsuetis hic cibus solus in febris die posset dari, 25 tantum remotus ab istis qui medicinam fame exercent. sorbitionem tamen dari totam vetuit aliudve quam sucum tisanae, item vetuit, quamdiu pedes frigidi essent, tunc quidem nec potionem dandam. Fit et ex tritico glutinosior arteriaeque exulceratae utilior.

(67.) Amylon hebetat oculos, et gulae inutile contra quam 137 creditur. item alvom sistit, epiphoras oculorum inhibet et ulcera sanat, item pusulas et fluctiones sanguinis. genas duras emollit. datur cum ovo his qui sanguinem reiecerint, in vesicae vero dolore semuncia amyli cum ovo et passi tribus ovis 35 subfervefacta a balineo. quin et avenacea farina decocta in aceto naevos tollit.

6. insaniae, *ER*. 7. exinanivit, *GV*. 10. vulvis] biblis, *GV*.
 12. 13. dentibus] *om.* *ER*. 16. phynicea, *E*. phynice, *V*. phinice, *R*.
 17. a graecis a] *E*. ad graecis, *V*. graecis, *R*. 21. quanto] *V*. contra
 quanto, *r*. 23. arceret, *C*. 24. febris bis] *d.* febribus, *r*. 30. ama-
 lon, *E*. amoelon, *R*. hamoelon, *V*. 33. ovo his] *d.* opto his, *V*. opi-
 diis, *R*. opidis, *E*. 35. avenaeta, *E*. avenetiaeta, *R*. avinae, *V*.

138 (68.) Panis hic ipse quo vivitur innumeras paene conti-
 net medicinas. ex aqua et oleo aut rosaceo mollit collectio-
 nes, ex aqua mulsa duritias valde mitigat. datur ex vino ad
 discutienda aut quae praestringi opus sit et, si magis etiam-
 num, ex aceto, adversus acutas pituitae fluctiones, quas Graeci 5
 rheumatismos vocant, item ad percussa, luxata. ad omnia au-
 tem fermentatus, qui vocatur autopyrus, utilior. inlinitur et
 paronychiis et callo pedum in aceto. vetus aut nauticus panis
 139 tusus atque iterum coctus sistit alvom. vocis studiosis et con-
 tra destillationes siccum esse primo cibo utilissimum est. si- 10
 tanius, hoc est ex trimestri, incussa in facie aut desquamata
 cum melle aptissime curat. candidus aegris aqua calida frigi-
 dave madefactus levissimum cibum praebet. oculorum tumori
 ex vino inponitur, sic et pusulis capitis aut adiecta arida myrto.
 tremulis panem ex aqua esse ieiunis statim a balineis demon- 15
 strant. quin et gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat
 et vini in saccos additus.

140 (69.) Et faba auxiliatur. namque solida fricta fervensque
 in acre acetum coniecta torminibus medetur. in cibo fresa
 et cum alio cocta contra deploratas tussis suppurationesque 20
 pectorum cotidiano cibo sumitur, et commanducata ieiuno ore
 et ad furunculos maturandos discutiendosve inponitur, et in
 141 vino decocta ad testium tumores, ad genitalia. lomento quoque
 ex aceto decocto tumores maturat atque aperit, item livoribus,
 combustis medetur. voci eam prodesse auctor est M. Varro. 25
 Fabalium etiam siliquarumque cinis ad coxendicis, ad nervorum
 veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest. et per se
 corticis decocti ad tertias sistunt alvom.

142 (70.) Lens optuma quae facillime coquitur et ea quae
 maxime aquam absorbet. aciem quidem oculorum obtundit 30
 et stomachum inflat, sed alvom sistit in cibo magisque cae-
 lesti aqua discocta, eadem solvit minus percocta. pusulas ul-
 cerum rumpit, ea quae intra os sunt purgat et adstringit. col-
 lectiones omnes inposita sedat maximeque exulceratas et rimosas,
 oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo. contra 35

1. qui, ER. 3. mitigat. datur] mitigandas, C. 4. discutienda]
 cod. Chiff. discutiendam, C. 5. ex] d. om. r. occultas, EV.
 7. inlinuntur, E. illinuntur, R. 8. pedum in] V. dentum in, E. den-
 tium, R. aut] om. V. uticus, ER. 9. atque] V. accedit, r.
 10. utilissimus, ER. 11. ex] et, C. 14. aut] om. V. 17. saccas
 additos, ER. 18. et] om. ER. 19. hacre, V. acro, r. 22. ma-
 turandos] V. maturandos et, r. 23. ad testium] V. et testium, r.
 24. decocta, V. 35. melito, ER. milito, V.

suppurantia cum polenta inponitur. decoctae succus ad oris 143
 exulcerationes et genitalium adhibetur, ad sedem cum rosaceo
 aut cotoneo, in iis quae acrius remedium exigant cum putamine
 punici melle modico adiecto. ad id demum, ne celeriter ina-
 5 rescat, adiciunt et betae folia. inponitur et strumis, panis vel
 maturis vel maturescentibus ex aceto discocta, rimis ex aqua
 mulsa et gangraenis cum punici tegmine, item podagris cum
 polenta et vulvis et renibus, pernionibus, ulceribus difficile ci-
 catricem trahentibus. propter dissolutionem stomachi XXX grana 144
 10 lentis devorantur. in cholericis quoque et dysinteria efficacior
 est in tribus aquae cyathis cocta, in quo usu melius semper
 eam torrere ante et tundere, ut quam tenuissima detur vel per
 se vel cum cotoneo malo aut piris aut myrto aut intubo erra-
 tico aut beta nigra aut plantagine. pulmone est inutilis et ca-
 15 pitis dolori nervosisque omnibus et felli, nec somno facilis, at
 pusulis utilis ignique sacro et mammis in aqua marina decocta,
 in aceto autem duritias et strumas discutit. stomachi quidem 145
 causa polentae modo potionibus inspergitur. quae sunt ambusta
 aqua semicocta curat, postea trita et per cribrum effuso furfuræ,
 20 mox procedende curatione addito melle. ex posca coquitur ad
 guttura. Est et palustris lens per se nascens in aqua non
 profluenti, refrigeratae naturae, propter quod collectionibus
 inlinitur et maxime podagris et per se et cum polenta. glutinat
 et interanea procidentia.

25 (71.) Est silvestris ethelisphacos dicta a Graecis, [aliis spha- 146
 eos dicta,] sativa lente levior et folio minore atque sicciore et
 odoratiore. Est et alterum genus eius silvestrius, odore gravi,
 haec mitior. folia habet cotonei mali effigie, set minora et can-
 dida, quae cum ramis decocuntur. menses ciet et urinas, et
 30 pastinacae marinae ictus sanat. torporem autem obducit percusso
 loco. bibitur cum absinthio et dysinteriae. cum vino eadem com- 147
 morantis menses trahit, abundantis sistit decocto eius potio. per
 se inposita herba volnerum sanguinem cohibet. purgat et ser-

4. modice, R. modicae, E. 4. 5. inarescant, EV. 5. 6. vel maturis
 — rimis] om. ER. 7. germine, ER. 10. cholericis, E. cholcris, R.
 choris, V. 11. aquae cyathis] ego. aquis, Cv. 12. ante et] d. et ante,
 V. ante, r. tendere, ER. quam] om. ER. 14. pulmone est] pul-
 monis, EV. pulmone, d. 15. doloris, EV. somno] conno, E.
 at] ego. ad, C. 16. pusulas, V. 22. fluenti, E. 25. ethelispha-
 cos, E. etelispacus, V. 25. 26. aliis — dicta] uncis inclusi ego.
 sphacos] faenacos, E. faces, V. 26. satimva, E. levioire, C.
 sicciore] d. sicciore, r. 27. odoratiore, Vd. odoratiore, E. 29. menses,
 C. 30. marinae] om. E. 32. menses, C. 33. purgat] pugna, E.

- pentium morsus et, si in vino decoquatur, pruritus testium sedat.
 nostri qui nunc sunt herbari elelisphacum Graece, salviam La-
 tine vocant mentae similem, canam, odoratam. partus emor-
 tuos ea adposita extrahunt, item vermes ulcerum auriumque.
 148 (72.) Cicer et silvestre est, foliis simile, odore gravi. si 5
 largius sumatur, alvus solvitur et inflatio contrahitur et tormina.
 tostum salubrius habetur. Cicercula etiamnum magis in alvo
 proficit. farina utriusque ulcera manantia capitis sanat, effica-
 149 cius silvestris, item comitiales et iocinerum tumores et serpen- 10
 tium ictus. ciet menses et urinas, grano maxume. emendat
 et lichenas et testium inflammationes, regium morbum, hydro-
 picos. laedunt omnia haec genera exulceratam vesicam et renes.
 gangraenis utiliora cum melle et his quae cacoethe vocantur.
 verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singu-
 las tangunt, eaque grana in linteolo deligata post se abiciunt, 15
 150 ita fugari vitium arbitrantes. nostri praecipiunt arietinum in
 aqua cum sale discoquere, ex eo bibere cyathos binos in diffi-
 cultatibus urinae. sic et calculos pellit morbumque regium.
 eiusdem foliis sarmentisque decoctis aqua quam maxume calida
 morbos pedum lenit, et ipsum calidum tritumque inlitum. co- 20
 lumbini decocti aqua horrorem tertianae et quartanae minuere
 creditur. nigrum autem cum gallae dimidio tritum oculorum
 ulceribus ex passo medetur.
 151 (73.) De ervo quaedam in mentione eius diximus, nec
 18, 139 potentiam ei minorem veteres quam brassicae tribuere, contra 25
 serpentium ictus ex aceto, ad crocodilorum hominumque mor-
 sum. si quis ervum cotidie ieiunus edit, lienem eius absumi
 certissimi auctores adfirmant. farina eius varos, sed et macu-
 las cutis toto corpore emendat. serpere volnera non patitur,
 152 in mammis efficacissimum. carbunculos rumpit ex vino. urinae 30
 difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon et quae ci-
 bum non sentiant, atropa appellata, tostum et in nucis abel-
 lanae magnitudinem melle collectum devoratumque corrigit,
 item impetigines ex aceto coctum et quarto die solutum. panos
 153 in melle inpositum suppurare prohibet. aqua decocti perniones 35

2. lelisphacum, *V.* lelispacum, *E.* 8. sanant, *E.* 10. emendant,
E. 11. licenas, *E.* silicenas, *V.* 15. easque, *V.* eas quae, *E.*
 delicata posse obiciunt, *E.* 17. aqua] a, *V.* cum sale] *om.* *E.*
 discoquere] *om.* *V.* ex] ex aqua ex, *E.* 20. lenit] mollit, *E.*
 22. dimidium, *C.* 23. medetur] miscetur, *V.* 25. ei] *om.* *C.*
 minorem] *d.* minores, *r.* brassicae, *C.* 28. farinam, *C.* varro, *R.*
 et] e, *V.* macula, *E.* 29. cutis] eius, *E.* 33. magnitudine,
V. magnitudinae, *E.* melle] *om.* *E.* corrigit] colligit, *V.*

et pruritus sanat fovendo. quin et universo corpori, si quis cotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem existumant. cibus idem hominis alienum. vomitiones movet, alvum turbat, capiti et stomacho onerosum. genua quoque degravat. sed made-
 5 factum pluribus diebus mitescit, bubus iumentisque utilissimum. siliquae eius virides prius quam indurescant cum suo caule foliisque contritae capillos nigro colore inficiunt.

(74.) Lupini quoque silvestres sunt, omni modo minores 154
 praeterquam amaritudine. ex omnibus quae eduntur sicco nulli
 10 minus ponderis est nec plus utilitatis. mitescunt cinere aut aqua calidis. colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant, amari contra aspidas valent. ulcera atra aridi decorticate triti supposito linteolo ad vivum corpus redigunt. strumas, parotidas in aceto cocti discutunt. sucus decoctorum cum ruta 155
 15 et pipere vel in febris datur ad ventris animalia pellenda minoribus XXX annorum, pueris vero etiam inpositi in ventrem ieiunis prosunt, et alio genere tosti et in defruto poti, vel ex melle sumpti. idem aviditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. farina eorum aceto subacta papulas pruritusque in balneis inlita
 20 cohibet et per se siccat ulcera. livores emendat, inflammationes cum polenta sedat. Silvestrium efficacior vis contra coxendicium et lumborum debilitatem. ex isdem decocta lentigines et cutem foventium corrigunt, si vero ad mellis crassitudinem decoquantur, vel sativi vitiligines nigras et lepras emendant. sativi
 25 quoque rumpunt carbunculos inpositi, panos, strumas minuunt aut maturant, cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt, si vero caelesti aqua discoquantur, sucus ille zmegma fit quo fovere gangraenas, eruptiones pituitae, ulcera manantia expediat, ad lienem bibere, et cum melle haerentibus menstruis. 157
 30 lieni crudi cum fico sicca triti ex aceto inponuntur. radix quoque in aqua decocta urinas pellit. medentur pecori cum chamaeleone herba decocti, aqua in potum colata. sanant et scabiem quadripedum omnium in amurca decocti vel utroque liquore postea mixto. fumus crematorum culices necat.

(75.) Irionem inter fruges sesamae similem esse diximus 158
 et a Graecis erysimon vocari, Galli velam appellant. est autem 18, 96

2. existumat, *E.* existimat, *V.* 6. suo] succo, *V.* 7. contritum, *C.*
 15. febril] febritu, *C.* 17. et in] vel in, *V.* 20. se] *om.* *E.*
 24. emendat, *V.* *om.* *Ed.* 27. zmegam, *Vd.* zmegam, *E.*
 28. ulcerum, *V.* 28. 29. *dist. Ianus.* expellat, *E.* 30. sicca triti] *d.* sicca trici, *E.* cicatrici, *V.* 32. decocta, *V.* collecta, *C.* 33. utroque] nitro quo, *d.* vitro, *V.* 34. potestea, *E.*

fruticosum, foliis erucae, angustioribus paulo, semine nasturti, utilissimum tussientibus cum melle et in thoracis purulentis excreationibus. datur et regio morbo et lumborum vitiis; pleuriticis, torminibus, coeliacis. inlinitur vero parotidum et carcinomatum malis, testium ardoribus ex aqua, alias cum melle, 5 infantibus quoque utilissimum, item sedis vitiis et articularis morbis cum melle et fico, contra venena etiam efficax potu. medetur et suspiriosis, item fistulis cum axungia vetere ita ne intus addatur.

159 (76.) *Horminum* semine, ut diximus, cumino simile est, 10
18, 96 cetero porro, dotrantali altitudine, duorum generum; alteri semen nigrius et oblongum — hoc ad venerem stimulandam et ad oculorum argema, albugines — alteri candidius semen et rotundius. utroque tuso extrahuntur aculei ex corpore per se inlito ex aqua, folia ex aceto inposita panos per se vel cum 15 melle discutunt, item furunculos, priusquam capita faciant, omnesque acrimonias.

160 (77.) *Quin* et ipsae frugum pestes in aliquo sunt usu. infelix dictum est a Vergilio lolium, hoc tamen molitum, ex aceto coctum inpositumque sanat inpetigines celerius quo saepius 20 mutatum est. medetur et podagrae aliisque doloribus cum oxymelite. ratio haec: aceti sextario uno diluuntur mellis unciae duae. iustum est ita temperati sextariis tribus decoqui farinae loli sextarios *II* usque ad crassitudinem, calidumque inponi dolentibus membris. eadem farina extrahit ossa fracta. 25

161 (78.) *Miliaria* appellatur herba quae necat milium. haec trita et cornu cum vino infusa podagras iumentorum dicitur sanare.

(79.) *Bromos* semen est spicam ferentis herbae. nascitur inter vitia segetis avenae genere, folia et stipula triticum imi- 30 tantur. in cacuminibus dependentis parvolas veluti locustas habet. semen utile ad cataplasmata *aeque* atque hordeum et similia. prodest tussientibus succus.

162 (80.) *Orobanchen* appellavimus necantem ervum et legu-
18, 155 mina, alii *cynomorion* eam appellant a similitudine canini geni- 35

7. contra] con. *E.* etiam — 9. addatur] *om. E.* 10. ormi-
num, *C.* 13. altera, *E.* 14. ex] *d. et, r.* 15. inlitem, *E.* illitem,
Vd. 16. faciunt, *E.* 19. lolium, *E.* 21. 22. oxymeum, *E.*
22. aceti] a ceteris, *E.* 23. temperatis, *V.* decoqui] *Pint. decoctae,*
C. 24. lolliis, *E.* 26. quae] *om. E.* 27. cum] cum in, *E.*
podagris, *E.* 30. genere] *om. V.* 30. 31. imitatur, *E.* 32. semen]
om. Vd. aequae atque] *Hard. atque, C.* 34. orobachen, *C.* 35.
cynamorion V.

talis. cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens. estur et per se et in patinis, cum tenera est, decocta.

(81.) Et leguminibus innascuntur bestiolae venenatae quae manus pungunt et periculum vitae adferunt, solipugarum generis. 163
5 adversus has omnia eadem medentur quae contra araneos et phalangia demonstrantur. et frugum quidem haec sunt in usu medico.

(82.) Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia 164
et cerea in Hispania, cervesia et plura genera in Gallia aliisque 10
provinciis, quorum omnium spuma cutem feminarum in facie nutrit. nam quod ad potum ipsum attinet praestat ad vini transire mentionem atque a vite ordiri medicinas arborum.

1. sine] sine sanguine, *E.* pinguis] *om. E.* estur et] *d. aestu et, E. est urens, V.* 2. et] *cod. Tol. om. C.* tener, *V.* 3. nascuntur, *C.* 4. punguntur, *E.* 8. zytum, *E.* gytum, *Vd.* 9. cerea] caereae, *V.* 11. praestet, *V.* 12. a vite] *avide, V. vite, Ed.*

ERRATA.

- P. 42, 37 *lege*: paritque *pro* raritque.
99 not. 33 *lege*: ++ eos, *G. pro* eos, *G.*
158, 6 *lege*: nec *pro* ne; *notam dele.*
159 not. 32 *lege*: tegulae *pro* tegulae]
160 not. 3 *lege*: praedicat] *pro* prnedicat]
163, 17 *lege*: noctu *pro* uoctu.
195 not. 3 *lege*: *D*². *pro* *De*².
270, 32. 33 *lege*: pleraque *pro* pleraeque; *notam dele.*

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Berolini apud Weidmannos (I. Reimer).

Lipsiae typis J. B. Hirschfeld.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

PA
6611
A2
1866
v.3

Plinius Secundus, C
Naturalis historia

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
